M. CORNELII FRONTONIS
RELIQUIAE
AB ANGELO MAIO PRIMUM EDITAE
MELIOREM IN ORDINEM DIGESTAS
VISQVE ET PH. BVTTMANNI, L. F. HEINDORFII, AC
SELECTIS A. MAII ANIMADVERSIONIBVS IN-
STRUCTAS ITERUM EDIDIT
B. G. NIEBUHRIUS C. F.
ACCEDUNT
LIBER DE DIFFERENTIIS VOCABULORUM
ET AB EODEM A. MAIO PRIMUM EDITA
Q. AURELII SYMMACHI
OCTO ORATIONUM FRAGMENTA.

LIBRARY OF CONGRESS
1882

BEROLINI,
IMPENSIS G. REIMERI.
MDCCCXVI.

PA6389
.F6
1816

VIRO ERUDITISSIMO

IO. GOTTL. IAEGERO

SCHOLAE MELDORPINAE IN DITMARSIA RECTORI
EQUITI ORDINIS DANNEBROGICI
MAGISTRO SUO

NIEBUHRIUS SALUTEM.

QUAE Frontonianos libros recensitos edenti de consilio et ratione operae dicenda sunt, ea litteris ad te datis, mi magister, explicare visum est: ut extaret simul monumentum aliquod, quo pietatem amoremque in te meum declararem. Iam diu est enim quod contingere mihi optavi, ut publica huiusmodi testificatione et iis, qui te norunt doctrinamque tuam animumque et mores suspiciunt, significarem adeo me tibi carum esse ut de amicitia nostra etiam palam praedicare auderem: et iis, qui mihi favent, confirmarem quod me dicentem saepe audiverunt, me tibi, venerande senex, non minus quam patri meo, magno viro, debere, quod litteras nostras cum studiosissime amplexus sum, tum non sine fructu excolui. Quod cum facio, non vereor ne tibi adeo arrogans videar, ut honoris tibi inde quidquam accessurum putem: sunt haec officia pietatis quibus omissis ingratos nos credimus, quamvis facillime iis careat cui tribuuntur. Illud certo ego sperare possum, me discipulum tibi ita placere, ut non ingrata publica haec tibi futura sit huius

necessitudinis commemoratio: et quamquam neque Frontonem tibi, neque me sanctissimo illi principi, cuius animum litteris ille Latinis informavit, comparari velim, est tamen in hoc ipso amoris per tam multos annos fido commercio quam hae epistolae exhibent, propior quaedam causa tibi potissimum hunc librum inscribendi.

M. Cornelium Frontonem, ab inferis reducem, constituisse me, absterso aliquatenus squalore, obligataque vulnerum parte, in nostrorum hominum conspectum adducere, hoc iam comperisse te arbitror. Eum tibi nunc trado, ut in tuo hospitio adquiescat, tuisque illi curis plus accedat salutis quam quod ipse praestare potuerim.

Evanuerat spes illa quae per plurimos annos tenuit philologos, fore ut ex Herculanensibus chartis in vitam redirent plurimi utriusque linguae libri qui seu maiorum culpa seu casu periisse viderentur, cum apparerent insperata illa inventa Mediolanensia ex codicibus rescriptis, multo sane haec quidem pleniora et fructuosiora, quam quae ex illis carbonibus aut prodierunt, aut prodire unquam posse compertum est. Liceat nobis praedicare, quod iis qui a studiis nostris alieni sunt, vanum fortasse videbitur, destinatum hoc fuisse huic saeculo quod eventuum magnitudine et miraculo prae ceteris inclaruit ut, quemadmodum libertas quae perierat, divinitus civium nostrorum virtute nobis redderetur, ita scriptores quoque veteres aliquot quos tamquam in aeternum perditos doleremus, reviviscerent subito.

In quo negotio ut splendidam sibi laudem

duraturamque Angeli Maii industria simul et fortuna peperit, ita illustre in illo conspicimus exemplum deplorandae illius socordiae, cuius vitio tot ubique tantisque caremus opibus, quas divina in medio posuit benignitas. Nam, postquam praeclarum illud Livianum fragmentum in codice rescripto inventum fuit, quis non speravit fore ut quicunque ad bibliothecas sederent in quibus eiusdem indolis membranae asservarentur, eo omnem intenderent curam cogitationemque ut, cum summa litterarum utilitate, parem sibi cum Iuvenatio et Brunsio gloriam quaererent? Quod contra evenit. Neque enim in tanta thesaurorum copia quisquam Italorum ante Maium repertus est qui codices huius generis cura sua dignaretur. Atque id nobis in mentem revocat illud quod saepe evenit cum ex Romanorum aedificiorum ruderibus antiquae artis monumenta in lucem protraherentur. Saepe enim vel paucarum horarum continuato labore multo plura, splendidioraque inveniri poterant, quae eruere maxime optarent qui praeerant operis: sed dementia quadam et inertia factum est ut manus inhiberent, nec prius quam interiecto aevi intervallo eo rediretur. Utinam nunc sanior sit mens eorum, quibus abdita bibliothecarum Italicarum perscrutari licet: nosmet nobis gratulamur, quod brevi futurum speramus ut in mediis illis gazis versemur.

Sed allato nuncio, inventam esse a Maio partem operum M. Frontonis ita magnam ut duo volumina impressa expleret, cum summam in orationum Tullianarum partibus ab eodem Maio

prius editis utilitatem deprehendissem, dici non potest quanta spe cupiditateque accensus fuerim. Quibus voluminibus quum contineri diceretur epistolarum commercium inter Frontonem ipsum, virum consularem, suaeque ac posterioris aetatis consensu doctissimum eloquentissimumque, et tres eius temporis Augustos, atque amicos familiaresque hominis tam splendidi, ex Plinii epistolis fingebam animo, quanta horum librorum praestantia esset. Plinianae enim hae aevi hominumque inter quos auctor versatus est, imaginem praestant luculenter descriptam, qua, absque iis si foret, plane careremus: parem vero aut similem aevi Antoniniani nunc nobis obtigisse et exspectabamus et laetabamur. Tum lectione assidua, rerumque incognitarum notitia, minui mihi posse videbatur luctus domesticus, quo angebar afflictabarque. Itaque, etiam antequam in manus venerat liber votis flagrantibus exoptatus, denuo edendi ceperam consilium: nec deterrebat fama, quae editorem Italum, eruditissimum hominem, notas commentariosque addidisse ferebat, quod amplissimas illas opes quas Pliniani operis comparatione ductus nobis donatas opinabar, ne plures quidem exhaurire, unum vero, quem praeterea festinare deceret, ne, quod omnibus deberetur, diutius domi suae retineret, vix afficere posse certum erat. Accedebat, quod ex Ciceronianis intellexeram, Maium neque singula folia iusto ordine disposuisse, quod ei in oratione pro Scauro accidit, et magnam emendandi materiem reliquisse. Quam ob rem si quis viro meritissimo irasci velit, nae iste cogitet, tantum

illi et tam improbum laborem exantlandum fuisse, qui hominis vel acutissimi aciem praestringere et hebetare posset.

Itaque cum Heindorfius meus, omissa propter valetudinem Vratislavia, hospitio Buttmanni nostri uteretur, et in confabulatione de communibus litteris frequens de Frontone, deque spe quam fovebamus, sermo incideret, ambo se socios laboris quem mihi proposueram, obtulerunt. Quod quam mihi gratum fuerit, tu ipse iudicabis. Etenim hoc litterarum consortio Fronto meus non solum ab ea quoque parte instrui poterat in qua ipse parum valebam, a verborum sermonisque in codice aut vitiosi aut male ab Editore lecti emendatione, verum etiam fructum percepturi eramus, quo suaviorem amicitia non habet, ut in communi studio et adiuvemus et nos adiutos promotosque sentiamus ab iis quibus multum haud inviti debeamus: ut quae amicus recte et acute viderit, in eandem rem intenti ilico resciscamus, gaudeamusque eius successibus, et ille nostris: quo fit ut plurima absolvantur quae si a singulis tractarentur imperfecta remanerent. At postquam exoptatissimum illud exemplar in manus nostras venit, spem nos immane quantum frustratam esse sensimus. Ita enim sententiis et rebus nondum notis vacuum, ita levem et indisertum quin saepenumero putide delirantem in his quidem scriptis Frontonem invenimus, ut cum sane quam multi numerentur inter Latinos non optimi scriptores, hic adeo vilis sit ut cum Silio Italico numerari debeat: inter Graecos vero ab ipso Polemone aut Himerio facundia et sensuum

nobilitate vincatur. Mox tamen querela in risum soluta est, neque a proposito decedendum visum, quod ex auctore non optimo parum gloriae editoribus sperandum esset. Certe mihi persuasum est (neque te aliter iudicare arbitror), ut in domo bene instructa omne vas, omnis supellex nitida esse debet, ita in scriptorum antiquorum numero nullum plane negligendum esse: quodsi liber antiquus vel minime bonus prae aliis lacer miserque iaceat, qui tamen haud ita magna opera multo sanatior effici possit, otium viresque haud male locaturum, qui de eo restituendo sollicitus sit. Sed inter eos quos, ut classicis opponas, capite censos dixeris, atque illa generis humani lumina in quorum monumentis maximorum in litteris nostris virorum industria merito collocatur, discrimen hoc est, quod, cum illis tolerabilem quandam conditionem reddideris, ab iis recedendum est: in his ipsi apices litterarum cum cura summa exigi debent. De Frontone autem primo aspectu intellectum est, Editorem in concinnandis disiecti libri membris ita versatum esse ut si ponas, Pelopis, qui in poëtarum fabulis est, discerpta comminutaque membra non Iovem absolutissima ratione, sed minorum Deorum aliquem qui humani corporis fabricae nullam haberet cognitionem, ita composuisse ut crurum brachiorumque particulas, utrum coirent necne minime sollicitus, in unum iungeret, fieretque de puero monstrum. Ipsum autem hoc, quod melior ordo non sine labore reduci posset, alliciebat: quum praesertim liqueret, ubi haec Frontonis editio ut Maiana Tullianarum

orationum, sine ulla mutatione in Germania repetita esset (quod futurum esse licebat augurari), inductam ab inventore confusionem in longum tempus confirmari ac stabiliri.

Festinatione igitur opus erat ut nundinis librariorum proximis prodiret editio nostra, atque id omne quod tam brevi spatio absolvi non posse videretur, aliis relinquendum, qui singulorum locorum emendandorum supplementisque resarciendorum curam sibi post nos sumpturi essent. In quo negotio ab iis ipsis qui se totos lectioni Frontonis, auctorumque quorum sermonem exprimere conatus est, dederint, multum praestari posse, antequam inspecto iterum codice constet, utrumne paginae dimidiae, an versus integri, an vocabula vel litterae paucae exciderint, ubi Maius lacunas indicaverit, parum nobis verisimile videtur. Atque optamus ut inveniantur qui huic rei operam navent, neque erubescemus si, quae illi invenerint, ita manifesta erunt ut ipsi mirari debeamus nobis ea non statim in mentem venisse: id enim certissimum est, nostrum laborem et aliquanto graviorem fuisse et omne minorum vulnerum sanandorum tentamen praecedere debuisse.

Itaque, cum de eo inter nos convenisset quod efficere vellemus et sperare possemus, opus partiti magnoque studio adgressi sumus. Et mihi quidem ab amicis concessum est, ut cum perlecto aliquoties universo opere non solum Editoris Mediolanensis in ordinandis quae disiecta invenerat codicis foliis errores, sed etiam primitivam, qua locari debuerant, seriem detexisse mihi vi-

sus essem, hunc ordinem ipse, disponendis pro iudicio meo libri foliis, instaurarem: cuius rei rationes exponebam, de iis quae ex historicis monumentis suppetebant disserebam, denique, quae emendanda supplendave occurrerent, in margine notata amicis diiudicanda proponebam. Quibus acceptis Heindorfius meus severioribus curis reversus ad eam libri partem quam in saniorem ordinem restitueram, iam de emendandis lectionis vitiis sollicitus, ipse quae meditatione invenisset adnotabat; simul negotium multo molestius suscepit Latine vertendi quae ego vernacula lingua adnotata tradidissem. Itaque ubicunque fere meum nomen adscriptum leges, res quidem et sententiae a me profectae sunt, sermo Heindorfii est: id quod adnotationes cum hac epistola, et iis quae de vita scriptisque M. Frontonis disserui comparantibus vel me dissimulante animadvertere licebat: tacere vero eam rem ideo quia excusatione indigere plerisque videatur, non esset viri boni, sed eius quem falsae gloriae cupido eo raperet ut alienam sibi personam induere non vereatur. Sed cum ad te scriberem, mi magister, meo sermone, quamquam rudi, meisque verbis utendum esse constitui: quod eius est sinceritatis, qua semper tecum versatus sum: quae vero ad populum legentium dicenda essent, ea optimo sermonis genere exprimi volui. Nec tu me contemnes confitentem, me gravissimum onus vertendi, quae, raptim pleraque conscripta, magna cum cura tractanda et expolienda erant, amico ideo imposuisse, quod sentirem me neque satis sincere, et minime copiose Latine scribere:

quippe qui non ignores, quam variis a prima iuventute implicitus negotiis publicis vitaeque procellis iactatus sim, ut lucro apponendum fuerit, quidquid mihi otii ad legendos veterum libros suppeteret: neque mirabere desuetudine tot annorum deminutam quamcumque olim tua disciplina adeptus eram Latini sermonis peritiam. Quodsi alii propter hanc rem mihi iniquiores fuerint, eorum reprehensionem eo feram facilius, quod Romam me Romanosque satis cognitos habere confido.

Sed redeamus in viam. Finito igitur quod sibi Heindorfius imposuerat negotio, iam Buttmanni nostri partes incipiebant: qui quae uterque scripseramus ad examen revocabat, tum singulare quo pollet ingenii acumen admovebat emendandis iis, quae nos aut parum feliciter tractaveramus, aut omnino omiseramus: unde profecto praeclarissima quaeque operi nostro accesserunt. Iam quae quisque nostrum primus adscripserat, sub eius nomine extant, licet alius posthac idem invenerit; quo factum est ut mihi, qui primus librum tractassem, plurimarum emendationum honor accesserit. Iis tantum quae adeo manifesta essent ut quemvis non plane caecutientem in ea incidere necesse esset, certum nomen adscribere puduit. Quod vero textum quem Mediolanensis editio exhibet, in universum repetitum damus, et tamen nonnullis locis foediorem quam quae aequo animo ferri possit labem sustulimus, quum in aliis flagitia haud minora reliquerimus; ea sane inconstantia ex festinatione, quam tibi iam excusatam spero, orta est, nec magnum, opinor, dedecus operae nostrae afferet.

Atque haec sufficient de communi labore: de quo etiam pauciora dicenda fuissent, nisi virorum trium societas meliora et ampliora promittere videretur quam quae perfecerimus. De meis vero in ordinandis librorum fragmentis ausibus, quos unus praesto, iam latius agendum erit.

Editionis principis nostraeque qui vel solos indices contulerit, apud nos desiderabit complures qui in Mediolanensi extare perhibentur libros: alios inveniet quorum in illa nullum extat vestigium: cum vero propius inspexerit collectiones istas epistolarum, quae titulo eodem inscribuntur, maiorem partem ordine dispositam alio, coniuncta apud nos quae apud Maium divisa extent, quae ille iunxerit in partes discissa saepissime inveniet.

Quae immutationes cum intolerandae audaciae videri deberent, etsi vel gravissimis rationibus commendarentur, si auctoritas codicis repugnaret, iam ostendam eum quem mutaverim Editionis Mediolanensis ordinem non aliunde quam ab Editoris opinione originem duxisse: immo plurimis locis eum quem folia membranarum proderent, relictum temere esse. De qua re audiamus confitentem Maium. *Etiamsi*, inquit ille p. 18. ed. Mediol., *haec epistola* (illi IX. ad Pium, nobis ad Marcum I, 9.) *in Codice inter epistolas libri I. ad Marcum collocetur, ea tamen huc pertinere videtur.* P. 1. n. 1. *In loco XII. et XIII. epistolae duas alias nos ponemus, quae licet in indice omittantur, tamen ad hunc librum pertinere videbantur.* Sunt

autem illae Frontonis ad Victorinum, ex libro I. ad Amicos. P. 66. *Sequitur in Codice* (epistolam X. libri I. ad Marcum) *ea epistola graeca quam nos fecimus primam libri graecarum.* P. 83. *In Codice consequitur Ep.* 1. *libri I. ad Verum Aug. eam Veri quam nos fecimus alteram libri secundi.* P. 133. *Quae sequuntur verba non pertinent ad hanc epistolam, nam in Codice praecedunt eius initium. Ea tamen hic subteximus quia sola supersunt in pagina prorsus oblitterata.* P. 194. ubi inter III. et IV. Alsiensem inseruit Maius clausulam initiumque duarum epistolarum quae manifeste ex eo sunt corpore quod inscribitur ad M. Antoninum de Orationibus, ita disserit Maius: *Haec epistola quam nos fecimus quartam, sine dubio non est pars primae aut secundae aut tertiae aut sextae: ea enim in Codice inter se mutuo consequuntur, continuoque ordine scripta sunt.* Sexta quippe in codice ut apud nos quartum locum obtinuit. P. 284. *Folia e quibus erui fragmentum quod inscripsi de testamentis transmarinis, praeferunt ut iam monui titulos Epistul. ad M. Caesarem lib. II. Item Oratio pro Volumnio Sereno* (quae nihil est aliud nisi epistola ad Arrium Antoninum) *occurrit mihi in libro II. Epp. ad Amicos.* Iam qui hac lubidine et temeritate in ordinando libro versatus sit, ei libri scripti auctoritas tribui quo iure quave ratione potest? Dicet aliquis, in huiusmodi locis, posthabitis illius placitis, ad codicis ordinem, quem ipse indicaverit, revertendum esse; in ceteris modestius prudentiusque acturum, qui qua-

lemcumque illam auctoritatem reveritus non suam ipsius nobis obtrudat. At vero ut demus Maium non multo frequentius, quam ubi ipse nos docuerit, codicis ordinem temeravisse, nonne ea erat discerptorum foliorum conditio, ut saepissime levia tantum indicia extarent ex quibus colligeres quo quidque loco olim positum fuisset, cum plurima ex integra serie omnino intercidissent? Iam quam clare haec vestigia perspexerit ille, vel ex iis patet quae sibi p. 104. de duobus ad Verum libris vel p. 242. de duobus itidem libris de Orationibus ad M. Antoninum finxit, ubi in altero quidem loco subscriptum titulum pessime intellexit, in altero vero, quae omnino oblitterata esse non negat, falsissima coniectura supplet, qua tamen tanquam certissimo argumento innititur. Eundem p. 51. ed. Mediol. duarum epistolarum partes coniunxisse inter quas scriptas vel viginti anni intercesserint; Vero autem p. 100. adscripsisse eam quae Marci sit; post ea quae monui ed. nostr. p. 24 et 16. nemini dubium esse spero. Tum erant profecto causae quae nisi sibi quis sedulo caveret, in errorem inducere possent, quod, ut dixi ad Principia Historiae p. 239. folia ut Frontonis liber scriberetur implicata, divellebantur, et alio longe ordine ut plurimum ad rescribendum adhibebantur: unde factum est, ut editor saepissime non animadverteret, inter ea quae sibi cohaererent, olim in duernione vel quaternione extitisse alia folia quae periissent.

Quapropter dolendum est magnopere, non fecisse Maium quod a Iuvenatio sapientissime

factum est, ut quae in singulis paginis invenisset, ita daret, ut singuli versus quasi imagine exprimerentur, ubi vero integri, aut pars cuiusdam evanuisset, id perspicue notaretur: ita enim sublatae essent taedii illae plenae de fragmentorum sede et ordine disputationes. Id nos, si fortuna votis omnibusque obsecundaverit, in simili re facturos esse spondemus. Atque id mihi quidem eo gratius fuisset, quod, in quibus ipse errare potui, veritati oberunt; et pugnare adversus auctoritatem viri, cui tantum debent litterae nostrae, invidiosum est, cum potius eius laudes et merita grato animo prosequi nos posse optaverimus. Nunc ut nos ipsos temeritatis nota liberaremus, contra faciendum erat.

Ceterum, ut stolidi vanique ingenii esset, quae ipse in hac re invenerim sensu vestigiisque haud raro dubiis ductus, omni errore libera iactare; ita mihi certum est, codicem ipsum, si denuo inspiciatur, evicturum, me nonnisi in minoribus rebus deceptum esse: quis enim, ut nunc res habet, singula lacunis divisa vocabula in ipsis maiorum fragmentorum commissuris posita, ad priusne pertineant an ad posterius, praestare ausit?

Adnotationes eruditissimi Maii integras repetendas relinquimus ei editioni quae sibi exemplar Mediolanense fidelissime reddendum proposuit: ex qua speramus fore ut popularibus nostris pateat, nos bonae frugi nihil omisisse: ipsa etiam quam instituimus selectio minime nos morosos fuisse monstrabit. Quae in Maii adnotationibus ex Frontone citantur, ad nostram plerumque editionem citavi, ut libri moles, quan-

tum posset, minueretur: quod me multo magis movit ut passim contraherem quae ille latius dixisset: fecissemque in pluribus locis ni operarum festinatio impedivisset.

In Symmachi fragmentis edendis aliam plane atque in Frontone pertractando secuti sumus rationem. Ibi enim quae Maius ex historia attulit eiusmodi pleraque sunt ut possint sufficere: nobis vero otium deerat de iisdem subtilius disserendi. Emendationes ad priores orationes Heindorfius nonnullas adtulit, eandem reliquis curam adhibiturus ni ingravescens valetudo impedimento fuisset. Ac merentur profecto Symmachi fragmenta ut ab iis studiose evolvantur quos Imperii Romani tempora novissima cognoscere iuvet. Mihi quidem inde primum innotuit illa aetate postulatos fuisse a Senatu, confirmatos a Principibus Consules, cum prius ab uno Augustorum arbitrio pendere eorum designatio videatur: Senatores, praeter eos qui genere eam dignitatem adipiscerentur, suffragiis Senatus, non censoria principum potestate lectos esse: utrumque cum eo more convenit, qui in curiis minoribus obtinebat. Bimestres quoque illos priorum Imperii seculorum consulatus, cum sub Antoninis sex consulum paria quotannis fascibus ornarentur, tum non iam in consuetudine fuisse, auctoribus quos hic coniunctos edimus, inter se comparatis monemur. Quae omnia in favorem libertatis inventa fuisse, aut certe ei vires addidisse videantur: tamen, si verum reputamus, insigne in illis documentum reperimus, istius generis omnia vana

na esse remedia ubi servitus semel adsueta mentibusque recepta fuerit.

Quod vero attinet ad utilitatem quae ex Frontone nostro percipi possit: incredibile est quam pauca is adferat ad cognitionem rerum hominumque aut suae aetatis aut priorum: neque eloquentia eius delectari poterit nisi qui aeque ac Mediolanensis Editor amore eius captus fuerit, quod nobis quidem minime contigit. Non tamen inutile est cognoscere scriptorem quem sua mirabatur aetas; a quo certum quoddam profectum est dicendi genus, et secta oratorum nomen duxit: qui honos huic ingenio nonnisi hac aetate haberi poterat qua eloquentia prorsus contabuisset. Aliud est quod in eo tenere nos possit, quodque tu non sine quadam laetitia investigabis, Latinitatem dico, quae in plurimis, tam vocabulis, quorum non unum ex eo primum prodit, quam dictionibus, sermonem antiquorum illorum scriptorum exprimit, ad quos Fronto cum aliis eius aetatis grammaticis latinae linguae exigebat puritatem. Voluit illam Heindorfius explicare indice peculiari: quod propter eius valetudinem necessario omissum esse, inter dotes quas libro deesse candide confiteor, doleo vel maxime. *)

*) Dedit Maius, commentarii praevii p. C., vocabulorum, quae ipsi nova e Frontone prodire viderentur, indicem, cui in libri fine alia quaedam addidit, quae omnia, ut purissimo de fonte manantia, commendavit. Longe aliter de iisdem existimat clar. Eichstadius in programmate, pessimae ea notae esse iudicans. Verum is non animadvertit plura ex illis Maii errori originem debere: cuius certe generis sunt *adalgidus*, *perviaticum*, *prunulea* (nam *prunuleis* positum est pro *prunulis*) fortasse etiam *solitatim*, *solifundium*: alia vitiose a librario scripta, ut *colae*, *prodormio*: quaedam

Sed hanc operam, et quidquid praeterea, quod perfici possit, nos imperfectum reliquerimus, ut alii suscipiant, Frontonemque nostrum, quoad res patiatur, ad eandem cum illis scriptoribus, qui longo ex tempore in omnium manibus sunt, sanitatem perducant, maxime exopto. Quod si tu ipse in his elaborare velis, id mihi et honorificentissimum et iucundissimum fuerit. Vale, mi magister, meque, qui te parentis loco colo venerorque, amare perge.

Scrib. Berolini a. d. III. Kal. Mai. 1816.

Graeca, quae vel optimorum auctorum exemplo in simili re recepit Fronto, ut *apopsis*, *chamaestrotus* (nam *chamaetortus* vox nihili est), *encomiographus*, *fonema*. *Magira* diserte ex Catone laudatur a Frontone; quod vero a M. Porcio sumptum sit, vituperare nobis audacissimum videtur. Alia sunt quae Eichstadio displiceant, quorum tamen sinceritas minime dubia est: *intenditus*, *invio*, *revimentum*, *lucrativus*, quod apud Quintilianum Ciceronis est, *sirbenus*, quod ex Iure Pontificio vocabulum de quodam loquelae vitio proprium esse videtur. Atque *anucellam* et *causidicationem*, cet. itidem e veteribus sumpta esse ausim asseverare. *Catachanna* autem ut barbarum sit vocabulum (mihi Punicum videtur), quis reprehendat, ubi res novae invehantur, vocabula quoque peregrina adscisci? Postremo *rapinatio*, ut illa plebeculae in caena Trimalchionis innumera, ex vulgari sermone est pastoris eius, quem M. Aurelius loquentem inducit.

DE M. CORNELIO FRONTONE EIUSQUE SCRIPTIS.

M. Cornelius Fronto, (1) natus est Cirtæ (2) in Numidia, quod oppidum non solum iure coloniæ florebat, sed, collocatis in ea sede Sittianis militibus, Divo Iulio dictatore, ab Italis habitari cœptum est (3). Itaque quum se ipse Afrum dicit, Afrumque Numidam (4), non id adeo premendum est ut eum inde efficias peregrina stirpe ortum alio quam latino sermone patrio usum esse; quamquam id quidem certissimum est, quum in tam magnam tamque populosam civitatem deducerentur coloni illi militares, non ideo pulsos esse habitatores veteres, sed sensim cum iis qui initio deductæ coloniæ soli cives essent, coaluisse (5). Atque fuisse inter colonias provinciæ Africæ, apud quas latina lingua in usu non

(1) Plena illa tria nomina Pisaurensis exhibet inscriptio, quum scriptores apud quos eius mentio extat plerique, omisso praenomine, modo *Cornelium Frontonem*, modo pro eius aevi more *Frontonem Cornelium* appellent; alii, cum Codice Mediolanensi, *M. Frontonem.*

(2) Cirtensem dicit Minutius Felix (cap. 9. collato cum cap. 31.), municipem Cirtensem se ipse Fronto fert manifeste Epp. ad Amicos II. 6).

(3) De Cirta vid. quae dixmus ad Ep. modo laudatam.

(4) Λίβυς, Λιβύων τῶν νομάδων Epp. ad Marcum II, 5, 21. Gallorum quorundam opinionem, qui ex male intellecto Sidonii loco originem ei Aquitanicam affinxerant, iam dudum Baylius refutavit v. *Fronton.*

(5) Ne ipsa quidem Iulia Corinthus, in dirutae urbis solo locata, adscitis ex vicinia Graecis, adeo diu sermonis latini et morum, praeter gladiatorium furorem, tenax fuit.

esset, vel ex Appuleio compertum est: scimus enim honoris causa plurima in provinciis oppida, incolis non mutatis, coloniarum titulo insignita esse. Frontonem autem ab Italo genere originem duxisse vel ex ipso Cornelii nomine coniicere licet: nota enim sunt illa tot millia Corneliorum, qui a L. Sulla Dictatore civitatem acceperunt: ex quibus plurimos, dissipatis luxu divitiis per arma male quæsitis, cum nihil in duce præter fortunam audaciamque spectarent, P. Sittio exulibusque et Sertorianis quos ille ducebat, sese iunxisse, qui illorum temporum exempla reputaverit pro certissimo habebit. Natum esse Frontonem imperante Domitiano Aug. inde patet quod iam sub Hadriano tam clarus evaserat, præsertim quum appareat serum eum accessisse ad studia: quippe qui, duo et viginti annos natus, vix quidquam veterum lectionum attigerat (1). In epistolis quas primis Divorum Fratrum scripsit annis, senem se, fessumque vitæ exhibet (2).

Alexandriæ quum plurimos se familiares habuisse dicat (3), ibi eum aliquamdiu commoratum esse, studiorum fortasse causa, coniectes: et commeabatur ea ætate frequenter inter Alexandriam provinciamque Africam terrestri itinere, ubi nunc horridæ sunt solitudines. Athenis vero et in Græcia Frontonem litteris studuisse haud crediderim: non tantum quod nullum huius rei in eius scriptis vestigium reperitur, sed quod sui ævi Græcos rhetoras vehementer despicit (4): quod non fecisset qui in illorum scholis adolevisset. Habuit quidem Græcum magistrum, Dionysium τὸν λεπτὸν, quem ipse, antiqui latini sermonis in huiusmodi cognomini-

(1) Epp. ad M. Caesarem II. 4, 10.

(2) Epp. ad Amicos I. 1, 5. De nepote amisso ep. 2. 5.

(3) Ad T. Pium Imp. ep. 8, 4.

(4) Polemonem certe, qui sub Divo Pio graecorum rhetorum princeps habebatur: Epp. ad Marcum II. 3. ibid. 4, 12. Neque de Herode eum magnifice sensisse, satis apparet; — ad L. Verum ep. 8. Atque id quidem nos vehementer probamus; sed fieri potest, ut qui contemptum mereatur, ab homine contemnatur nequaquam praestantiore.

bus morem secutus, Tenuiorem dicit (1): sed Latinos suos præ Græcis miratur; ut de ipso, quod Cicero de L. Cælio, dicere possis, argutias illum suas ex librariolis Latinis hausisse.

Romam postquam se contulerat, famam magnam, iam sub Divo Hadriano, adeptus est inter causidicos (2), oratoriæque artis magistros. Itaque ei hac disciplina instruendus traditus est puer ut videtur (3), M. Annius Verus, qui postea M. Antonini nomine Imperium obtinuit: serius L. Commodus, cui Veri Aug. nomen obtigit. Hinc Frontoni honorifica *Magistri Augg.* appellatio in Pisaurensi inscriptione tribuitur, eademque uterque Augustus litteras ad illum datas inscribere consueverat. Multos præterea alios instituit nobiles iuvenes: quos domi et in contubernio suo secum habebat (4). Itaque ut quæstuosissimum illis temporibus erat et rhetoris munus et causidici, amplas consecutus est divitias, ita ut Mæcenatianos hortos possideret (5), et balneas ædificaret, quarum sumptus amplius trecentis sestertiis constaret (6). Nam quod se pauperem dicit, causa hæc est, quod opes vel maximæ munificentia Principum amicorum collatæ, industriaque quæsitæ ab homine non avaro, tenues erant ubi cum immensis Romanorum nobilium divitiis comparabantur.

In Senatum iam ab Hadriano Imp. lectum fuisse verisimile est: id vero certissimum, quamquam omissa vetere honorum successione, non nisi qui senator esset consulem factum: et mansisse in Senatu qui consul fuis-

(1) Ad M. Caesarem de Eloq. fr. 10.

(2) Dio Cassius 69, 18. Κορνήλιος Φρόντων, ὁ τὰ πρῶτα τῶν τότε Ῥωμαίων ἐν δίκαις φερόμενος, ἐσπέρας ποτὲ βαθείας ἀπὸ δείπνου οἴκαδε ἐπανιών, καὶ μαθὼν παρά τινος, ᾧ συνηγορήσειν ὑπέσχετο, δικάζειν αὐτὸν (Ἀδριανόν), ἔν τε τῇ στολῇ τῇ δειπνίτιδι, ὥσπερ εἶχεν, ἐς τὸ δικαστήριον αὐτοῦ ἐσῆλθε, καὶ ἠσπάσατο, οὔτι γε τῷ εὠθινῷ προσρήματι τῷ Χαῖρε, ἀλλὰ τῷ ἑσπερινῷ τῷ Ὑγίαινε χρησάμενος.

(3) Ad M. Caesarem de Eloq. fr. 9, 5.

(4) Epp. ad Amicos I. 13, 14.

(5) Epp. ad M. Caesarem II. 4, 13.

(6) A. Gellius XIX. c. 10.

set. Senatores ideo sui ordinis viros, se Senatorem vocat Fronto (1). Consulatum gessit bimestrem (2), mensibus Iulio et Augusto (3), cum Marcus Cæsar duos et viginti annos natus esset (4), quod, ut recte vidit Maius, incidit in a. 143, Coss. ordinariis T. Bellicio Torquato, Ti. Claudio Herode Attico. Sortitus deinde regendam proconsularem provinciam, vel Achaiam, vel aliquam ex Asianis, T. Pio Imp. sese excusavit (5) propter valetudinem, quæ etsi ei ita gravis obtigit ut vera esse causa potuerit, tamen nescio an sumptus causa, qui ea ætate permagnus fuit, proconsulatum detrectandum censuerit. Nam cum olim provinciis diripiendis proconsules Romani divitias collegissent, tunc is honor erat qui patrimonium consumeret, adeo ut principum munificentia onera amicorum susciperet, quo proconsulatu fungi possent (6). Patriæ negotia patronus Romæ gessit, donec senio et valetudine fatigatus eo se munere abdicaret (7).

Articulorum pedumque doloribus graviter conflictatus, et prope ad vitæ tædium adactus est (8). Itaque quum sæpissime domi ægrotus decumberet, conveniebant ad eum plurimi qui eius sermonibus purissimis, bonarumque doctrinarum plenis delectarentur (9). Et

(1) Epp. ad Amicos I. 4, 8. Epp. ad Verum Aug. 6, 2.
(2) Epp. ad M. Caesarem II. 6, 9. Id quidem iam notum erat ex Ausonio in gratiarum actione.
(3) Epp. ad M. Caesarem II. 7.
(4) Epp. ad M. Caesarem II. 4, 10.
(5) Epp. ad T. Pium Aug. 8.
(6) Iul. Capitolinus in Marco, c. 2. Proculum usque ad proconsulatum provexit, oneribus iu se receptis.
(7) V. adnot. nostr. 1. p. 215.
(8) Plenae sunt hae epistolae querelarum Frontonis, commiserationisque Marci. Vide etiam Gellium II. c. 26. XIX. c. 10. Quae de arthritide Frontonis narrat Artemidorus IV. c. 24. (Φρόντων ὁ ἀρθριτικὸς θεραπείαν αἰτήσας ἔδοξεν ἐν τοῖς προαστείοις περιπατεῖν, καὶ πυρπολήσει χρησάμενος παρηγορήθη ἱκανῶς· ὡς ἴσον εἶναι τὸ χρῆμα θεραπείᾳ) ea habent aliquam obscuritatem, id tamen perspicuum est, spectare medicam divinationis vim, quae illa aetate, ut exemplis M. Antonini et Aelii Aristidis docemur, in somniis se maxime efficacem praestitit.
(9) Sunt haec verba Gellii XIX, 8.

magno honore vivum apud coætaneos habitum esse tum ex Gellio constabat, tum reliquiæ nostræ confirmant: insecuta ætas ut perfecti oratoris exemplum ita admirata est ut Oratoris nomen nancisceretur tanquam proprium (1), neque multum aberat quin Ciceroni par censeretur (2). Laudant gravitatem Frontonis (3): eidem quum siccum genus dicendi gravitati contrarium tribuunt (4), laudem laude cumulant.

Quin nata in eius disciplina est mansitque secta Frontonianorum (5), qui, quantum coniectura assequi licet, a ceteris oratorum familiis ex sophistarum Græcorum institutione profectis eatenus diversi fuisse videntur, quod tumidum floridumque orationis genus vitarent, ac de verborum delectu, maxime ex priscis scriptoribus Romanis, solliciti essent: quæ cura, cum accurata sermonis patrii cognitione coniuncta, laudem illam eximiam Frontoni nostro videtur comparasse: quum alii eius ætatis scriptores nulla severitate et pravis vocabulis uterentur, et in

(1) Ita in inscript. Pisaur. (p. 145. ed. n.)

(2) Eumenius cap. 14. *Fronto Romanæ eloquentiæ non secundum sed alterum decus.* Ausonius Grat. Act. *In tanti te oratoris fastigium attollis?* Eutropius VIII. — *Fronto orator nobilissimus.* Prudentius fecit Martianus Capella l. V. p. 138. qui Frontonem cum Regulo Plinioque inter minores oratores numerat. (Moneo me haec et similia de Frontone testimonia debere Maio qui ea collegit.)

(3) S. Hieronymus Ep. ad Rusticum c. 12. Sidonius Apollin. IV. 8.

(4) Macrobius Saturn. V. 1.

(5) Sidonius Apoll. I. 1. Unde patet, Iulium Titianum fuisse de Frontonianis, eo diversum a consectaneis, ut Sidonius eos appellat, quod ille imitaretur, quod ceteri ut veternosum contemnerent, dicendi genus Tullianum. Ipse Sidonius non alienus censendus est ab hac secta: nam quod simul cum illa orationis forma, quae sibi placeret, contrariam adsciscebat, id faciebat pro seculi more quem ex philosophis cognoscimus. Et cernere mihi visus sum in Sidonio vestigia imitationis Frontonianae, et Sidonium Panegyricosque cum nostro oratore comparandos esse moneo. Liceat hic obiter observare, sententiam illam non nominati oratoris, quam Sidonius adsumit VII. 14. *Filium M. Ciceronis pop. Rom. non agnoscebat loquentem,* petitam videri ex Frontone: quod mihi persuadet conformatio numeri qui idem plane est atque in illa sententia *Omnibus — insignis:* Epp. ad M. Caes. II. 4. 1.

tumorem effusi poetarum verba adsciscerent, nec quidquam pro diserte dicto haberent quod simplex verumque esset.

Sed a Frontonis oratione sensus validos sanosque abesse, qui soli sine fuco placere possunt, seculi perversitate non intellectum est.

Marcum adolescentia egressum ab oratoria arte descivisse, ut ex ipsius commentariis notum erat, ita Frontonis epistola, quam de eloquentia inscripsi, plenius docemur. Is tamen ipse, ex quo ad Imperium pervenerat, quod in Senatu cum cura verba facere debebat, ad veteris magistri disciplinam reversus est. Honorificentius etiam de magistro sensit L. Verus, qui eum, ut historiam belli Parthici scriberet impense rogans, fore arbitrabatur ut *gesta sua posteris tanta viderentur quanta ille narratione sua ea videri vellet* (1).

Quanta caritate Marcus et iuvenis Frontonem dilexerit et per omnem ætatem coluerit, ex utriusque litteris iam patet. Plus eum Frontoni quam ceteris quibus usus est rhetoricis et grammaticis magistris tribuisse, Capitolinus diserte docet (2): neque, opinor, ille æmulum tulisset. Statuam Frontoni Marcum a Senatu petiisse, idem Capitolinus testis est (3): mortuo credo; quod de Rustico certo constat (4). Nec dubium, quum Marcus „tantum honoris magistris suis detulerit ut imagines „eorum aureas in larario haberet, ac sepulcra eorum „aditu, hostiis, floribus, semper honoraret" (5), quin Frontonis memoriam eadem pietate coluerit.

Sed hunc Marci amorem non tam vana præclaræ eloquentiæ opinione quam vera virtutis laude, candidoque animo et φιλοστοργίᾳ illa quam in Romanis desiderat Fronto noster (6), conciliatum fuisse, vel inde patet, quod commentariorum initio, ubi gratam commemorationem facit beneficiorum a singulis in se collatorum, de eloquentia quidem Frontonis nihil quidquam profert,

(1) Epp. ad Verum Aug. 9, 13. (2) Iul. Capitol. in Marco c. 2. (3) Ibid. (4) Idem ibid. c. 3. (5) Ibid. (6) Ad L. Verum 6, 11.

sed hoc se ab illo accepisse prædicat, quod didicerit, „quæ esset tyrannorum invidia et simulatio, et Roma„nos nobiles sincero caritatis amicitiæque sensu desti„tui“ (1). Ac profecto virum bonum fuisse Frontonem, et qualem tibi amicum exoptes, ex reliquiis, quæ in lucem prolatæ sunt, iam efficitur. In Christianos quidem iniquissimus fuit, quos falsis infandorum scelerum criminibus oneravit; sed nemini vitio vertas, si in talibus rebus partium studio decipiatur.

De patre Nostri et genere nihil notum: matrem a Plutarcho Chæronensi genus duxisse, recentioris ætatis commentum est (2). Fratris ipse meminit, cum quo concordissime vixit; eum Divi Pii bonitate summos honores adeptum esse dicit, quod de consulatu intelligendum videtur (3). Uxorem, seu Gratiam sive Cratiam vocatam (4), sibi per multos annos caram, senex amisit antequam L. Verus ex Asia rediret (5).

Filiam unicam Aufidio Victorino collocavit (6), summo belli pacisque artibus viro (7). Ea plures illi nepotes peperit, quorum unum avus domi suæ educabat: is trimulus defunctus est bello Parthico adfecto (8). Alterum avus nunquam vidit, natum mortuumque in Germania ubi Aufidius exercitum adversos Cattos ducebat (9). Tertius nepos erat M. Aufidius Fronto, Consul a. 199. qui Pisaurense monumentum filio posuit infanti: cuius fratrem fuisse C. Aufidium Victorinum, anni 200. Consulem, merito suspicatur Oliverius. Igitur cum Sidonius Apollinaris ad amicum Leonem, qui multum posset in aula Gothica Tolosæ, scribat (10): *Perorandi illud flumen quod non solum gentilitium sed domesticum tibi, quodque in tuum pectus per succiduas aetates ab atavo Frontone*

(1) Comment. I. c. 11.
(2) Auctorem citant Iohannem Sarisberiensem, sed parum attente lectum: nam Sextum cum Frontone confundunt.
(3) De nepote amisso 2, 24. (4) Ad M. Caesarem II. 8. 9.
(5) Ad L. Verum 8, 1. 9, 2.
(6) De nepote amisso, passim. Ad Amicos I. 1. II. 6, 3. Inscr. Pisaur.
(7) p. 147. adn. 1. (8) Ad L. Verum 8, 1. 9, 2.
(9) v. Libellus de nep. amisso. (10) Epp. VIII. 3.

transfunditur: is Leo ex posteris Aufidii Victorini fuerit necesse est. Atavum a Sidonio Frontonem dici ut generis auctorem, non propria vocabuli significatione, tempora reputanti perspicuum est: eodem modo quo Auctor Orat. de Harusp. resp. Appium Cæcum P. Clodii atavum vocat.

Nulla Frontonis extat epistola recentior illa quam ad Verum ex Asia reducem scripsit (1). Grandævum virum senio paulo post defunctum esse, verisimile est: nisi peste ablatus sit quæ illo tempore orbem Romanum devastavit.

Scripta Frontonis.

Ex omnibus Frontonis libris ante A. Maium unus *de differentiis vocabulorum* ad nostram ætatem pervenisse videbatur: misere corruptus ille, ut fere omnes minores grammatici latini, et ita vilis nugarumque plenus, ut probabile visum haud fuerit tale quidquam a Frontonis ingenio potuisse proficisci. Neque iis qui iam in lucem prodierunt, argumenta ad hanc controversiam dirimendam continentur, nisi quod, perspecto Frontonis ingenio, vetamur ei abiudicare librum quod minimi sit pretii. De editionibus huius libri, earumque familiis et indole, ad eius initium disseruit Buttmannus.

Itaque illa quæ Maius ex Codice Ambrosiano edidit, incognita inauditaque erant omnia præter paucissimos versus quos inde Charisius citaverat. Sed cum longe frequentissima apud veteres Frontonis *oratoris* mentio sit, non oratorem ea illum nobis exhibent, sed epistolographum: paucissimis exceptis paginis quæ ipsæ epistolarum libris insertæ erant. Atque omnia sedulo consideranti mihi videntur Frontonis scripta olim in duo corpora digesta fuisse, orationum alterum, alterum epistolarum, quorum illud alio plane volumine scriptum

(1) Ad L. Verum Aug. 10.

fuerit ab eo diverso, cuius partes Bobii in usum rescribendi collatæ sunt.

Sequitur iam ut indicem exhibeamus redivivorum illorum librorum. Monendi vero lectores sunt, cum librorum titulos recensitos legant, vix unum aut alterum ex iis esse integrum; plerosque magna, quin maxima parte mutilos extare.

1. *Liber epistolarum ad T. Antoninum Piam Aug.* quæ quibus annis scriptæ sint, accuratius definiri nequit. Novem illæ sunt, ex quibus duæ ipsius Aug. ad Frontonem, una Frontonis ad Marcum, altera eiusdem ad Gavium Maximum, ut videtur.

Hunc librum excipit commercium epistolarum inter Frontonem et Marcum, quæ olim secundum temporis rationem in tres partes divisæ erant, ita ut eæ quæ ante huius adoptionem, deinde quæ cum Cæsar vocaretur, postremo quæ cum imperaret scriptæ erant, seorsim haberentur.

2. Unum tantum *fragmentum epistolae ad M. Annium Verum* servatum est in Cod. quod Maius epist. decimam libri primi ad L. Verum fecerat. De eo vide quæ scripsimus p. 16.

3. *Libri duo epistolarum ad M. Caesarem*, seu potius XXIV. ex libris illis epistolæ: minime enim dubium est multo plures intercidisse. Atque inter illas numerantur XIII. M. Aurelii, duæ Frontonis græcæ ad matrem Cæsaris, Ἐρωτικὸς eiusdem λόγος, et fragmentum orationis, ut videtur, apud Divum Pium habitæ. Omnes autem vel Frontone consule (a. 143.) vel ante eum annum scriptæ sunt, nec ulla inter eas extat quæ aliqua specie probabili ad illud octodecim annorum spatium referri possit, antequam Marcus de Aurelio Cæsare fieret M. Antoninus Aug. Verum incidit in hæc ipsa tempora

4. *Epistola ad M. Caesarem de Eloquentia*: cuius studium hic repudiaverat. Huius fragmenta quam male in Ed. Mediol. cum reliquiis epistolarum de orationibus confusa sint, demonstravi p 74. 75.

5. *Epistolarum ad M. Antoninum Aug. libri I.* titulo

inscripsi paucas illas quæ ex illo libro supersunt, inter quas tres habemus ipsius Augusti: omnes autem scriptæ sunt post a. 161. Eas Maium cum epistolis ad Cæsarem commiscuisse monui p. 96.

6. *Epistolae de bello Parthico* maxima, ut videtur, pars, scripta a. 162.

7. *Epistolae ad M. Antoninum Aug. de Orationibus*, quas Imp. in Senatu aut habitas aut habendas iudicio magistri sui olim commisit. Quæ ex iis supersunt fragmenta trium vel quattuor epistolarum sunt: his, ut dixi, Maius alia omnino diversa intermiscuit, ita ut ex omnibus confusis duos libros effecerit.

8. *Epistolae de feriis Alsiensibus quattuor*, primis Imperatoris Marci temporibus scriptæ, quorum II. Marci sunt. Hic liber citatur a Charisio.

9. *De nepote amisso*, tertio fortasse eiusd. Imperatoris anno scriptæ epistolæ, altera consolatoria M. Antonini, altera Frontonis.

Epistolæ quas in hos quattuor libros, 6—9, argumenti causa redegit, quicunque antiquitus opera Frontoniana digessit, parum commode ab aliis separatæ sunt quibuscum coniunctæ sunt: ut ep. de bello Parthico, quæ refertur ad secundam libri ad M. Antoninum: Ep. 1. de orationibus, ad quam profecto respicit quarta Alsiensis.

10. *Epistolae ad L. Verum Aug.* scriptæ annis 161—166, quibus insunt quinque Veri, et fragmentum, ut videtur, Panegyrici a Frontone dicti. Plurimæ ex huius libri epistolis initio et fine mutilæ sunt.

11. *Libri duo epistolarum ad Amicos*, omnes a Frontone scriptæ, quarum itidem permultæ interciderunt. Maior earum pars temporis notis caret satis certis: sunt tamen quas manifesto appareat scriptas esse sub Augustis Fratribus I. 1. 3. 10. 18.: atque idem de pluribus aliis satis liquido perspicere mihi videor: auctoritas vero commendandi, in quo fere omnes versantur, quin Frontoni accesserit ex quo discipuli eius sint imperium adepti, haud dubium. Una est libri secundi sexta, quæ, quum ibi Fronto se filiam desponsasse Victorino dicat, ad Divi

Pii tempora revocari debere videatur: unde patet non temporum sed hominum, ad quos scriptæ fuerunt, habitam esse rationem, cum in libros dispertirentur hæ epistolæ.

12. *Epistolae graecae quattuor*, inter quas una est Appiani Alexandrini, quas quo tempore scriptæ sint definire nullo modo licet.

13. *Principia historiae.* Hunc titulum fecit Fronto libro quem *gustui misit* L. Vero qui illi munus scribendi belli suis auspiciis gesti imposuerat: circa a. 165. Continet ille comparationem bellorum Parthicorum Traiani Verique. Et initium et aliae permultæ libri paginæ perierunt.

14. *Laudes fumi et pulveris*, nugales, ad Marcum iuvenem scriptæ.

15. *Laudes neglegentiae*, ad idem tempus, ut videtur, referendæ.

16. *Arion*, ex Herodoto expressa narratio.

Perierunt vero ex Frontonianis, præter ea de quibus neque testimonium extat, neque vestigium ullum:

1. Complures, ut videtur, *libri epistolarum ad Marcum Caesarem;* quod qui neget, necesse est existimet aut casu quodam non collectas, aut discidium illud de quo indicium facit ep. de Eloquentia, eo usque auctum esse, ut per octodecim prope annos sibi obmutuerint magister et discipulus.

2. *Ad M. Antoninum epistolarum libri* post primum omnes: quum Charisius, qui tamen agnoscat minora illa epistolarum corpora, *quintum* ex eorum numero laudet. Quanquam id fatemur, in tam depravatæ scripturæ auctore parum confidi posse librorum, qui citentur, titulis.

3. *Panegyricus T. Pio dictus*: cuius meminit Eumenius c. 14. (vide Fragm. varia p. 270.) Eum non alium fuisse existimo quam orationem quam dixit in Senatu inito consulatu (Lib. I. ad M. Ant. A. 1, 3.) de qua itidem illi sermo est ad matrem Marci (ad M. Cæsarem II. 5.) quin plane eandem ex qua ipse profert quædam (ad M. Cæsarem II. 4.). Quod mihi ex eo constare videtur

quod Plinius (III. 18.) in simili re consulatum sibi iniunxisse officium dicit gratias agendi Principi reip. nomine.

4. *Oratio Bithyna* seu *pro Bithynis*, ad Amicos I. ep. 15. 18. Ei post aliquot annos Fronto multa nova addiderat, locum inprimis de acta vita.

5. *Oratio pro Demonstrato Petiliano*: Ad M. Antonin. Aug. I. 6. Ad Verum Aug. 8. qua oratione compellabatur Asclepiodotus quidam, qui Vero probaretur. Fuit hic Demonstratus homo haud dubie Romanus, erratque omnino Maius qui sibi persuasit eundem esse cum Demostrato illo Atheniensi cui gravissimæ cum Herode intercesserunt inimicitiæ; parum tamen sibi constans, quum modo Atticum, modo Cirtensem fingit p. LIV. LV.

6. *Oratio qua Herodem laeserat.* ibidem. Quam diversam ab illa pro Demonstrato fuisse mihi certum est: licet aliter censente Maio.

7. *Oratio pro Ptolemaeensibus* Charisius

8. *Oratio in Pelopem.* Sidonius Apollinaris VIII. ep. 10. *M. Fronto cum reliquis orationibus emineret, in Pelopem se sibi praetulit.* Hunc Pelopem medicum illum esse crediderim satis celebrem, Aelio Aristidi et Claudio Galeno commemoratum.

9. *Adversus Christianos:* in qua Christianos nefandorum conviviorum convicio aspersit, ut ait Minucius Felix cap. 9. 31.

In Editione Mediolanensi nulla extat librorum mentio quos num. 2. 4. 5. recensui: contra fictos errore Editoris quinque libros habet, quos inducendos esse demonstravimus. Sunt autem hi:

Liber secundus epistolarum ad Verum Aug.

Liber secundus de orationibus ad M. Antoninum.

Pars orationis de testamentis transmarinis.

Pars orationis de hereditate Matidiæ, cum duabus epistolis.

Pars orationis pro Volumnio Sereno.

Scripta quae Frontoni falso tribuuntur.

1. *Liber de acie homerica:* apud Pseudoælianum qui sub Traiano scripsit, c. 1, ibi enim Φροντίνῳ pro Φρόντωνι legi debere, certissimum est.

2. *Libri de re rustica,* ex quibus extant excerpta in Geoponicis; quæ et sermone produnt diversum a nostro Frontone sequiorisque ætatis auctorem, et de rebus disserunt quotidianis quas illum ignorasse pariter contemptuique habuisse iam nemo dubitabit.

3. Extat in bibliothecis Italicis libellus ex lexicorum genere, eo insignis quod plurima servavit ex Historiis Sallustianis, atque ex Ciceronis qui interciderunt libris, fragmenta, in quibusdam codicibus inscriptus *M. Frontonis exempla elocutionum,* in aliis vero *Arusiani* (seu Volusiani) *Messi quadriga.* Prioris generis librorum auctoritate, seculi XVI. eruditi plerique, qui inde fragmenta hauserunt, Frontonem laudant; Maiusque, de augendo Frontonianorum librorum numero sollicitus, in eorum partes concessit, librumque ex codice Ambrosiano, XVI. seculo scripto, una cum illis edidit. Nullus extat liber cui de suo minus attulerit auctor: neque enim eius præter lemmata verbum ibi invenies, uno fortasse excepto loco v. *detraho de te:* sed ibi quoque ita barbarus est sermo ut a vetere scriptore profecta esse nequeant. Excerpsit ille ex quattuor scriptoribus (unde quadrigæ nomen inditum) Terentio, Cicerone, Sallustio et Virgilio, quæ notatu dignæ viderentur elocutiones, ita ut ipsas litterarum ordine lemmatis loco poneret, deinde verba subiungeret scriptoris apud quem invenisset, tali modo: *Abundans illius rei. Virg. Ecl. Nivei quam lactis abundans. — Urbs et nomini plurali subiunctum. Virg. Aen. X. Quique urbem liquere Cosas. Cicero de Signis. Urbem Syracusas maximam esse graecarum.* Iam vero, postquam Frontonis de romani sermonis auctoribus iudicium innotuit, qui de Virgilio et Terentio taceat, Ciceronem antiquio-

bus certe non præferat, quis illum credat, si huius generis libro consarcinando operam dicasset, non Catonem potius illum suum, Enniumque cum C. Crispo adhibiturum fuisse? Itaque librum qui tam gravi indicio Frontoni abiudicetur, et ita tenuis, et collectis inde a Carrione, Patricio et Sigonio fragmentis iam nullius fructus sit (1), qui præterea a parte testium alii auctori di-

(1) Etiam in hoc libro recensendo eximia illa sua diligentia usus Maius omnia quae in eo extant loca in editis quaesivit libris; quaedam frustra, quae ideo in unum collecta proponere haud inutile visum est, quia incognita hucusque fragmenta illis inesse videntur. Quod de illis quae ex oratione in Pisonem afferuntur certo affirmare ausim: quae vero ex orationibus integre servatis Maio falso citari videntur, utrum aut in his aut aliis locis inveniantur quaerendi otium defuit: indicavit autem amicissimus Boeckhius quae ex oratione de Signis laudantur: *temeritati et mendacio conscius* ibi legi c. 56. recte scripta *t. e. m. meo conscios*: illa: *dum armis exercetur*, ibidem c. 25: denique in eadem oratione, eiusque cap. 50. extare illa quae ex oratione *de suppliciis* laudantur: *neque tam fugitivi illi a dominis quam tu ab iure et a legibus.* — *neque tam illi hostes hominibus quam tu diis immortalibus.* Atque id iam bona fide affirmare possum, ita exhaustum esse libellum ut nullam amplius praestare possit utilitatem.

Ex Cicerone.

Incerto libro. Neque adsidere Gabinium aut alloqui in curia quisquam audebat.
De republica. A quo isti avocant.
ibid. Ut de via decedendum sit.
ibid. Sermonem in multam noctem produximus.
In Pisonem. Homini levi et subito filium *(l. filiam)* collocavit. *(Sermo est de avo Pisonis materno, ut apud Asconium pro paterno scribendum esse p.* 156. *Ed. Lugd.* 1644. *moneo)*
ibid. Dedecus quemadmodum ingressus.
ibid. Maiorem sibi Insuber ille avus adoptavit.
In Siciliensi. Tecum tuum conclusisset.
ibid. Cum eo coniuncta est.
In Frumentaria. Fundus erat colono locatus.
De Suppliciis. Quae tu de Rep. detraxeris.
ibid. Ut exeunt e Sicilia praedones.
Pro Cluentio. Sexcentis millibus numum se iudicium corrupturum esse dixerat.
ibid. Diffidentem rebus suis.
ibid. Quotiescumque quicquam eiusmodi monstri poterat in animum inducere.
ibid. Ingenio et virtute par his quos ante memoravi.
Pro Flacco. Quam benivolum hunc P. R., quam fidelem putatis? *(Horum simillima Phil. XI.* 13. *extare recte monuit Maius)*

diserte tribuatur, non recepimus, quum præsertim moli sumptuique editionis nostræ parci voluerimus.

Raphael Volaterranus inter libros qui a. 1494 in Bobiensi bibliotheca inventi fuerint, *Cornelii Frontonis elegantias latinas* recenset: quæ si fuerunt *exempla* de quibus hic sermo est, vetusti quidem Codicis auctoritatem habet qui illa Frontoni vindicat; ea tamen quam infirma sit inter omnes qui sapiunt convenit.

Editio Mediolanensis.

Prodierunt Frontonianæ reliquiæ Mediolani 1815, duobus voluminibus, in splendida charta, et typis sane decoris, imaginibus Augustorum, ad quos epistolas scripsit Fronto, ornatæ, et specimine scripturæ instructæ. Titulum editio præfert hunc:

> *M. Cornelii Frontonis opera inedita, cum epistulis item ineditis Antonini Pii, M. Aurelii, L. Veri et Appiani, nec non aliorum veterum fragmentis. Invenit, et commentario praevio notisque illustravit Angelus Maius. Pars prior. Pars altera, cui adduntur seu edita seu cognita eiusdem Frontonis opera. Mediolani, regiis typis.*

Ceterum præter *exempla* illa *elocutionum* nihil ibi extat quo nostra careat editio (1).

De domo. Reip. vicem lugeo. (*Male Maius: de Domo et Rep. Vicem l.*)

Pro Sextio. Negotii gerentes. (*Maius conferre iubet or. pro Quintio c.* 19.)

Ex Sallustio.

Iugurtha. Imperii prolatandi percupidus habebatur, cetera egregius.

(1) Etenim aliena plane ab hoc opere sunt p. 430. 431. variae lectiones admodum paucae ex Cod. Ambrosiano ad illa quibus lacunam in Punicis Appiani supplevit Cl. Schweighaeuserus: tum p. 548—550. Prologus Adamantii Martyris de V. et B. vocali, et specimen glossarum Placidi.

Codex Frontonis Ambrosianus.

Delituerant hæ reliquiæ in codice ex genere rescriptorum, de quo pauca admodum nos docet inventor Maius. De indole illius quæ is diversis locis tradit, collecta fere hæc sunt. Extare in bibliotheca Ambrosiana, ex Bobiensi cœnobio allatum (1) codicem, forma maxima, quam *in folio* dicunt (2); quo contineri latinam interpretationem Actorum Concilii Chalcedonensis, antiqua manu scriptam, quæ ad VIII. seculum referenda esse videatur (3). Ad eum librum conficiendum adhibitas esse membranas plurium veterum codicum, qui, credo, extabant in cœnobii bibliotheca (4): Frontonis, Interpretis antiqui ad octo orationes Ciceronis (5), Symmachi orationum (6), et panegyrici Pliniani (7): aliorum fortasse præterea, de quibus nullam mentionem Maius fecit. Binas unamquamque Frontonis paginam columnas habere inde colligo, quod id de Interprete Ciceronis tradit Maius (8), idemque quæcumque de huius codicis scriptura narravit, de illo pariter affirmat (9). Atque ipsum æri incisum

(1) Maius in praevia diss. ad Interpr. Cic. p. IV.

(2) *Ingentes paginas* dicit Maius p. 336. Ed. Med. et p. 392. lacunam esse integrae paene paginae Codicis *in f°*. (sic)

(3) Maius ad Interpr. p. V. Ego, quantum ex specimine iudicare licet, recentiorem esse arbitror.

(4) Nescio an quisquam animadverterit fragmentum quod Muratorius edidit catalogi Bobiensis bibliothecae inter libros qui illic habiti sint memorare *Septimii Sereni opuscula ruralia:* quae cum pariter rescribendo destructa esse consentaneum sit, viros doctos Mediolanenses, ipsum ante alios praestantissimum Maium, summopere rogamus, ut ea in Ambrosiana investigare laborent.

(5) Maius l. l. Hic Ciceronianus interpres magni sane pretii est, et doctus, non tamen est Asconius, sed idem qui in Verrinas scripsit, quarti seculi homo. Nam is quoque commentarius non recte Asconio tribuitur, atque mihi dubium non est, in Poggianis Asconii apographis hunc non extitisse, sed aliunde editum esse.

(6) Maius praef. ad Symm. p. XIII.

(7) Maius ad Symm. ed. n. p. 62.

(8) Diss. ad Interpr. Cic. p. V.

(9) Comm. praev. ad Front. p. CI.

specimen, quanquam unius tantum columnæ, hoc confirmare videtur (1). Quo specimine diligenter inspecto fore ut paucissimi illi qui perfectam palæographiæ cognitionem habent, accurate definiant quo tempore exaratus sit Frontonianus codex, optandum magis est quam sperandum, quoniam fallax admodum de ea re iudicium est. Mihi ut tantum haud tribuerim, ita tamen dicam me in libris qui vix ante sæc. VII. initium scripti esse possint, idem plane litterarum scribendique genus vidisse, quin pulchriores etiam ductus quam quos Frontonianæ membranæ exhibent: quos quum Maius ad quartum seculum referat (2), audacius mihi pronuntiare videtur; multo antiquiorem esse Tullianarum orationum quas in Sedulii codice invenit scripturam, recte dictum arbitror. Frontoniani quidem codicis scriptura Pandectarum librum Florentinum in permultis refert, atque etiam iuncturam litterarum N et T. In aliis tamen differunt, neque apparet in Frontoniano codice S illud ex cursiva petitum scriptura: et in universum elegantior multo minusque festinatus est Frontonianus codex. Vocabula continuantur: id vero singulare est, quod „membra oratio„nis distinguuntur puncto crasso recurvo superiori vo„cabuli parti adscripto" quam distinctionis notam agnoscit Diomedes, ut bene docet Maius. In Græcis nulla distinctio deprehenditur (3). Titulus librorum in summis paginis scribitur minutis litteris: grandibus initio et fine librorum: neutro loco adduntur sollemnia illa *incipit* et *explicit* (4). Numeri nota in summa pagina non nisi secundo libro additur (5). Epistolarum clausula certe in specimine quod æri incisum est, angustioribus versibus continetur: quod ideo observo, quod id in ipsarum quæ mittebantur epistolarum forma usitatum

(1) Omisimus illud, quum sufficiat talia semel extare.

(2) l. l. Comm. praev.

(3) Ibid.

(4) V. Specimen Codicis, columna secunda, tum ed. n. p. 104, 153.

(5) P. 104.

fuisse videri potest (1). Emendatus codex erat collatis exemplaribus, a quodam, qui suum se nomen in codicis initio, cum quo simul periit, adscripsisse testatur formula in fine posita *Legi emendavi qui supra* (2), quæ septies occurrit (3); idem in margine quæ sibi notatu digna viderentur, indicavit lemmatis: scholia certe dici non possunt: littera in illis usus cursiva, quæ quum sec. V. ut ex chartis apparet, in usum recepta sit, cave inde cum Maio colligas eius laborem multo recentiorem esse cetera codicis scriptura. Romanum fuisse librarium ex græcis quæ scripsit apparet (4): minime tamen ita ignarum sermonis græci ut Maio placet (5); errores enim qui in illis occurrunt fere omnes ex male lecto, non ex male scripto codice nati sunt.

Orthographiam ut Maius expressit, ita servavimus, licet pleraque in quibus a recepta differt ex vitiato in barbariem prolapsi ævi usu nata sint. Ea in plurimis cum Pandectis Florentinis consonat: uterque enim liber exhibet inter alia *epistula, neglegentia, thensaurus:* et in utroque pariter B ponitur pro V, et V ubi B esse debet.

„Folia in codice cuncta, incredibili quadam perturbatione commixta, materiæque ordinem funditus sublatum esse, ea se in ordinem disposuisse:" ad Ciceronis interpretem docet Maius (6): quod hoc loco, ad confirmanda ea quæ in epistola ad lægerum scripsi, addere quam omittere satius duco, postquam illę Maii liber demum his ipsis diebus ad me allatus est.

Quod multi conquesti sunt rescribendorum librorum more, quum ecclesiasticis scriptis auctores veteres cedere cogerentur, permultos periisse optimi ævi libros, intempestivum fuerit repetere: quin fatendum est, potuisse ita servari quæ a rudibus illorum seculorum ingeniis, nisi sibi utilia fecissent, aut neglecta aut abiecta essent:

(1) Spec. Cod. col. 1.
(2) Comm. praev p. CII. CIII.
(3) P. 95. 112. 131. 152. 208. 253. 264. Semel vero *recognovi* p. 104.
(4) P. 235. adn. 1. ed. n.
(5) P. 40. adn. 4. ed. n.
(6) P. VI.

quæ inter tot bella, tot populationes et ruinas, plurimis libris pereundi causa extitit. Sed industria diligentiaque nostra dirigenda est ad inveniendos qui plurimis locis procul dubio adhuc delitescunt litterarum thesauros; atque ut evanidi ductus reviviscant, ars chemica in subsidium vocanda est. Ceterum, ut hoc addam, quæ in aliquammultis libris Latinis, (nam apud Græcos divites, et ab antiquis studiis non alienos rarissime factum est, quod paupertas et barbaries Italis suadebat), quæ in Latinis, inquam, libris nonnullis desunt folia, quorum numerum nonnunquam codices indicant, ea et ipsa ad rescribendi usum esse ablata videntur. Et mihi quidem persuasum est, etiam Petronii quæ supersunt evasisse cladem, ex eadem causa illatam, cum pars foliorum, ut alium textum reciperet, ex codice evulsa esset, reliqua manerent: quorum tamen plurima folia in eundem usum, abraso ablutoque atramento, præparata essent: unde factum est, ut in integris paginis pauci versus, neque inter se coniuncti, legi potuerint ab eo, qui, litterarum studio renascente, in alium transcriberet codicem.

Alii Frontones.

Frontonum brevissimam subiiciamus his mentionem. Multi eo nomine sub Imperatoribus fuerunt, nulla inter se cognatione iuncti. *Octavius Fronto*, prætorius, Tacit. Annal. II. 33. *Vibius Fronto*, magister equitum, ibid. II. 68. *Iulius Fronto*, trib. vigilum, Tacit. Histor. I. 20. II. 26. *Catius Fronto* fuit orator, Plinii minoris æqualis, qui pro Basso et pro Vareno dixit, Plin. IV. 9. VI. 13. Hunc eundem esse autumo cuius platani et marmora Iuvenali memorantur, Horatianæ domus dominum. *Claudius Fronto* Asiarcha sub Antonino Pio et L. Vero in numis XIII. Asiæ civitatum: de quo vide Maium in Comm. prævio p. XXIV. seqq.: fortasse non diversus a *Frontone*, cuius mortui admodum honorifice meminit Ael Aristides in Genethliaco Apellæ T. I. p. 125. B. ed. Cant. *L. Caecilius Fronto* Smyrnensis ἀγωνοθέτης, fortasse sub T. Antonino Pio, apud Spon. Miscell. X, 93.

p. 353. *Papirius Fronto* IC. qui laudatur a Callistrato et Marciano in Pandectis. *Fronto Emisenus*, Longini avunculus, qui sub Severo Imp. Athenis rhetoricen professus est, multasque orationes scripsit: v. Suid. s. v. Φρόντων. *Fronto* Medicus in inscriptione Græca Catanæ ap. Castell. Princ. Turr. Mut. Inscr. Sic. XIV, 48. p. 181. ed. sec. ubi nunc male legitur ΦΙΟΝΤΩΝ. Tum *M. Aufidius Fronto*, Cornelii nostri ex filia nepos, de quo v. supra p. XXV. — eiusque filius infans *M. Aufidius Fronto: Q. Aufidius Fronto* et *Cn. Domitius Fronto* ap. Gruterum CMXXXIII. 6. *M. Marius Fronto* ap. eundem DCXCV. 9. *Fronto* libertinus, Cod. Iust. X, 38. 2. *Fronto* Arvernus, avus Apri, qui familiaris Sidonii fuit, IV. ep. 21. *Fronto Caristanus*, et *Valerius Fronto*, apud Apsyrtum in Hippiatricis. *Fronto II vir* Ennonæ in inscript. quam laudat Maius, comm. præv. p. VII. Fuerunt etiam, quos itidem suppeditat Maius, *Fronto* monachus, et duo *Frontones* martyres, quorum alter in Africa, alter Cæsaraugustæ passus est. *M.* vero *Cornelium Frontonem* III. Cos. Traiani Imp. collegam a. 100, qui Sex. Iulius Frontinus esse debeat, Norisius fastis expulit.

M. COR-

M. CORNELIVS FRONTO.

M. CORNELII FRONTONIS
EPISTULARUM
AD
T. ANTONINUM Aug. PIUM.
LIBER.

INDEX (1).

I. Ut meministi, Caesar, cum tibi.
II. Quanta. . . . . .
III. Si evenire posset.
IV. Niger Censorius.
V. Carius vitae meae parte.
VI. Cum bene perspectas.
VII. Cum gravitatem.
VIII. Omnem operam me.
IX. Ho(c nego magisve nego) (2)
X. Accepi Caesar.
XI. . . . . .
XII. Castricius noster.
XIII. Legam, Fili, libenter.
XIV. Fecisti, Frater Contucci.

(1) Indicem hunc Maius ex Codice quidem MS. exhibuit, monuit tamen epistolam IV et XI ab eo abesse. Numerorum igitur signa haud dubie apposuit ipse. De postremis tribus haec ille: „Sunt quidem in hoc libro, sed eædem extant etiam in libro II. ad Amicos eiusque Indice.“ Quibus verbis quid aliud significavit nisi hoc, bis scriptas eas in MS. extare? Nec tamen diversae scripturae protulit quicquam. *N.*

(2) Dubiæ lectionis vocabula parenthesi includimus. *Maius.*

I. IMP. ANTONINO PIO AUGUSTO FRONTO. (1)

Ut meministi, Cæsar, cum tibi in senatu gratias agerem, (2) desiderio quodam . . . . quæ distuler . . . . senatu frequentior . . . sum. Nam litteras quæ die recitabantur . . . tes librum . . . . dominus . . . . Bene vale (3).

2. M. FRONTONI ANTONINUS CAESAR.

1 Quanta . . . . me tuo . . . . hercule . . . . optimo . . . . in tam trita et assidua tibi

(1) Inscriptio haec num germana sit, dubium est, cum tota pagina teste Maio oblitterata fuerit. *Caesaris* quidem appellatio, quae et h. l. in allocutione et in proximæ epistolæ inscriptione legitur, in sequentibus deinceps ad Marcum epistolis non nisi designato iam successori tribuitur: unde has duas epistolas scriptas fuisse coniiciat aliquis intra paucos illos menses, qui a Pii adoptione usque ad mortem Hadriani effluxerint. Quae si vera fuerit suspicio, aliter inscribi hae epistolae debebunt, quoniam Antoninus illo tempore nondum Augusti appellatione utebatur. Quanquam mos iste, quo eum ipsum, qui iam rerum esset potitus, Cæsarem appellare netas duceretur, per Pii demum diuturnum imperium paullatim videtur invaluisse. Nam Plinii quidem Panegyricus honorificam Cæsaris appellationem et in allocutione et in narratione habet. *N.*

(2) Haec fortasse sic explenda: desiderio quodam *dicendi*, quae distuler*am*, senatu frequentior*e executus* sum. *H.*

(3) Epistula in oblitterata pagina magnam partem legi nequit. *Maius.*

materia invenire et posse. Sed videlicet valde potens est, quod summe efficere possis, etiam velle. Nihil istis sensibus validius: 2
nihil elocutione, salva sanitate, civilius. Neque enim hoc committam (1), ut te iustissima laude fraudem, dum metuo ne insolenter laudes meas laudem. Bene igitur acce- 3
pisti et rectissimo opere, cui plane, seposita materia, omnis honor debetur: ceterum ad ostentandum (2) mihi animum tuum non multum egit. Nam esse te benignissimum omnium factorum et dictorum meorum conciliatorem bene noveram. Vale mi Fronto carissime mihi.

Illa pars orationis tuæ circa Faustinæ 4
meæ (3) honorem gratissime a te adsumta, verior mihi quam disertior visa est. Nam ita se res habet. Mallem mehercule Gyaris cum illa, quam sine illa in Palatio vivere.

3. ANTONINO PIO FRONTO.

Si evenire posset, Imperator, ut amici ac 1
familiares nostri nostris moribus cuncta agerent, maxime vellem: (4) tum, si non moribus, at saltem ut consiliis ubique nostris uterentur. Sed quoniam suum cuiusque in- 2
genium vitam gubernat, fateor ægre ferre me,

(1) Cod. *omittam*. *Maius*.
(2) Cod. *ostantandum*. *id*.
(3) Iam tum, ut videtur, mortuae. *N*.
(4) Legerim, *id maxime vellem*. Perperam certe haec ita interpunxerat Maius: — *agerent, maxime vellem, tum si* etc. *H*.

quod amicus meus Niger Censorius [1] testamento suo quo me heredem instituit, parum verbis temperarit. Id ego factum eius improbus sim si defendendo purgare postulem; immemor amicitiæ, nisi saltem depre-
3 cando sublevem. Fuit sine dubio Niger Censorius verborum suorum inpos et minus consideratus, sed idem multarum rerum [2] frugi vir et fortis et innocens. Tuæ clementiæ est, Imperator, unicam hominis verborum culpam cum ceteris eius recte factis
4 ponderare. Ego quidem ad amicitiam eius accessi [*qui multorum amo*]rem [3] . . . . . strenua opera domi bellique meruerat. Ut ceteros eius amicos omittam, Turboni Marcio [4], et Erucio Claro [5] erat familiarissimus: qui duo egregii viri alter equestris, alter senatorii ordinis primarii fuerunt. Postea vero ex tuis etiam iudiciis ei plurimum
5 et honoris et auctoritatis accesserat. Talis ego viri amicitiam appetivi. Haud sciam [6]

(1) Consul Niger occurrit A. U. 870. et 891. in quæ tempora incidit ætas huius Nigri Censorii. *Maius.*

(2) Infra Lib. 2. ad Marc. 4. 18. *omnium rerum sanus.* Quae perinde dicta sunt atque *ceterarum rerum* pro *cetera* ap. Cic. pro Quint. 3. *Sane ceterarum rerum, paterfamilias et prudens et attentus, una in re paullo minus consideratus.* Vid. Hotom. Obss. 4, 11. Græv. ad Cic. de Senect. 2. *B.*

(3) Moneo, verba excusa macriore charactere mea esse supplementa. *Maius.* Alius ita expleverit: *accessi, postquam amorem optimorum virorum strenua o. d. b. q. meruerat. B.*

(4) Marcius Livianus Turbo, Praef. praet. sub Hadriano (unde h. l. *primarius equestris ordinis vir*) bellica laude inter paucos aevi sui clarus. V. Reimar. ad Dion. LXIX p. 1166. n. 134. *N.*

(5) Erucius Clarus, Traiani dux, Seleuciæ expugnator. V. Reimar. ad Dion. LXVIII. p. 1144. n. 189. *N.*

(6) Scr. *scio. H.*

an qui dicat debuisse me amicitiam cum eo desinere, postquam cognoveram gratiam eius apud animum tuum imminutam. Numquam ita animatus fui, Imperator, ut cœptas in rebus prosperis amicitias, si quid adversi increpuisset, desererem. Et omnino (cur 6
enim non sententiam animi mei expromam?) ego eum * qui te non amabit, hostis numero habebo: quem vero tu minus amabis, miserum potius quam hostem iudicabo. De . . . . permultum refert inprobes aliquid an oderis . . . (1) [*amicorum offi*]ciis et consiliis 7
indigebat. Atque utinam Niger, sicut in plerisque mihi post paruit, ita consilium [*meum in*] testamento (conficiendo) [*ro*]gasset! Haud umquam tantam maculam memoriæ suæ inussisset verbis inmoderatis ipsum potius quam alios lædentibus. Nec . . . . interval- 8
lum intercessisset, quo . . . virum illo ipso tempore quo offendit: sed amando ita offendit, ut pleraque animalia, quibus abest ars et sedulitas educandi, ova atque catulos suos unguibus aut dentibus male contrectant, nec odio, sed imperitia nutricandi opterunt. Ego certe deos superos inferosque et fidem 9
arcanam humanæ amicitiæ testor, me semper auctorem fuisse, cuius . . . . hominem . . . . eum incidisse magis doleas, sed fide-

* *In margine* (2): Panegyricus. (3)

(1) Scripserat fortasse Frontò: *Deinde permultum refert, improbes aliquid an oderis ipsum hominem. H.*

(2) Hoc et pauca alia huiusmodi lemmata ubique, etiam ubi putidissima sunt, reliquimus tamen, ut de iis, sicubi eorum usus aliquis esse possit, integrum sit iudicium.

(3) Totus hic locus oblitteratus est. *Maius.*

liter quem . . . . in eodem agere velle, in quo . . . animo . . . . utraque causas . . . . et sane . . . expectari poterat, in eo quem (revexerat. Nec moverat) tanta benignitas et tot beneficia . . . equidem . . . [1] cumque habeat suum finem. Res autem istas, quas nec (tacere) voluimus, nec (negare) credimus, et, si di æqui sunt, veras et congruentes simplicitati nostræ amicitiæ, semper adsequamur.

4. DOMINO MEO CAESARI [2]

1 NIGER Censorius diem suum obiit. Quincuncem bonorum suorum nobis reliquit testamento cetera honesto, quod ad verba vero adtinet inconsiderato: in quo iræ magis, quam decori suo consuluit. Inclementius enim progressus est in Cavium Maximum [3] clarissimum et nobis observandissimum vi-
2 rum. Ob eam rem necessarium visum scribere me domino nostro patri tuo et ipsi Cavio Maximo difficillimæ quidem rationis epistulas: in quibus et factum Nigri mei,

(1) Ita hunc locum in Addendis editor Mediol. e codice diligentius inspecto refinxit. Nam in textu haec dederat: *agere velle, in quo . . . et sane . . . expectari poterat, in eo quem (corre)xerat. Nec . . . tanta benignitas et tot beneficia . . . tibi autem non . . . equidem . . .*

(2) M. Aurelio. *Maius.*

(3) Cavius Maximus, vir severissimus, præfectus prætorii fuit XX. annos sub Antonino Pio. V. Capitol. p. 29. A. in Pii vita. *Maius.* In MS. haud dubie est, quod Maius dedit, *Cavium;* scripturam tamen *Gavius*, quae est ap. Iul. Capitolinum, confirmat inscriptio Gruteri p. CCLVIII. n. 8. *N.*

quod inprobabam, non reprehendere [1] nequibam, et tamen amici atque heredis officium, ut par erat, retinere cupiebam. Hæc 3
ego te, ut mea cetera omnia, scire volui, conatus mehercules ad te quoque de eadem re prolixiores litteras scribere: sed recordanti cuncta mihi melius visum est non obtundere te, neque a potioribus avocare.

5. ANTONINO PIO AUGUSTO FRONTO

Carius [2] vitæ meæ parte adipisci [3] cupio, ut te complecterer felicissimo et optatissimo initi imperii die, quem ego diem natalem salutis, dignitatis, securitatis meæ existimo. Sed dolor umeri [4] gravis, cervicis vero multo gravissimus ita me adflixit, ut adhuc usque vix inclinare me vel erigere vel convertere possim: ita immobili cervice utor. Sed apud Lares Penates deosque familiares meos et reddidi et suscepi vota, et precatus [5] sum, uti anno insequenti bis te complecterer ista die, bis pectus tuum

(1) Verbum *repraehendo* semper fere vidi cum diphthongo in antiquis mss. *Maius.* Talia quoque quamvis mendosa ex tam vetusto codice immutata repraesentare praestabat. Igitur ubique fere, qualia haec Maius sua fide dedit, fideliter reddidimus.

(2) Supplevi *carius* ex Indice. *Maius.* Immo *carius quam. H.*

(3) Cod. *adpicisci. Maius.*

(4) Sic Cod. *umeri* sine adspiratione, etiam Ep. Als. 3, 34. Quintil. 1, 5. „Parcissime eâ (H littera) veteres usi etiam „in vocalibus, cum *oedos ircosque* dicebant.“ Revera ego in antiquis codicibus sæpe vidi *em, eu, erus, erilis, ircus, ospitium, ortus* etc. *Maius.*

(5) Cod. *praecatus. Maius.*

et manus exosculare, præteriti simul et præsentis anni vicem persequens.

6. AB AUGUSTO R. (1)

1 Cum bene perspectas habeam sincerissimas in me adfectiones tuas, tum et ex animo meo non difficile iam [*mihi per*]suasi, (2) mi Fronto karissime, vel præcipue hunc diem, quo me suscipere hanc stationem placuit, a te potissimum vere religioseque celebrari. 2 Et ego quidem et vota tua et te mente, ut par erat, repræsentavi . . . .

7. *Fronto Cavio Maximo* (3)

1 Cum gravitatem (4) . . . . . Dolor ira-

(1) Nempe *Rescriptum*. Est autem singularia littera R nullo puncto conclusa. *Maius*.

(2) Legendum videtur: *tum et ex litteris tuis animo meo non difficile persuasi* etc. *H*.

(3) Censeo hanc Epistulam Frontonis ad Cavium Maximum de testamento Nigri Censorii, quam Fronto revera in Epistula IV. huius Libri ait se scripsisse. Supplevi ergo titulum ex coniectura. Et quidem hoc Fragmentum non potest esse pars Epistulæ III. huius Libri: nam ea Epistula in Indice occupat tertium locum; hoc autem Fragmentum desinit in eadem pagina Codicis, in qua incipit Epistula VIII. Ergo occupare debet septimum locum: adeoque est clausula Epistulæ VII. quæ in Indice incipit *Cum gravitatem*. *Maius*. Vellem Maius nobis dixisset, an quarta epistola tertiam in MS. perinde subsequatur atque in Editione sua. Nam quae nunc verba tertiam claudunt, nequaquam illa iustum videntur epistolae exitum continere. Quin suspicor postremam illius epistolæ partem quæ sect. 7. seqq. ed. nostræ continetur, per errorem editoris ad illam relatam cum initio coaluisse, cum potius ad hanc septimam epistolam pertineat. Vix enim credibile est Frontonem ad Augustum, cuius majestatem reverenter colebat, de mutua amicitia locutum esse (ep. 3. 10). Finis certe tertiæ deest, æque atque huius initium. *N*.

(4) Hæc verba supplevi ex Indice. *Maius*.

cundiæ coniunctus mentem hominis perturbavit . . . . . Virtutibus ceteris iracundia 2
venenum ac pernicies fuit . . . . [*Sed nemo meum erga Nigrum amorem vituperet,*] qui non tuum ante repræhenderit. Postremo neque ego Nigrum propter te amare cœperam, ut propter te eundem amare desinerem: neque tu me a Nigro tibi traditum amare cœpisti. Quamobrem tecum (1) quæso, nequid obsit amicitia nobis, quæ nihil profuit. Iam si dicendum sit, (2) deos testor 3
me sæpe vidisse Nigrum Censorium ubertim flentem desiderio tui, atque huius discidii dolore. Sed erit fortasse tempus aliud, quo ego memoriæ eius placem te ac mitigem. Interim ne quid loci malignis hominibus ad- 4
versus me apud aures tuas pateat, qui [*meam tibi dubiam*] perperam [*faciunt*] fidem: quam quom firmam et sinceram cum Censorio servaverim, multo magis profecto tecum perpetuam atque incorruptam retinere conitar (3)

8. ANTONINO PIO AUGUSTO FRONTO

OMNEM operam me dedisse, sanctissime 1
Imperator, et inpenso studio cupisse fungi proconsulari munere, res ipsa testis est. Nam et de iure sortiendi, quoad incertum fuit, disceptavi, et postquam iure liberorum

(1) Male distinxit Maius: *tecum, quaeso.* Plaut. Rud. 3, 4, 68. *Tecum oro, senex, ut illas serves.* Gell. 20, 1. *Quaeso tecum, degrediare paullisper* etc. *H.*

(2) Sic Maius in Add. In textu legitur *est.*

(3) Ita Cod. cum unica *n.*

prior alius apparuit, eam quæ mihi remansit splendidissimam provinciam pro electa
2 habui. Post illa [1] quæ(cumque) ad instruendam provinciam adtinerent, quo facilius a me tanta negotia per amicorum co-
3 pias obirentur, sedulo præparavi. Propinquos et amicos meos, quorum fidem et integritatem cognoveram, domo [2] accivi.
4 Alexandriam ad familiares meos scripsi ut Athenas festinarent, ibique me opperirentur, iisque græcarum epistularum curam doctissi-
5 mis viris detuli. Ex Cilicia etiam splendidissimos viros, quod magna mihi in ea provincia amicorum copia est, cum publice privatimque semper negotia Cilicum apud te
6 defenderim, ut venirent hortatus sum. Ex Mauretania quoque virum amantissimum mihique mutuo carum Iulium Senem ad me vocavi, cuius non modo fide et diligentia, sed etiam militari industria circa quærendos
7 et continendos latrones adiuvarer. Hæc omnia feci spe fretus, posse me victu tenui et aqua potanda malam valetudinem, qua impedior, si non omnino sedare, (cer)te ad (maius) intervallum et (tempus) [*eius*] impetus mitigare. Ita evenit ut solito diu plus valerem, et fortis vigerem: adeo ut etiam duas amicorum causas non minimi laboris
8 apud te tutatus sim. Ingruit deinde tanta vis valetudinis, quæ mihi ostenderet omnem spem illam . . . . . [3]

(1) *Post illa* pro *postea* apud Frontonem etiam in *Arione* bis. *Maius*

(2) Cirtâ. *Maius.*

(3) Huic epistolae Maius ut nonam decimamque duas subiunxit, Marci alteram, alteram Frontonis, quae in

9. (*Antonino Pio Augusto Fronto*) [1]

. . . . amicorum meorum fecit modestia 1
nequid inprobe peterem . . . . Equitis ro- 2
mani unius contubernalis mei Sextii Calpur-
nii [2] dignitatem rogatu meo exornasti dua-
bus iam procurationibus datis. Ea ego dua-
rum procurationum beneficia quater numero:
bis cum dedisti procurationes, itemque bis
cum excusationes recepisti. Supplicavi tibi 3

nostra collectione primi epistolarum ad Marcum libri nona et secundi prima sunt. Ac priorem quidem ipse ait (ed. Med. p. 18 n. 1.) collocatam esse in Codice inter epistolas libri I. ad Marcum; posteriorem huc reposuit eam ob causam quod in indice epistola ab his incipiens verbis *Accepi Caesar* occurrit. Simili videlicet errore, ut quo illa ex secundo ad amicos libro huc relata vidimus. Epistola non debebat nisi inter eas collocari, quae ad Marcum sunt scriptae. *N.*

(1) Epistolam hanc (in ed. Med. undecimam) nullam aliam ob causam huc retraxit Maius, quam quod eam in Codicis MS. eadem pagina illa ad Quadratum epistola *Castricius noster* etc. subsequitur, quam index in hunc refert librum. Verum cum ipse Maius alibi fateatur, has tres epistolas, quae ad privatos homines sunt scriptae, errore quodam in indicem irrepsisse, nihil inde quidem colligi potest. Ad Pium missam hanc fuisse, nobis quidem neutiquam liquet, sed longe videtur probabilius, Βασιλέας illos, quorum procurator Appianus fuit, postquam causas apud eos egerat (v. not. Maii seq.), eos, qui una fuere Imperatores, Divos Fratres, intelligendos esse, non Pium et Marcum, quorum alter excepit alterum. Quos si intelligas, statuas oportet Appiano procurationem aut bis datam aut prorogatam esse, cum tamen senex ille in hac ipsa epistola appelletur. Nihilominus epistolam in eo libro, cui semel esset inserta, relinquendam putavi: illud probe animadvertens, plus gravitatis reverentiaeque stilum referre, quam in alia ulla ad Marcum et Verum data. Neque tamen rursus in paucis his ad Pium epistolis aeque simpliciter et cum eadem familiaritatis fiducia locutum Frontonem reperias atque in huius exitu. *N.*

(2) Calpurnio rescriptum Pii laudatur in Digest. Lib. 40 Tit 1 L. 8. Calpurnii cuiusdam mentio fit etiam infra in Epistula quadam Veri Aug. *Maius.*

iam per biennium pro Appiano [1] amico meo, cum quo mihi et vetus consuetudo et studiorum usus prope cotidianus intercedit. 4 Quin ipsum quoque certum habeo et adfirmare ausim eadem modestia usurum, qua Calpurnius Iulianus meus usus est. Dignitatis enim suæ in senectute ornandæ causa, non ambitione aut procuratoris stipendii [2] 5 cupiditate optat adipisci hunc honorem. Cum primum pro Appiano petivi, ita benigne admisisti preces meas, ut sperare deberem. Proximo superiore anno petenti mihi propitius multa respondisti: illud vero etiam comiter, futurum ut cum Appiano, me rogante, procurationem dedisses, causidicorum sca- 6 tebra exoreretur idem petentium. Meministi etiam quem de Græcia propitius et ridens nominaveris. Sed multa (dis)tant: ætas, orbitas, cui leniendæ solaciis opus est. Ausim dicere honestatem quoque et probitatem inter duos bonos viros nonnihil tamen distare. Quod propterea facilius dico, quoniam illum, cui amicum meum antepono, non nominavi. 7 Postremo dicam, quomodo simplicitas mea et veritas me dicere hortantur et fiducia amoris erga te mei, profecto æquius esse 8 illum quoque propter me impetrare. Memento etiam, Domine Imperator, cum ille meo exemplo petet, me biennio hoc petisse. Igitur illi quoque, si videbitur, post

(1) Appianus in calce præfationis operis sui hæc de se narrat: Τίς δὲ ὢν ταυτα συνέγραψα, πολλοὶ μὲν ἴσασι καὶ αὐτὸς προέφηνα· σαφέστερον δ' εἰπεῖν, Ἀλεξανδρεὺς, ἐς τὰ πρῶτα ἥκων ἐν τῇ πατρίδι, καὶ δίκαις ἐν Ῥώμῃ συναγορεύσας ἐπὶ τῶν Βασιλέων, μέχρι με σφῶν ἐπιτροπεύειν ἠξίωσαν. *Maius.*

(2) Cod. *stipendiis.*

biennium dato. Fecerit exemplo nostro, si ipse quoque se tibi impetraverit excusare. (1)

(1) Implicatam aliquantum in extrema epistola orationem ita mihi videor expedire. Imperator comiter dixerat, fore ut alii quoque idem peterent, nominaveratque aliquem de Græcia id facturum, cui, ut apparet, petenti ægre esset denegaturus. Cui monito satis fidenter respondet Fronto, æquius esse *illum* quoque (de Græcia) propter se impetrare, quam repulsam ferre Appianum, (duobus igitur potius, ni aliter fieri posset, sua gratia s. propter petitionem suam munus illud dari, quam uni negari Appiano). Tum per iocum quendam subiicit, illi etiam (de Græcia homini) post biennium demum dare posse imperatorem, ut se biennio petentem sustinuisset. Quod si ille alter biennio tum senior munere fungi detrectaturus sit, æquum fore, illum etiam excusandi veniam impetrare, suo (Frontonis) exemplo, qui proconsulatum detrectaverat solo appellationis honore contentus. Ep. 8. *B.*

Quæ post hanc epistolam duæ in Ed. Mediol. sequuntur ut duodecima et decima tertia, et quidem prior tanquam a Pio ad Marcum missa, a Frontone ad generum suum Aufidium Victorinum scriptæ primo ad Amicos libro inseri debebant. *N.*

M. CORNELII FRONTONIS
EPISTULA
AD
M. ANNIUM VERUM.

(*Vero Domino meo*) (1)

1 . . . . percontatum an videre me posset; postquam respondi posse, succidaneum sibi Tranquillum (2) nostrum paravit, quem eti-
2 am caenae (3) succidaneum paraverat. Mea parum refert, quis me de caris tibi amicis dili-

(1) Quæ post hanc epistolam in media Codicis pagina subscripta enotavit Maius, ea ad librum epist. ad Imperatorem Verum dabimus. Hoc loco satis est monere, inde illud intelligi, non ad Imperatorem L. Verum, sed ad Verum simpliciter, hoc est, uti ad M. Cæsarem II. ep. 3. docebimus, ad Marcum, scriptam hanc esse epistolam. At enim quid causæ est cur ab epistolis ad Marcum Cæsarem discriminetur? Inscitia id factum esse nemo credat, nisi quis, quod minime probabile est, aliquanto post Frontonis ætatem collecta in unam congeriem haec esse statuat. Scilicet, ut ad M. Antoninum Augustum epistolæ non poterant cum iis, quæ ad M. Cæsarem scriptæ sunt, uno titulo comprehendi, ita ne illæ quidem, quas scripsit Fronto ad puerum ante adoptionem, cum ille M. Annius Verus appellaretur. Neque enim dubium est, quin pueri iam tum magister fuerit Fronto, cum is in Hadriani sinu regaliter educaretur. Hadriani igitur temporibus, cum nondum a Pio adoptatus esset Marcus, singulare hoc fragmentum adscribimus, quicum mirifice Suetonii concinit mentio. *N.*

(2) Fortasse dicit Tranquillum Suetonium, qui floruit in aula Hadriani. *Maius.*

(3) Ita *caenae* cum ae priore, non sine aliis antiquis exemplis. *Maius.*

diligat, nisi quod prior ratio est eius, qui minus est nostri fastidiosus. Ego . . . dem . . . ver . . . cerem (nimisque). Sed hic ex tempore eum vidi. Invenit autem me Tranquillus cum frigeret. Etiam nunc . . . . . vetantem, sed minus . . . ago quanta Tranquilli industriæ: qui nisi sciret quanto opere me diligeres, voluntarium hoc negotium sibi numquam expetisset.

M. CORNELII FRONTONIS
EPISTULARUM
AD
M. AURELIUM CAESAREM.
LIBER PRIMUS.

M. CAESAR FRONTONI MAGISTRO SUO SALUTEM. (1)

1 Accipe nunc (perpaucu)la contra Som-

(1) Epistolas, quas nos quoque in duo ad M. Cæsarem libros dispositas exhibemus, in ordinem redegimus ab eo, quem in Editione sua secutus est Maius, plane diversum Rem hi indices demonstrabunt:

Ed. Maii.		Ed nostra.	Ed. nostra.		Ed. Maii.
lib. I.	1	II. 4	lib. I.	1	I. 2
	2	I. 1		2	— 3
	3	— 2		3	— 6 pars posterior
	4	ad M. Ant. Aug. 6.		4	— 7
	5	ib. 2		5	— 8
	6	ib. 1 / I. 3		6	— 9
	7	I. 4		7	— 10
	8	— 5		8	I. graeca
	9	— 6		9	ad Pium 9
	10	— 7	lib. II.	1	ad Pium 10
lib. II.	1	II. 2		2	II. 1
	2	— 7		3	ad Verum I. 9
	3	— 9		4	I. 1
	4	— 10		5	II. graeca
	5	— 11		6	II. 9
	6	— 12		7	— 2
	7	— 13		8	III. graeca
	8	— 14		9	II. 3
	9	— 6		10	— 4
				11	— 5
				12	— 6
				13	— 7
				14	— 8
				15	de testam. transmarinis.

num [*ad tua*] pro Somno. Quamquam, puto, prævaricor, qui adsidue diei ac noctis Somno adsum, neque eum desero, neque (ille me) deserat: adeo sumus familiares. Sed cupio hac sua accusatione offensus paulisper a me abscedat, et lucubratiunculæ aliquam tandem facultatem tribuat. Igitur ἐπι(χειρή)-ματα (ποικί)λα. (1) Et quidem illo primo 2
utar epichiremate, quod si (2) tu dicas faciliorem me materiam mihi ads(umps)isse accusandi Somni, quam te qui laudaveris Somnum; quis enim, inquis, non facile Somnum accusaverit? Igit(ur cui)us facilis accusatio

Secundum hanc partitionem prior liber epistolas nonnisi ante Consulatum Frontonis (a. C. 143.) alter omnes a Consule eo ac posterius, sed ad iuvenem tamen Marcum, scriptas complectitur. In quo etsi id egimus ut ordinem ad temporum rationem accommodaremus, tamen, excepto Consulatus tempore, satis habuimus rem in universum exequi. Quippe singula quæque quem sibi locum pro exacta temporum ratione requirant, quis sanus præstare voluerit? Ceterum quæ a Maio alibi collocata in hos recepimus libros, cur hic potissimum reponenda viderentur, in singulis docuimus; omisimus contra primi libri Epistolam IV. V. ac priorem maioremque Ep. VI partem, quæ a Maio huc ad Marcum *Caesarem* relatæ in Cod. MS. haud dubie ad Marcum *Imperatorem* inscriptæ sunt ex eoque sunt libro quem velut ab Epistolis ad Marcum Cæsarem diversum laudavit Charisius. Hæc suum in locum deinceps revocata invenies lector. *N.*

(1) Coniicias fuisse ἐπιχειρήματα ποιητέα. Sed græcarum latinarumque litterarum ex Cod. specimina a Maio proposita comparanti longe fit verosimilius, litteras latinas *da* a Maio pro Græcis λα habitas esse, et scripsisse Marcum ἐπιχειρήματα *facienda*. *B.*

(2) Hoc quod sequitur epichirema sic videtur concinnandum: *quo, si tu dicas faciliorem me materiam mihi adsumpsisse accusandi Somni, quam te qui laudaveris Somnum* (*quis enim, inquis, non facile Somnum accusaverit?*) *igitur, reponam, cuius facilis accusatio est eoque difficilis laudatio, eius non utilis usurpatio. B.*

(est, indeque) difficilis laudatio, eius non
3 utilis usurpatio. Sed hoc transeo. Nunc quando apud Baias agimus in h(oc) di(utur)no Ulixi [1] labyrintho, ab Ulixe mihi paucula, quæ ad hanc rem attinent, sumam. Non enim ille profecto εἰκοστῷ demum ἔτει venisset εἰς πατρίδα γαῖαν, [2] neque in isto lacu [3] tamdiu oberrasset, neque alia omnia quæ Ὀδύσσειαν faciunt, perpessus esset, nisi

— γλυκὺς ὕπνος ἐπήλυθε κεκμαῶτα. [4]

4 Quamquam

Τῇ δ' ἤδη δεκάτῃ ἀνεφαίνετο πατρὶς ἄρουρα. [5]

Sed quid Somnus fecit?

— Βουλὴ δὲ κακὴ νίκησεν [6] ἑταίρων.
Ἀσκὸν μὲν λῦσαν, ἄνεμοι δ' ἐκ πάντες ὄρουσαν.
Τοὺς δ' αἶψ' ἁρπάξασα φέρεν πόντονδε θύελλα
Κλαίοντας γαίης ἄπο πατρίδος. [7]

5 Quid rursum apud insulam Trinacriam?

(1) Pro *Ulixis*. Quintilianus I. 5. „Genitivus Achilli „et Ulixi fecit, sic alia plurima. Nunc recentiores insti„tuerunt græcis nominibus græcas terminationes potius „dare . . . . Mihi autem placet latinam rationem sequi, „quousque patitur decor.“ *Maius.*

(2) Odyss. γ, 117.

(3) *Lacu* hoc de sinu inter Italiam et Siciliam per contemptum dictum esse quis dubitet? aut quis verba hæc non referat ad superiorem illum „diuturnum Ulixi labyrinthum?“ Quare non intelligo quid de Averno et Lucrino in Epist. seq. loquatur Fronto. Nam quamvis ille ad inferos Ulyssis descensus secundum quosdam per Avernum factus sit, ad quem aditus per Lucrinum patebat (v. Strab. 4. p. 244), quomodo tamen dici potuit ille „*tamdiu* in isto lacu *oberrasse*“? Non dubito igitur pronuntiare ipsum Frontonem illa *lacus*, denominatione deceptum esse *B.*

(4) Od. κ, 31.

(5) κ, 29. (τῇ δεκ. δ' ἤδη.)

(6) Cod. νείκησεν. *M.* (7) κ, 46. sqq.

Οἱ δ' ἂν ἐμοὶ γλυκὺν ὕπνον ἐπὶ βλεφάροισιν ἔχευαν.
Εὐρύλοχος δ' ἑτάροισι κακῆς ἐξήρχετο βουλῆς. (1)

Postea ubi

— Ἠλίοιο βόας καὶ ἴφια μῆλα (2)
Ἔσφαξαν καὶ ἔδειραν, (3)
καὶ μὺρ' ἐκάη καὶ σπλάγχν' ἐπάσαντο· (4)

quid tum expertus (5) Ulixes? 6

Οἰμώξας δὲ θεοῖσι μετ' (6) ἀθανάτοισιν ἐγώνουν (7)
Ἦ με μάλ' εἰς ἄτην κοιμήσατε νηλεῖ ὕπνῳ. (8)

Somnus autem Ulixen ne patriam quidem suam diu agnosceret (9) sivit, cuius

—— καὶ καπνὸν ἀποθρώσκοντα νοῆσαι
Ἧς γαίης θανέειν εἰμείρετο. (10)

Nunc a Laertio ad Atridam transeo. Nam 7
illud πασεύνη (11) quod eum decepit, cuius causa tot legiones funduntur, fugantur, ex Somno et ex Somnio profecto oritur.

Quid quom ὁ Ποιητὴς Agamemnonem lau- 8
dat, quid ait?

Ἔνθ' οὐκ ἂν βρίζοντα ἴδοις Ἀγαμέμνονα δῖον (12).

Quid quom reprehendit?

(1) μ, 338. (Οἱ δ' ἄρα μοι) (2) λ, 107. (3) μ, 359.
(4) μ, 364. (κατὰ μὴρ' ἐκάη.)
(5) L. *experrectus*. *N.*
(6) Cod. μετα. *M.*
(7) Ita prima scriptura, quæ tamen corrigitur in ipso Codice ἐγεγώνουν. Sed in Editis (Od. μ, 370) est ἀθανάτοισι γεγώνευν. *M.*
(8) Od. μ, 372.
(9) Cod. *agnasceret*. *Maius*. Legendum videtur *ne patriam quidem suam interdiu agnoscere sivit*. *H.*
(10) Ita perspicue Codex πασεύνη. Ceterum videtur scribendum πασσυδίη vel πασσυδίη, quod vocabulum pronunciatum a Iove (Iliad. β, 12.) nunciatur a Somnio (29) et repetitur ab Agamemnone (66). *Maius*.
(11) Od. α, 58. (ἱμείρεται)
(12) Iliad. δ, 223.

Οὐ χρὴ παννύχιον εὕδειν βουληφόρον ἄνδρα. (1)

Quos quidem versus orator egregius mire quondam evertit.

9 Transeo nunc ad Q. Ennium nostrum, quem tu ais ex Somno et somnio initium sibi fecisse. Sed profecto nisi ex somno suscitatus esset, numquam somnium suum
10 narrasset. Hinc ad Hesiodum pastorem, quem dormientem poetam ais esse factum (2). At enim ego memini olim apud magistrum me legere:

Ποιμένι μῆλα νέμοντι παρ' ἴχνιον ὀξέος ἵππου
Ἡσιόδῳ Μουσέων ἐσμὸς ὅτ' ἠντίασεν.

Τὸ ὅτ' ἠντίασεν vides quale sit: scilicet am-
11 bulanti obviam venisse Musas (3). Quid autem tu de eo existimas, quem qui pulcherrime laudat, quid ait?

Νήδυμος ἥδυστος θανάτῳ ἄγχιστα ἐοικώς. (4)

12 Hæc satis tui amore potius, quam mei fiducia (5) luserim. Nunc bene accusato Somno dormitum eo. Nam vespera hæc ad te detexui. Orione (6) mihi Somnus gratiam referat.

2. M. CAESARI DOMINO SUO FRONTO

1 Domum reverso mihi epistula tua reddita est, quam tu videlicet Romam mihi scripse-

(1) Il. β, 24.
(2) V. Synesium *de Insomniis* Edit. Petavianæ p. 136. ibidemque Nicephorum p. 371. *Maius.*
(3) V. Hesiodi Theogon. 23. sq. *Maius.*
(4) Odyss. ν, 80 (νήγρετος ἥδιστος)
(5) Cod. *meae fiduciae. Maius.*
(6) L. *Oro ne. N.*

ras, et erat lata Romam: deinde hodie relata et paulo ante mihi est reddita. In qua pauca, quæ ego pro Somno dixeram, tu multis et elegantibus argumentis refutasti ita scite, ita subtiliter et apte, ut, si vigilia tibi hoc acuminis et leporis adfert, ego prorsus vigilare te mallem. Sed enim vespera scrip- 2
sisse te ais, cum paulo post dormiturus esses. Igitur adpropinquans et imminens tibi Somnus tam elegantem hanc epistulam fecit. Namque ut crocus, ita Somnus, priusquam prope adsit, longe præolet longeque delectat Ut 3
a principio igitur epistulæ tuæ incipiam, elegantissime prævaricari te ais, quod [*verbum adeo proprium*] est, ut, eo sublato, aliud subdi eiusdem usus et ponderis non possit. Illud vero dictum elegans, Baiæ, Lucrinus, et Avernus, et alia omnia quæ Ὀδύσσειαν faciunt. Enimvero omnia ista inter græcos ver- 4
sus latina ita scite alternata sunt a te et interposita, ut est ille in pyrricha versicolorum discursus *, quom amicti cocco alii, alii luteo et ostro et purpura, alii aliique coherentes (1) concursant. Iam a Laertio ad Atri- 5
dam eleganter transisti. Ecce autem circa Ennium aliam malitiosam peltam (2) dedisti, cum ais: „nisi ex somno exsuscitatus esset, „numquam somnium suum narrasset." [*Excogitet*] Marcus meus Cæsar, si pote, aliquid argutius. Præstigiæ nullæ tam versutæ, *nulla*, ut ait Levi- 6
us, *deciputa tam insidiosa*. Qui(d si) (3) ego id

* *In margine:* In oratione, ut in pyrricha, versicolorus debet fieri discursus.

(1) Ita Cod. sine diphthongo. *M.*
(2) Reponendum *plagam H.*
(3) *Quid? num ego etc. N.*

postulo ne expergiscare? Quin postul(o ut) tu dormias. Aliud [1] scurrarum proverbi-
7 um [2]: *en cum quo in tenebris mices.* Sed sumne ego beatus, qui hæc intellego et perspicio et insuper magister appellor? Quo pacto ego magister, qui unum hoc quod te docere cupio, ut dormias, non inpetro? Perge ut libet, dummodo Dii te mihi, sive prodormias, [3] sive pervigiles . . . (prot)egant . . . . Vale meum gaudium. Vale.

3. (*M. Caesari Domino suo Fronto*)

1
. . . . . .
. . . . . [4] Atticis propinque thymum serpyllumque hymmetium rumi-

(1) Hoc *aliud* quo referas nisi ad memoratum supra Lævii dictum, in quo proverbium agnoscat nemo? Omnino autem haec *Aliud . . . mices* quid sibi velint hoc loco et quomodo huc quadrent, doceri me velim. Interim haec ego suspicor ab aliquo olim ad Lævii verba illa tanquam contrarii sensus dictum adscripta e margine deinceps in textum Cod. MS. irrepsisse. *H.*

(2) Cicero de Officiis 3, 19. dicit hoc *rusticorum proverbium. Maius.*

(3) Imo *perdormias. Perdormiscendi* verbo usus est Plautus Men. 5, 5, 29. *H.*

(4) Fragmentum hoc in Editione Maii unam efficit epistolam cum epistola ex nostro ordine 1. libri primi ad M. Antoninum Augustum. Haec quod dissecui, in eo videbor forsitan nonnullis audacius iusto fecisse. Verum incommode admodum coëunt, neque aliam sane ob causam a Maio coniuncta in unum sunt, nisi quod inscriptionis fide deceptus ille, cum utrumque fragmentum ex primo ad Marcum Epistolarum libro esse videret nec duorum librorum (ad Cæsarem et ad Augustum) diversitatem agnosceret, promissum hoc Frontonis „Mittam igitur tibi quantum pote librum hunc descriptum“ cum illius fragmenti clausula illa „Quod autem mitti a me tibi postulasti, acceptis . . . . .“ cohaerere cum eoque copulandum esse putavit. Illud fragmentum in Cod. MS. inscriptum ad Antoninum Augustum est. Quod si

nantibus viris . . . vel graves ex orationibus veterum sententias arriperetis, vel dulces ex poematis, vel ex historia splendidas, vel comes ex comœdiis [1], vel urbanas ex togatis, vel ex atellanis lepidas et facetas . . . Mittam igitur tibi quantum pote [2] librum 2
hunc descriptum. Vale, Cæsar, et ride, et omnem vitam lætare, et parentibus optimis et eximio ingenio tuo fruere.

4. M. CAESAR IMP. [3] FRONTONI MAGISTRO SUO

Quid ego ista mea fortuna satis [4] dixe- 1
rim, vel quomodo istam necessitatem meam

quis ob illa, quæ ipsi primæ ad Pium epistolæ adscripsimus, asseverare velit, potuisse a Frontone Marcum tum quoque, cum iam imperaret, Cæsarem appellari, qua ille appellatione in huiusce fragmenti exitu salutatur: nihil sane ista proficitur argumentatione. Nam ut mittam, in nostra quidem collectione diversum perpetuo morem obtinere, quid faciamus Augusti nomine, quod illius fragmenti inscriptio habet? Nempe illud nemini in mentem veniat, ut præter certam exploratamque historiæ fidem contendat, Marcum vivo adhuc patre adoptivo appellari Augustum potuisse. Atqui in hoc nostro fragmento parentum eius salutem et incolumitatem precatur Fronto. Igitur vivebat tum Pius cum Calvilla. Hanc autem constat immatura ætate obiisse (Marc. Comm. I c. 17), h. e. multis ante filii imperium annis, cuius initium illa, si suppetisset vita, sexagenaria prope vidisset. Parentum autem Marci similiter mentio bis fit I. 5. Sunt hi, quibuscum in hocce fragmento Fronto de adhibendis ex orationibus veterum sententiis loquitur, haud dubie Marcus et Lucius, Frontonis discipuli. *N.*

(1) Cod. *comedis*. *M.*

(2) Fortasse excidit *celerrime*. *N.*

(3) Cum ceteræ epistolæ, ad quarum seriem hæc pertinet, tum imprimis hæc ipsa ita iuvenilem arguunt scribentis animum, ut Imperatoris hic titulus non possit intelligi de imperio proconsulari, quod Marco demum post natam filiam Lucillam datum esse auctor est Iul. Capit. c. 6. *N.*

(4) Deest *digne*, quod sequens vox facile absorbuit. *H.*

durissimam condigne incusavero, quæ me istic ita animo anxio tantaque sollicitudine præpedito alligatum attinet, neque me sinit ad meum Frontonem, ad meam pulcherrimam animam confestim percurrere, præsertim in huiusmodi eius valetudine, prope accedere, manus tenere, ipsum denique illum pedem, quantum sine incommodo fieri posset, adtrectare sensim, in balneo fovere, in-
2 gredienti manum subicere. Et tu me amicum vocas, qui non abruptis domibus ( ) cursu m(ox) . . . pervolo? Ego vero magis sum claudus quom (2) ista mea verecundia immo pigritia. (O)me! quid dicam? Metuo quicquam dicere, quod tu audire nolis. Nam tu quidem me omni modo conisus es iocularibus istis tuis ac lepidissimis verbis a cura amovere, atque te omnia ista æquo ani-
3 mo perpeti posse ostendere. At ego ubi animus meus sit, nescio. Nisi hoc scio, illô nescio quo ad te profectum eum esse. Cura, miserere (3), omni temperantia, abstinentia omnem istam tibi pro tua virtute tolerandam, mihi vero asperrimam nequissimam-
4 que valetudinem depellere. Et [*si*] ad aquas proficisceris, et quando, et nunc ut commode agas cito, oro, perscribe mihi, et mentem meam in pectus meum repone. Ego interim vel tales tuas litteras mecum gestabo.
5 Vale mi Fronto iucundissime. Quamquam

(1) Legerim *compedibus cursim ad te pervolo. N.*
(2) Pro præpos *cum*, ut infra in Epist. ad Passien. Ruf. extr.
(3) Corruptum est manifesto hoc *miserere*, in quo delituisse videtur blanda Frontonis compellatio. *H.*

ita me dispositum [1] dicere oportet, nam tu quidem aves. O qui ubique estis Di boni, valeat, oro, meus Fronto iucundissimus atque carissimus mihi, valeat semper integro, inlibato, incolumi corpore, valeat et mecum esse possit. Homo sanctissime vale.

5. CAESARI SUO FRONTO

Tu, Cæsar, Frontonem istum tuum sine 1
fine amas, vix ut tibi homini facundissimo verba sufficiant ad exprimendum amorem tuum et benivolentiam declarandam. Quid, 2
oro te, [2] fortunatius, quid me uno beatius esse potest, ad quem tu tam fraglantes [3] litteras mittis? Quin etiam, quod est amantiorum [4] proprium, currere ad me vis et volare. Solet mea Domina parens tua inter- 3
dum ioco dicere, se mihi, quod a te tanto opere diligar, invidere. Quid [5] si istas [6] litteras tuas, quibus pedem etiam pro salute mea votis advocas et precaris? O me beatum! ort . . . commendatum. Putasne ullus 4
dolor penetrare sciat corpus aut animum meum tanto gaudio (præoccupatum)? Babæ [7] nec doleo iam. Quamquam [8] . . . æ Cæ-

(1) Legendum videtur *dis potius* et post *aves* (S. *haves* Cf. §. 2. extr.) colon ponendum. *H.*
(2) Ante *fortunatius* intercidisse videtur *me*. *H.*
(3) Pro *flagrantes*. Sic Epist 6. 4. Lib. II. ad Marcum *fraglo* pro *flagro*. *Maius.*
(4) Corrigendum *amantium*. *H.*
(5) Cod. *quod*. *M.*
(6) Non dubito quin ante *litteras* exciderit *legeret*. *H.*
(7) Cod *Babe*. *M.*
(8) F. *Babae nec doleo iam quidquam*. N. Certissimum hoc. Sed quin pergimus scribere: *Babae, Caesar, vigeo* etc. *B.*

sar, vigeo, valeo, exulto, quo vis veniam,
5 quo vis curram. Crede istud mihi, tanta
me lætitia perfusum, ut rescribere tibi illico
non potuerim. Sed eas quidem litteras, quas
ad priorem epistulam tuam iam rescripse-
ram, dimisi ad te: sequentem autem tabella-
rium retinui, quo ex gaudio resipiscerem
6 Ecce nox præteriit, dies hic est . . . (nem)
pe [1] exactus est: nescio quid aut quemad-
modum rescribam tibi. Quid enim ego pos-
sum iucundius, quid blandius, quid amantius
[*quam quod tu*] scribsisti mihi (rescribere [2])?
Et gaudeo quod ingratum me et referundæ
7 gratiæ imparem facias: quoniam, ut res est,
ita me diligis, ut ego te magis amare vix
possim. Igitur ut argumentum aliquod pro-
lixiori epistulæ reperiam, quod, oro te, ob
meritum sic me amas? Quid iste Fronto
tantum boni fecit, ut eum tanto opere tu
diligas? Caput suum pro te aut parentibus
tuis devovit? succidaneum se pro vestris pe-
8 riculis subdidit? provinciam aliquam fideli-
ter administravit? exercitum duxit? Nihil
eorum [ ]. Ne cotidianis quidem istis offi-
ciis circa te præter ceteros fungitur: et im-
mo . . . . vel is satis infrequens. Nam nec
9 domum vestram diluculo ventitat, neque co-
tidie salutat, neque ubique comitatur, nec
semper spectat. [3] Vide igitur, ut, si quis

(1) Scripserat fortasse Fronto, *dies hic est alter et prope exactus est. H.*

(2) Inserto hoc verbo facile careas. *H.*

(3) Sic Cod. pro *horum*, quod grammatici concedunt. *Maius.*

(4) Ergo antiquus officiorum illorum mos tum adhuc immutatus vigebat. *N.* Pro *spectat* legerim *expectat* sc. dum prodeat in publicum patronus, quem comitetur. *H.*

interroget, cur Frontonem ames, habeas in promptu quod facile respondeas. At ego nihil quidem malo, quam amoris erga me tui nullam extare [1] rationem: nec omnino mihi amor videtur qui ratione oritur, [2] et iustis certis [3] de causis copulatur. Amorem 10
ego illum intellego fortuitum et liberum et nullis causis [4] servientem, inpetu potius quam ratione conceptum: qui non officiis uti ignis, sed sponte ortus vaporibus caleat. Baiarum ego calidos specus magis [5] quam istas fornaculas balnearum [*optem*,] in quibus ignis cum sumptu atque fumo accenditur brevique restinguitur. At illi ingenui vapores puri perpetuique sunt, grati pariter et gratuiti Ad eundem prorsus modum ami- 11
citiæ istæ officiis calentes fumum interdum et lacrimas habent, et, ubi primum cessaveris, extinguntur [6]. Amor autem fortuitus et jugis est et iucundus. Quid quod neque 12
adolescit proinde neque conroboratur amicitia meritis parta, ut ille amor subitus ac repentinus? Ut non æque adolescunt in pomariis hortulisque arbusculæ manu cultæ rigatæque, ut illa in montibus æsculus et abies et alnus et cedrus et piceæ, quæ sponte natæ, sine ratione ac sine ordine sitæ, nullis cultorum laboribus neque officiis, sed ventis

(1) Sic emendandum monuit Maius, quod in textu posuit, *extra*. Emendatio certa recipi debuit.

(2) *Ratione oritur*, prima manu, sed posteriore superadditum *ratione munitur* *Maius* in Add.

(3) L. *iustis ac certis*. *H.* –

(4) Vocem *causis* in Add. inseruit Maius, in textu ne lacuna quidem notata.

(5) *Magis* hoc in *malim* mutaverim ego potius quam deinceps cum Maio inculcaverim *optem*. *H.*

(6) Sic Cod. pro *extinguuntur*. *Maius*.

15 atque imbribus educantur. Tuus igitur iste amor incultus et sine ratione exortus, spero, cum cedris porro adolescit (1) et æsculis: qui si officiorum ratione coleretur, non ultra myrtos laurusque procresceret, quibus sa-
14 tis odoris, parum roboris. Et omnino quantum fortuna rationi, tantum amor fortuitus officioso amori antistat. Quis autem ignorat, rationem humani consilii vocabulum esse, fortunam autem deam, dearumque præcipuam; templa, fana, delubra passim fortunæ dicata: rationi nec simulacrum nec aram us-
15 quam consecratam? Non fallor itaque qui (2) malim amorem erga me tuum fortuna potius quam ratione genitum. Neque vero umquam ratio fortunam æquiperat neque maiestate neque usu neque dignitate. Nam neque aggeres manu ac ratione constructos montibus conparabis, neque aquæductus am-
16 nibus, neque receptacula fontibus. Tum ratio consiliorum prudentia appellatur, vatum impetus divinatio nuncupatur. Nec quisquam prudentissimæ feminæ consiliis potius acce-
17 deret, quam vaticinationibus Sibyllæ (3). Quæ omnia quorsum tendunt? Ut ego recte malim impetu et forte potius, quam ratione ac merito meo diligi. Quamobrem etiam si qua iusta ratio est amoris erga me tui, quæso, Cæsar, sedulo demus operam ut ignoretur et lateat. Sine homines ambigant, disserant, disputent, coniectent, requirant, ut Nili ca-

(1) Ita Cod. *adolescit*, nisi mavis dicere *adolescat*. *Maius.* Imo *adolescet*.
(2) Cod. *quin*. *Maius.*
(3) Cod. *Sybillae*. *Maius.*

put, ita nostri amoris originem. Sed iam 13
hora decima tangit et tabellarius tuus mussat. Finis igitur sit epistulæ. Valeo multo quam opinabar commodius. De aquis nihildum cogito. Te Dominum meum, decus morum, solacium (maximum) multum amo.(1) Dices: num amplius quam ego te? Non sum tam ingratus, ut hoc au(deam) dicere. Vale, Cæsar, cum tuis parentibus, et ingenium tuum excole.

6. HAVE MI DOMINE MAGISTER

Siquid somni redit post vigilias de quibus 1
questus es, oro te, scribe mihi: et illud oro te primum, valetudini operam da. Tum se- 2
curim Tenediam (2) quam minaris abde aliquo ac reconde, nec tu consilium causarum agendarum demiseris (3), aut tum simul omnia ora taceant. Graece nescio quid ais te 3
compegisse (4), quod, ut aeque pauca a te scribta, placeat tibi. Tune es qui me nuper concastigabas, quorsum graece scriberem? Mihi vero quid potissimum graece scribendum est. Quam ob rem, rogas? Volo periculum facere an id quod non didici, facili-

(1) Hæc ita refingenda suspicor: *Te, Dominum meum, meum decus, meorum solatium malorum multum amo. H.*
(2) Diogen. Proverb. Cent VIII, 58. Τενέδιος πέλεκυς· ἐπὶ τῶν πικρῶς ἢ μᾶλλον συντόμως ἀποκοπτόντων τὰς ζητήσεις ἢ καὶ τἀ ἄλλα πράγματα· ἢ ἐπὶ τῶν ὠμῶν νόμων. νόμος γάρ τις ἔταξε παρ' αὐτοῖς, τὸν καταλαβόντα μοιχὸν πελέκει κόπτειν. Conf. Suid. Minatus erat Fronto, se causas agendi negotium depositurum, id quod statim sequentia declarant. *H.*
(1) Ita Cod. pro *dimiseris*. *Maius.*
(2) Τὸν ἐρωτικὸν λόγον.

us obsecundet mihi, quoniam quidem illud,
4 quod didici, deserit. Sed, si me amas, misisses mi istud novicium, quod placere ais. Ego vero te vel invitum istic lego, et quidem hac re una aegre (1) sum. Materiam
5 [*quan*]tam misisti mihi! Nec legi Cœlianum excerptum quod misisti, nec legam, priusquam sensus ipse venatus fuero. Sed me Caesaris oratio uncis unguibus adtinet. Nunc denique sentio quantum operis sit ternos vel quinos versus in die ornare (2) et aliquid diu scribere. Vale, spiritus meus.

6 Ego non ardeam tuo amore, qui mihi huc scribseris? Quid faciam? non possum insistere. At mihi anno priore datum fuit hoc eodem loco eodemque tempore, matris desiderio peruri. Id desiderium hoc anno tu mihi accendis. Salutat te Domina [*Fausti*]na (3) mea.

7. HAVE MI MAGISTER OPTUME

1 Age, perge quantum libet, comminare et argumentorum globis criminare: numquam tu tamen erasten tuum, me dico, depuleris. Nec ego minus amare me Frontonem praedicabo, minusve amabo, quo (4) tu tam variis

(1) Cod. *egre*. *Maius*.
(2) L. *tornare*. B.
(3) Fortasse *Domina parens mea*. I, 5. 3. *Domina mea parens tua*. In Ep. seq. *Domina mea mater te salutat*. A matre Frontonem Marcus salvere iubet in fine omnium ex hoc tempore epistolarum. *N*.
(4) Scr. *quod*. *H*.

riis tamque vehementibus sententieis [1] adprobaris, minus amantibus magis opitulandum ac largiendum esse. Ego hercule te 2
ita amo atque depereo. Neque debere reor isto tuo dogmate, ac si magis eris alieis non amantibus . . . . et promptus . . . . eo tamen . . . . (tuosque) amabo. [2] Ceterum 3
quod ad sensuum densitatem, quod ad inventionis argutiarum [3], quod ad aemulationis tuae felicitatem, nolo quicquam dicere, [*nisi*] te multo placentis illos sibi et provocantis Atticos antevenisse. Ac tamen nequeo quin 4
dicam; amo enim, et hoc denique amantibus vere tribuendum esse censeo, quod victoriis [4] τῶν ἐρωμένων. Magis gaude(re di)cimus igitur, (dici)mus, inquam. Num . . . prae- 5
stabilius . . . ubique eam sub . . . tram pae . . . tram promsi . . . utra re magis caveret. Quid de re ista (oro) tulerit an quo(d) magister meus de Platone. Illud equidem 6
non temere adiuravero, si quis iste revera Phaeder [5] fuit, si umquam is a Socrate

(1) Ita Cod. *Maius.*

(2) Hæc sic emendanda videntur: *Neque deterreor isto tuo dogmate, ac si magis eris aliis non amantibus amicus (facilis N.) et promptus, non ego eo tamen minus te tuosque amabo. H.*

(3) Lege *argutiam*, de quo verbo conf. Lex. Forcell. *B.*

(4) Cod. videtur habere *victoris τὸν ἐρωμένων.* Sed locus omnimode obscurus. *Maius.* Conieceram, *quod victoriis τῶν ἐρωμένων magis gaudent; quam non amantes. Vicimus igitur, vicimus, inquam.* Probat Buttmannus, sed post hæc *magis gaudent* inserit *quam proprius*, unde demum plenus et commodus sensus efficitur. *H.*

(5) Ita Cod., non *Phaedrus* sed *Phaeder*, de qua terminatione vide Burmannum in præfatione ad Phædrum p. 9. *Maius.*

afuit [1], non magis Socratem Phaedri desiderio, quam me perisse (sines) [2] . . . duo menses . . . . . arsisse . . . amet, nisi con-
7 festim tuo amore corripitur. Vale mihi maxima res sub caelo, gloria mea. Sufficit talem magistrum habuisse. Domina mea mater te salutat.

8. (Ἐρωτικός) [3]

1 Ω ΦΙΛΕ ΠΑΙ, *τρίτον ἤδη σοι τοῦτο περὶ τῶν αὐτῶν ἐπιστέλλω, τὸ μὲν πρῶτον διὰ Λυσίου τοῦ Κεφάλου, δεύτερον δὲ διὰ Πλάτωνος σοφοῦ,* [4] *τὸ δὲ δὴ* [5] *τρίτον διὰ τοῦδε τοῦ ξένου ἀνδρὸς, τὴν μὲν φωνὴν ὀλίγου δεῖν βαρβάρου, τὴν δὲ γνώμην, ὡς ἡγοῦμαι, οὐ πάνυ ἀξυ-*
2 *νέτου. Γράφω δὲ νῦν οὐδέν τι τῶν πρότερον γεγραμμένων ἐφαπτόμενος, μηδὲ ἀμελήσης τοῦ λόγου ὡς παλιλλογοῦντος. Εἰ δὲ δόξει τῶν πρότερον διὰ Λυσίου καὶ Πλάτωνος ἐπεσταλμένων πλείω τάδε εἶναι, ἔστω σοι τεκμήριον, ὡς εὔλογα ἀξιῶ, ὅτι οὐκ ἀπορῶ λόγων. Προσέχοις δ' ἂν ἤδη τὸν νοῦν, εἰ καινά τε ἅμα καὶ δίκαια λέγω.*

(1) Ita Cod. *afuit* pro *abfuit*. *Maius*. V. Drakenb. ad Liv. 4, 12 et 26, 41.

(2) Immo (*tui*) *H.*

(3) Amatorius hic sermo, de quo in proxime prægressa epistola I. 7. locutus est Marcus, teste ipso Maio (p. 66. ed. Mediol.) in Cod. MS. statim illam subsequitur. Omnino autem Græcarum epistolarum librum Maius suo arbitratu sine ulla Codicis auctoritate consarcinavit: et hunc quidem sermonem tanquam Frontonis ad Marcum epistolam inscripsit. *N.*

(4) Inserto articulo legendum Πλάτ. τοῦ σοφοῦ. *H.*

(5) Sic in Add. Maius. In textu δὴ omisit. Apparet autem significare Frontonem ipsas illas Lysiæ et Socratis Platonici in Phædro orationes. In alia omnia abiit Maius. *B.*

Ἔοικας, ὦ παῖ, πρὸ τοῦ λόγου παντὸς βού- 3
λεσθαι μαθεῖν, τί δή ποτέ γε μὴ ἐρῶν ἐγὼ με-
τὰ τοσαύτης σπουδῆς γλίχομαι τυχεῖν ὥνπερ οἱ
ἐρῶντες. Τοῦτο δέ τοι φράσω πρῶτον ὅπως τε
(1) ἔχει. Οὐ μὰ Δία πέφυκεν ὁρᾶν ὀξύτερον 4
οὑτοσὶ ὁ πάνυ ἐραστὴς ἐμοῦ τοῦ μὴ ἐρῶντος,
ἀλλ' ἔγωγε (2) τοῦ σοῦ κάλλους αἴσθομαι)
οὐδενὸς ἧττον τῶν ἄλλων· δυναίμην δ' ἂν εἰπεῖν
ὅτι τούτου καὶ πολὺ ἀκριβέστερον. Ὅπερ (4) 5
δὲ ἐπὶ τῶν πυρεττόντων καὶ τῶν εὖ μάλα ἐν
παλαίστρᾳ γυμνασαμένων ὁρῶμεν, οὐκ ἐξ ὁμοίας
αἰτίας ταυτὸν συμβαίνειν· διψῶσιν μὲν γὰρ ὁ
μὲν ὑπὸ νόσου, ὁ δὲ ὑπὸ γυμνασίων· τοιάνδε τι-
νὰ καμοὶ . (5) . . . . . .
. . . . . λειτον τε ἅμα καὶ ὀλίσθον.
Ἀλλ' οὐκ ἐμοίγε ἐπ' ὀλέθρῳ πρόσει (6), οὐδὲ 6
ἐπὶ βλάβῃ τινὶ ὁμιλήσεις, ἀλλ' ἐπὶ παντὶ ἀγα-
θῷ. Καὶ ὠφελοῦνται γὰρ καὶ διασώζονται οἱ
καλοὶ ὑπὸ τῶν μὴ ἐρώντων μᾶλλον, ὥσπερ τὰ
φυτὰ ὑπὸ τῶν ὑδάτων. Οὐ γὰρ ἐρῶσιν οὔτε
πηγαὶ οὔτε ποταμοὶ τῶν φυτῶν, ἀλλὰ παριόν-
τες οὕτω δὴ καὶ παραῤῥέοντες (7) ἀνθεῖν αὐτὰ
καὶ θάλλειν παρεσκεύασαν. Χρήματα δὲ τὰ 7
μὲν ὑπ' ἐμοῦ διδόμενα δικαίως ἂν καλοίης δῶρα,
τὰ δ' ἐκείνου λύτρα. Μάντεων δὲ παῖδες φα-
σὶ καὶ τοῖς θεοῖς ἡδίους (8) εἶναι τῶν θυσιῶν

(1) Istud τε nemo ferat. *N.*
(2) Exempl. Maii ἐγώτε.
(3) Sic ap Maium.
(4) Ὥιπερ edidit Maius; ὅπερ in Cod. legi, sub textu notavit.
(5) Non modicam suspicor hanc lacunam: duæ certe paginæ interciderunt. *Maius*
(6) Cod ΠΡΟΣΕΙ. *Maius.* Scilicet hoc ille in textu mutavit in προσιης
(7) Cod. ΠΑΡΑΡΕΟΝΤΕΣ. *Maius.* Prægressum οὕτω δὴ nemo non post παραῤῥέοντες demum expectet. *H.*
(8) Exempl. Maii ἡδείους.

τὰς χαριστηρίους ἢ τὰς μειλιχίους· ὧν τὰς μὲν οἱ εὐτυχοῦντες ἐπὶ Φυλακῇ καὶ κτήσει τῶν ἀγαθῶν, τὰς δὲ οἱ κακῶς πράττοντες ἐπὶ ἀποτροπῇ τῶν δεινῶν θύουσιν. Τάδε μὲν περὶ τῶν συμφερόντων σοί τε κακείνῳ ὠφελίμων εἰρήσθω.

8 Εἰ δὲ τοῦτο δίκαιόν ἐστιν τυχεῖν τῆς παρὰ σοῦ βοηθείας . . ερεισω . . σὺ τοῦτο . . αὐτῷ πονερῷ . . δὲ τεκτηνῶ καὶ μηχανήσω τὰς θεττα . . μεν . . ων . . ἐρᾷς δὲ πα . . εἶπε . . τοτα κον . . (Πα)ναίτιος (1) . . τινὸς . . διὰ τὴν . . αὐτῶ . . κατα . . κο . . (2) πλὴν εἰ μή τι ὀΦ-

9 θεὶς ἠδίκηκας. Μὴ ἀγνόει δὲ καὶ ἀδικηθεὶς αὐτὸς καὶ ὑβριζόμενος οὐ μετρίαν ἤδη ταύτην τὴν ὕβριν (3), τὸ ἅπαντας εἰδέναι τε καὶ φανερῶς οὕτως διαλέγεσθαι, ὅτι σου εἴη ὅδε ἐραστής· Φθάνεις δὲ καὶ πρίν τι τῶν τοιῶνδε πρᾶξαι, τοὔνομα τῆς πράξεως ὑπομένων. Καλοῦσιν οὖν σε οἱ πλεῖστοι τῶν πολιτῶν τὸν τοῦδε ἐρώμενον. Ἐγὼ δέ σοι διαΦυλάξω τοὔνομα καθαρὸν καὶ ἀνύβριστον. Καλὸς γὰρ, οὐχὶ ἐρώμενος, τό γε

10 κατ' ἐμὲ ὀνομασθήσει (4). Εἰ δὲ τούτῳ ὡς δικαίῳ τινὶ χρήσεται, ὅτι μᾶλλον ἐπιθυμεῖ, ἴστω ὅτι οὐκ ἐπιθυμεῖ μᾶλλον, ἀλλὰ ἰταμώτερον. Τὰς δὲ μυίας καὶ τὰς ἐμπίδας μάλιστα ἀποσοβοῦμεν καὶ ἀπωθούμεθα, ὅτι ἀναιδέστατα καὶ ἰταμώτατα ἐπιπέτονται. Τοῦτο μὲν οὖν καὶ τὰ θηρία ἐπίσταται, Φεύγειν μάλιστα πάντων τοὺς κυνηγέτας, καὶ τὰ πτηνὰ τοὺς θηρευτάς (5). Καὶ πάντα δὴ τὰ ζῷα (6) τούτους μάλιστα ἐκ-

(1) Potius ἀναίτιος. *N.*
(2) Lacuna undecim pæne versuum, e qua superiora verba abrupta eruimus. *Maius.*
(3) Maius sine articulo edidit ταύτην ὕβριν.
(4) Ita attice pro ΟΝΟΜΑΣΘΗΣΗΙ. *Maius.*
(5) Cod. ΘΙΗΡΕΥΤΑΣ. *Maius.*
(6) Ita Cod. cum Ι ΖΩΙΑ. *Maius.* Cf. Etym. M. v. ζῴδιον.

τρέπεται τοὺς μάλιστα ἐνεδρεύοντας καὶ διώκοντας.

Εἰ δέ τις οἴεται ἐνδοξότερον καὶ ἐντιμότερον 11
εἶναι τὸ κάλλος διὰ τοὺς ἐραστὰς, τοῦ παντὸς διαμαρτάνει. Κινδυνεύετε μὲν γὰρ οἱ καλοὶ περὶ τοῦ κάλλους τῆς ἐς τοὺς ἀκοῦοντας πίστεως διὰ τοὺς ἐρῶντας· (1) δι' ἡμᾶς δὲ τοὺς ἄλλους βεβαιοτέραν τὴν δόξαν κέκτησθε. Εἰ γοῦν τῶν μηδέ πως ἐσωρακότων (2) πυνθάνοιτο, ὁποῖός τις εἴη τὴν ὄψιν, ἐμοὶ μὲν ἂν πιστεύσῃ (3) ἐπαινοῦντι μαθὼν ὅτι οὐκ ἐρῶ· τῷ δὲ ἀπιστήσῃ ὡς οὐκ ἀληθῶς, ἀλλ' ἐρωτικῶς ἐπαινοῦντι. Ὅσοις 12
μὲν οὖν λώβη τις σώματος καὶ αἶσχος καὶ ἀμορφία πρόσεστιν, εὔξαιντο ἂν εἰκότως ἐραστὰς αὐτοῖς γενέσθαι· οὐ γὰρ ἂν ὑπ' ἄλλων θεραπεύοιντο ἢ τῶν κατ' ἐρωτικὴν λύτταν καὶ ἀνάγκην προσιόντων. Σὺ (4) δ' ἐν τῷ τοιῷδε κάλλει οὐκ ἔσθ' ὅ τι καρπώσει πλέον ὑπ' ἔρωτος. (5) Οὐδὲν γὰρ ἧττον δέονταί σου οἱ μὴ ἐρῶντες. Ἀχρῄοι 13
δὲ οἱ ἐρασταὶ τοῖς ὄντως καλοῖς οὐδὲν ἧττον ἢ τοῖς δικαίως ἐπαινουμένοις οἱ κόλακες ἀρετὴ ἠδὲ καὶ δόξα καὶ τειμὴ καὶ σκέρδος κόσμος θαλάττῃ (6) μὲν ναῦται καὶ κυβερνῆται καὶ

(1) Videtur deesse διαμαρτάνειν vel ἀτυχεῖν vel huiusmodi vocabulum, cui mox reddendum κεκτῆσθαι. *H.*

(2) Leg. τῶν μηδέπω σε ἑωρακότων, et mox εἴης, quæ textui inserenda essent, nisi deesset præterea τις, incertum ante τῶν an post ἑωρακότων. *B.*

(3) Conjunctivus hic et mox solœce pro πιστεύσειεν, ἀπιστήσειεν. *B.*

(4) Ita Cod. teste Maio, qui hoc σὺ in σοὶ mutavit.

(5) An potius ἐρῶντος quod Maius ipse vertit? *N.* Mox scr. Ἀχρεῖοι.

(6) Hanc Cod. MS. lectionem sub textu exhibuit Maius; in textu ita refinxit ἢ τοῖς δικ. ἐπαιν. ἀρετῇ καὶ δόξα καὶ τιμῇ οἱ κόλακες. Κέρδος δὲ καὶ κόσμος θαλ. Sed quid hoc est ἐπαινούμενος δόξα καὶ τιμῇ? Liquet igitur, iam inde ab ἀρετὴ novum incipere sermonem, neque a Frontonis oratione abhorreat verborum his cumulus: Ἀρετὴ δὲ καὶ δόξα καὶ τιμὴ καὶ κέρδος καὶ κόσμος θαλάττῃ μὲν ναῦται κ. τ. λ. Vereor tamen ne *virtutem* optimo tantum Maio

τριήραρχοι καὶ ἔμποροι καὶ οἱ ἄλλως πλέοντες· οὐ μὰ Δία δελφῖνες, οἷς ἀδύνατον τὸ ζῆν ὅτι μὴ ἐν θαλάττῃ· κάλλους δὲ ἡμεῖς οἱ [1] τηνάλλως ἐπαινοῦντες καὶ ἀσπαζόμενοι, οὐχὶ [2] ἐρασταὶ, οἷς ἀβίωτον ἂν εἴη στερομένοις [3] τῶν
14 παιδικῶν. Εὕροις δ' ἂν σκοπῶν πλείστης ἀδοξίας αἰτίους μὲν ὄντας τοὺς ἐραστάς· ἀδοξιαν δὲ φεύγειν ἅπαντας μὲν χρὴ τοὺς εὐφρονοῦντας, μάλιστα δὲ τοὺς νέους, οἷς ἐπὶ μακρότερον ἐγκείσεται τὸ κακὸν ἐν ἀρχῇ μακροῦ βίου προσπεσόν. Ὥσπερ οὖν ἱερῶν καὶ θυσίας, οὕτω καὶ τοῦ βίου τοὺς ἀρχομένους εὐλογίας μάλιστα πρ . . . [4] . . τοῖς
15 τῶν . . . . εἰς ἐσχάτην ἀδοξίαν κ . . [5] τούτους δὴ χρηστοὺς ἐραστὰς ἔξον ει . . . πέντε καὶ . . . νεικ . . . νον . . . χρῆμα ἐρασταῖς . . . του . . . . . ἄρ' οἱ ἐρῶντες διὰ τῶν τοιῶνδε φορημάτων οὐκ ἐκείνους τιμῶσιν, ἀλλ' αὐτοὶ ἀλαζονεύονταί τε καὶ ἐπιδείκνυνται, καὶ ὡς εἰπεῖν ἐξορχοῦνται τὸν ἔρωτα.

16 Συγγράφει δὲ, ὡς φασὶν, ὁ σὸς ἐραστὴς ἐρωτικά τινα περὶ σοῦ συγγράμματα, ὡς τούτῳ δὴ μάλιστά σε δελεάζων [6] καὶ προσαξόμενος καὶ αἱρήσων· τὰ δ' ἐστὶν αἴσχη καὶ ὀνείδη καὶ βοή τις ἀκόλαστος ὑπὸ οἴστρου προπεμπομένη, ὅποῖ-

debeat Fronto; in Codice autem sic procedat oratio: Ἀληθὴς δὲ καὶ δόξα καὶ — κόσμος θαλάττη (nisi ob sequens κάλλους malis θαλάττης) μὲν ναῦται καὶ — οἱ ἄλλως πλέοντες, οὐ μὰ Δία δελφῖνες, οἷς ἀδύνατον τὸ ζῆν ὅτι μὴ ἐν θαλάττῃ· κάλλους δὲ ἡμεῖς — οὐχὶ ἐρασταὶ, οἷς ἀβίωτον κ. τ. λ. *B.*

(1) Cod. teste Maio ΗΜΕΙΣΘΟΙ, ex quo in textu ille fecit ἡμεῖς θ' οἱ.

(2) Malim οὐχ οἱ. *H.*

(3) Cod. ΙΣΤΕΡΟΜΕΝΟΙΣ. Maius ἐστερημένοις.

(4) Lacuna integræ pæne paginæ Codicis in fol. *Maius.* Hoc πρ . . . quivis statim sic expleat, πρεπει ἐπιμελεῖσθαι. *H.*

(5) Maius reposuit ἀ(ν); sed videtur fuisse ἄρα.

(6) Cod. ΔΕΧΕΑΖΩΝ. *Maius.*

αι θηρῶν ἢ βοσκημάτων (1) ὑπὸ ἔρωτος βρυχωμένων ἢ χρεμετιζομένων ἢ μυκωμένων ἢ ὠρυομένων (2). Τούτοις ἔοικεν (3) τῶν ἐρώντων ἄσματα. Εἰ γοῦν ἐπιτρέψαις αὐτὸν τῷ ἐραστῇ χρῆ- 17
σθαι ὅτε οὐ καὶ ὁπότε (4) βούλοιτο· οὔτ' ἂν καιρὸν περιμείνας ἐπιτήδειον οὔτε τόπον οὔτε σχολὴν οὔτε ἐρημίαν, ἀλλὰ θηρίου (5) δίκην ὑπο λύττης εὐθύ σε (6) ἴοιτο ἂν καὶ βαίνειν προθυμοῖτο μηδὲν αἰδούμενος.

Τοῦτο ἔτι προσθεὶς καταπαύσω τὸν λόγον, 18
ὅτι πάντα θεῶν δῶρα καὶ ἔργα ὅσα ἐς ἀνθρώπων χρείαν τε καὶ τέρψιν καὶ ὠφέλειαν ἀφύκτατα (7) μὲν αὐτῶν πάνυ καὶ παντὶ ἥθει, (8) γῆν φημι καὶ οὐρανὸν καὶ ἥλιον καὶ θαλατταν, ὑμνεῖν μὲν καὶ θαυμάζειν πεφύκαμεν, ἐρᾶν δ' οὔ· καλῶν δέ τινων φαυλοτέρων καὶ ἀτιμοτέρας μοίρας τετυχηκότων, τούτων ἤδη φθόνος καὶ ἔρως καὶ ζῆλος καὶ ἵμερος ἀπύεται (9). Καὶ οἱ μέν 19
τινες κέρδους ἐρῶσιν, οἱ δὲ θύων (10) αὖ, οἱ δὲ οἴνου. Ἐν δὲ (11) τῷ τοιῷδε ἀριθμῷ καὶ μερίδι καθίσταται τὸ κάλλος ὑπὸ τῶν ἐρώντων, ὅμοιον κέρδει καὶ ὄψῳ καὶ μέλιτι· ὑπὸ δὲ ἡμῶν τῶν θαυμαζόντων μὲν, μὴ ἐρώντων δὲ, ὅμοιον ἡλίῳ

(1) Cod. ΒΟΣΧΗΜΑΤΩΝ. *Maius.*
(2) Videtur scribendum ΩΡΥΟΜΕΝΩΝ. *Maius.* Nimirum in textu ille ex Cod. dedit *ὀρνωμένων*, ut ante *χρεμετιζομένων*.
(3) L. *ἔοικε τὰ τῶν ἐρ. N.*
(4) L. *ὅπου καὶ ὁπότε. B.*
(5) Cod. ΘΗΡΟΥ. *Maius.*
(6) Scribendum *εὐθὺς* vel potius *εὐθύ σοῦ*. Maius in nota: „Nisi mavis legere ΕΥΘΥΣ ΕΙΟΙΤΟ." *H.*
(7) Mihi in mentem venit *ἐπευκτά, τὰ μὲν* — Buttmanno *καθήκει, τὰ μὲν. H.*
(8) Cod. ΠΑΝΙΗΙΘΕΙ. *Maius.* Latere videtur *πανδημεί. B.*
(9) Corr. *ἅπτεται. B.*
(10) Apparet, pro vero quod in Cod. fuerit, ΟΨΩΝ, Maium legisse ΘΥΩΝ. *N.*
(11) Immo *δή. H.*

καὶ οὐρανῷ καὶ γῇ καὶ θαλάττῃ· τὰ γὰρ τοιαῦτα παντὸς ἔρωτος κρείττω καὶ ὑπέρτερα.

20 Ἔν τί σοι φράσω πρὸς τούτοις, ὃ καὶ σὺ πρὸς τοὺς ἄλλους λέγων παῖδας πιθανὸς εἶναι δόξεις (1). Εἰκὸς δέ σε ἢ παρὰ μητρὸς ἢ τῶν ἀναθρεψαμένων μὴ ἀνήκοον εἶναι, ὅτι τῶν ἀνθῶν ἂν (2) ἐστί τι ὃ δὴ τοῦ ἡλίου ἐρᾷ καὶ πάσχει τὰ τῶν ἐρώντων, ἀνατέλλοντος ἐπαιρόμενον καὶ πορευομένου καταστρεφόμενον, δύνοντος δὲ περιτρεπόμενον· ἀλλ' ὅδ' ἐν γῇ πεσὸν ἀπόλλυσι (3), οὐδὲ εὐμενεστέρου πειρᾶται διὰ τὸν ἔρωτα τοῦ ἡλίου.

21 Ἀτιμότατον γοῦν ἐστιν ἂν φυτῶν καὶ ἀνθῶν, οὔτε εἰς ἑορταζόντων θαλίας οὔτε στεφάνους θεῶν ἢ ἀνθρώπων παραλαμβανόμενον. Ἔοικας, ὦ παῖ, τὸ ἄνθος τοῦτο ἰδεῖν ἐθέλειν· ἀλλ' ἐγώ τε σοὶ δ' ἐπιδείξω τυχών, πρὸς τὸν κῆπον (4) ἅμα ἄμφω βαδίσαιμεν.

(1) Ed. Mediol. δόξει.

(2) Aut delendum istud ἂν aut mutandum in ἔν censerem, ni iterum mox soloece legeremus ἀτιμότατον γοῦν ἐστιν ἂν φυτῶν. *H.*

(3) Non ita usurpatur a Græcis ὅδε, et durissime statim fit subiecti mutatio. Quocirca in mentem venit ἀλλὰ γ' ἐν γῇ πεσὸν ἀπόλλυται. *H.*

(4) Codex pro ΤΥΧΩΝ ΠΡΟΣ ΤΟΝ ΚΗΠΟΝ habet ΤΙΧΟΥΣ ΠΡΟΣ ΤΟΝ ΙΑΙΣΟΝ In hoc autem loco expediendo diu dubitans hæsi, quem quidem liberum cuique esto pro suo ingenio libitoque corrigere aut interpretari. Haud scio an pro κῆπον malet aliquis παράδεισον. Illud moneo, universam Codicis græcam scripturam tot mendis scatere, ut ea plane ab amanuensi latino et græce fere ignaro exarata videatur. *Maius.* Corrigit Buttmannus, ἀλλ' ἐγωγέ σοι ἐπιδείξω τυχόν, εἰ πρὸς τὸν Ἰλισὸν ἅμα ἄμφω βαδίσαιμεν, in quibus unicum, quod sibi quidem innotuerit, exemplum extare notat Ilissi etiam fluvii unico σ scripti, quod in Κηφισῷ pervulgatum. Recepto hoc Ἰλισόν, quod liquido exhibet Cod. MS., equidem coniicio, ἀλλ' ἐγωγέ σοι δείξω εἰ ἔξω τείχους (Cod. ΤΙΧΟΥΣ) πρὸς τὸν Ἰλισὸν ἅμα ἄμφω βαδίσαιμεν. *H.*

9. (*M. Cæsar magistro suo*) [1]

(Hoc nego) . . . magisve nego impudens qui 1
umquam quicquam meorum scriptorum tanto
ingenio tanto iudicio legendum committo . . . .
(divi) num locum ex oratione tua, quem 2
me eligere voluerat . . . . ὑπέμεινα μὴν com-
mode. Plane illa suum auctorem sibi dari
flagitabant. Denique mihi vix succlamatum
est . . . . τοῦ ποιητοῦ. Sed quod tu merito 3
omnibus praeoptas, non diu differas. Ita ad-
fectus est auditione eorum Dominus meus,
ut paene moleste ferret, quod alio modo ad
negotium . . . . quasi . . . . orationem ha- 4
biturus intra veram sensuum facultatem, elo-
cutionis variam virtutem, inventionis aliquam
novitatem, orationis doctam dispositionem
. . . . . ratus est. Post quaeris quid meus 5

(1) Hanc epistolam quamvis in Cod. MS. inter epistolas libri I ad Marcum collocatam reperisset Maius, uti testatur ipse Ed. Mediol. p. 18.: tamen eam in librum ad Pium retulit, scilicet illam Frontonis „Accepi Cæsar" (nostr. Ed. ad M. Cæsarem II, 1.) illuc pertinere utpote pro responsione ad hanc nostram scriptam ratus. Rem Codicis auctoritas sine ulla controversia diiudicat. Nam quod propterea etiam epistolam hanc Maius nonam ad Antoninum Pium posuit, quia oblitteratum in Indice epistolæ initium ita sibi visus est legere „Hoc nego magisve nego": verba quidem epistolæ *magisve nego* in Codice liquido scripta invenit haud dubie; priora vero illa *Hoc nego* tanquam ex Indice eruta affixit. Nempe una cum inscriptione, quam ipse fatetur deesse, quis credat non plures versus adeoque prima tantum verba periisse? Verumenimvero totum hoc adeo misere mutilum lacerumque est, ut facile oboriatur suspicio, non unius hæc esse epistolæ, sed hinc illinc consutos ex pluribus pannos, partemque aliquam ex epistola ad Antoninum Augustum esse. *Dominus* quidem ille, quem memorat epistola, nihil obstat quin sit dominus *frater*; nam *dominum suum* Verum Marcus appellat ep. ult. I. 1. ad M. Antonin. Aug. Quæ tamen in extremo leguntur epistola, ab adolescente Marco scripta esse liquet. *N.*

animus . . . in his rebus et causis quidni
6 rivalis iudicibus . . . causarum. De funere
au[*tem huec man*]damus. Sciat familia quem-
admodum lugeat. Aliter plangit servus
manumissus, aliter cliens laudat vocatus (1)
aliter amicus legat (2) honoratus. Quid in-
certas et suspensas exequias agis? omnium
animarum statim post mortem hereditas cer-
7 natur . . . veste . . . pinnae . . . olo . . .
hominum facere duas . . . post . . de . . .
fertur . . . praedonis . . . post plangitur.
Puto totum descripsi . . . Quid ergo face-
rent, quom totum ac mire . . . totum ama-
8 rem . . . hominem bonum. Vale disertissi-
me, doctissime, mihi carissime, dulcissime, ma-
gister optatissime, amice desiderantissime (3).
9 Horatius cum Polione (4) mihi emortuus
est. Id Herodes (5) non aequo fert animo.
Volo ut illi aliquid quod ad hanc rem atti-
neat paucorum verborum scribas. Semper
vale.

(1) Cod. *laudaucatus. Maius.*

(2) In a Cod. *legat*, sed forte emendandum *luget. Maius.*

(3) Sic, *desiderantissime*, tribus locis edidit Maius lectorem ad Forcellini Lex. ablegans infra ad Verum Aug. 10.2. Ac Forcellinus quidem superlativum hunc *desiderantissimus* protulit ex Epist. Paulini ad Augustin. et ex huius ad Marcellin. itemque ex Inscript. apud Murator. p. 805. n. 8 *L. Flaccus infelicissimus pater filio desiderantissimo*, et aliis aliquot ibid. et ap. Donium. Quæ inscriptiones illud certe declarant, aliquo tempore apud vulgus invaluisse vitiosam scripturam *desiderantissimus* pro *desideratissimus*, quod de mortuis multæ aliæ inscriptiones rite exhibent: Frontonis iam ætate ipsos rhetores adeo mendose verbum scripsisse, mihi vix quisquam persuadeat *H.*

(4) Cf. lib. II, 6. Pollione usum esse grammatico latino M. Aurelium scribit Capitolinus in huius vita p. 33. A. *Maius.*

(5) Herodes Atticus Marcum instituit ad græcam eloquentiam. V. Capitol. l. l. *Maius.*

M. CORNELII FRONTONIS
EPISTULARUM
AD
M. AURELIUM CAESAREM
LIBER SECUNDUS.

---

1. DOMINO MEO (1)

Accepi, Caesar, litteras tuas, quibus quan- 1
topere laetatus sim, facile aestimavis (2), si 2
reputaveris singula. Primum caput est omnis mei gaudii cum (3) te bene valere cognovi: tum quod ita amantem mei sensi, finem ut amori nullum neque modum statuas, quin cottidie aliquid reperias, quod circa me iucundius atque amicius facias. Ego denique 3
olim iam me puto satis amari; tibi autem nondum etiam quantum me diligas satis est: ut non mare ipsum tam sit profundum, quam tuus adversus me amor. Sane ut il- 4
lud queri possim, cur me nondum ames tantum, quantum plurimum potest. Namque in dies plus amando efficis, ne quod ante

(1) Epistola hæc haud dubie ad annum consulatus referenda est, et cum ordo non possit a nobis nisi in universum designari, præfiximus eam iis, quæ per menses Iulium et Augustum scriptæ sunt; cuius rei illud quoque argumento fuerit, quod Fronto bonam valetudinem gratulatur Marco, quem natali die suo (VI. Kal. Mai.) morbo tentatum fuisse, ex quarta libri huius epistola intelligitur. *N.*

(2) Ita Cod. pro *aestimabis. Maius.*

(3) Immo *quod. H.*

diem [1] amaveris, plurimum fuerit. Consulatum mihi putas tanto gaudio fuisse, quanto tua tot in una re amoris indicia? Orationis meæ particulas, quas excerpseram, recitasti patri tuo ipse, studiumque ad pronuntiandum adhibuisti. Qua in re et oculos mihi tuos utendos et vocem ipsam et gestum et in primis animum accommodasti.
6 Nec video, quis [2] veterum scriptorum quisquam [3] me beatior fuerit, quorum scripta Aesopus ad populum pronuntiavit et Roscius: meæ vero orationi M. Cæsar actor contigit et pronuntiator, tuaque ego opera et voce audientibus placui, cum audiri a te ac tibi placere omnibus summe sit optabile.
7 Non miror itaque quod placuerit oratio oris tui [4] dignitate exornata. Nam pleraque propria venustate carentia gratiam sibimet
8 alienam extrinsecus mutuantur. Quod evenit etiam in plebeis istis edulibus. Nullum adeo vile aut volgatum est holus aut pulpamentum, quin elegantius [5] videatur vasis aureis adpositum. Ita evenit floribus et coronis: alia dignitate sunt quom a coronariis veneunt, alia quom a sacerdotibus porrigun-

(1) Cod. *diem*, tum emendatum est *dies. Maius.* Male emendatum ex præcedd. Legendum *ante diem* i. e. ante hunc diem. *Ante dies* Latine non dicitur pro *ante hos dies* vel *ante aliquot dies. H.*

(2) Scr. *qui. H.*

(3) Ita Codex *quisquam. Maius.*

(4) Inter hoc *tui* et seq. *dignitate*, Maii Editio denuo inculcatos habet prægressos tres versus, *placui, cum audiri — — — — oratio oris tui;* operarum vitio, ut videtur. Nam repertum in Codice errorem haud dubie vel correxisset vel notasset certe Editor. Quanquam secundo loco scriptum est ibi *obtabile.*

(5) Cod. *qui neglegentius. Maius.*

tur *. Tantoque ego fortunatior quam fuit 9
Hercules atque Achilles, quorum arma et
tela gestata sunt a Patricole et Philocteta (1)
multo viris virtute infericribus. Mea con-
tra oratio mediocris, ne dicam ignobilis, a
doctissimo et facundissimo omnium Cæsare
inlustrata est, nec ullâ umquam scæna (2)
tantum habuit dignitatis: M. Cæsar actor,
Titus imperator. (3) Quid amplius cuiquam 10
contingere potest? nisi unum quod in cælo
fieri poetæ ferunt, quo, (4) Iove patre au-
diente, Musæ cantant. Enimvero quibus ego
gaudium meum verbis exprimere possim,
quod orationem istam meam tua manu de-
scriptam misisti mihi? Verum est profecto 11
quod ait noster Laberius: *ad amorem ini-
ciendum delenimenta esse deliberamenta* (5),
beneficia autem beneficia (6). Neque poculo
aut veneno quisquam tantum flammæ ad
amatorem incussisset, præ(ut dulci . . .)
[*me*] (7) facto hoc stupidum et attonitum ar-

* *In margine*: In alio sic habet: alia dignitate sunt in Portunio cum a coronariis veneunt, alia cum a sacerdote in templo porriguntur. (Antiqua haud dubie et germana scriptura. *Portunium* Romæ nomen loci videtur fuisse ubi flores et coronæ venibant. *H.*)

(1) Ita Cod. *Patricole et Philocteta. Maius.*

(2) Ita Cod. *scaena* pro *scena. Maius.*

(3) Post *imperator* excidit *spectator.* Cf. Epist. huius libri 4. init. *B.*

(4) Potius *quom. N.*

(5) Corruptum utique vocabulum. Neque tamen audeo reponendum suadere *deliramenta*, quod sensu quodam verbi activo, sonorum similitudinis nimia affectatione, nove usurparit Laberius. *B.*

(6) *Beneficia* hoc secundo loco pro *veneficia*, uti etiam apud Gruterum Inscr. 5. p. DCLXXXVII. Digest. Lib. 39, 2, 40. Cod. Lib. 3, 28, 27. *Maius.*

(7) Quid hoc est, *flammam ad amatorem incutere?* Tum *incussisset* sermonis legi repugnat; scribi debuit *incussit* vel *incusserit.* Denique post *tantum* inferri non

12 dente amore tuo reddidisti. Quot [1] litteræ istæ sunt, totidem consulatus mihi, totidem laureas, triumphos, togas pictas arbitror contigisse. [2] Quid tale M. Porcio aut Quinto Ennio aut C. Graccho [3] aut Titio [4] poetæ [5], quid Scipioni aut Numidico, quid
13 M. Tullio tale usu venit? quorum libri pretiosiores habentur et summam gloriam retinent, si sunt [*descripti a*] Lampadione, aut Staberio . . . . . vi, aut (Tirone), aut Aelio [6] . . . . aut Attico aut Nepote [7].

potest *praeut.* Scripsisse Frontonem coniicio, *tantum flammae ad amorem incussisse se praedicet quantum tu me facto hoc* etc. Paulo post *amore tuo* dictum pro *amore tui. H.*

(1) Cod. *quod. Maius.*

(2) Interpunxit Maius *arbitror. Contigisse quid tale* etc.

(3) Cod. *Gracco. Maius.*

(4) Fort. *L. Accio. N.*

(5) Duo fuerunt Titii poetæ: unus antiquior, qui C. Marii fere æqualis fuit, de quo Cicero in *Bruto* c. 45. „Eiusdem fere temporis fuit eques romanus C. Titius „. . . . Argutias in tragoedias satis quidem ille acute, „sed parum tragice transtulit". Alterius Titii poetæ sui temporis meminit Horatius Epist. III. Lib. I.

„Quid Titius romana brevi venturus in ora,
„Pindarici fontis qui non expalluit haustus?

Ad quem Horatii locum sic vetus Interpres: „Titius „Septimius lyrica carmina et tragoedias scripsit Augusti „tempore, sed libri eius nulli extant. Huius autem in„signe monumentum est infra Ariciam". *Maius.*

(6) Codicem Enmii antiquum emendatum a *Lampadione* memorat Gellius XVIII. 5. A Lampadione item Punicum Nævii bellum in libros divisum narrat Suetonius *de illustr. Gramm.* Cap. 2. *Staberii* grammatici, qui Brutum et Cassium docuit, meminit idem Suetonius in eodem opere Cap. 13. Tum Cap. 3. *L. Aelii* item grammatici qui orationes nobilissimo cuique scribere solebat. Recole etiam, si placet, de scriptoribus seu emendatoribus operum Ciceronis *Tirone*, *Lœcaniano*, *Dom.*, *Statilio Maximo* notam antiquissimam a nobis editam in libro Fragmentorum Ciceronis cum Commentario p. 140. *Maius.*

(7) Gellius XV. 28. „Cornelius Nepos M. Ciceronis, „ut qui maxime, amicus familiaris fuit". *Maius.*

Mea oratio extabit M. Cæsaris manu scripta. (1) Qui orationem spreverit, litteras concupiscet: qui scripta contempserit, scribtorem reverebitur. Ut si simiam aut volpem appelles . . . . bestiæ . . . . pretium adderet, aut quod M. Cato de 14

2. M. AURELIUS CAESAR CONSULI SUO ET MAGISTRO SALUTEM

Postquam ad te proxime scripsi, postea nihil operæ pretium (2) quod ad te scriberetur, aut quod monitum ad aliquem modum iuvaret. Nam διὰ τῶν αὐτῶν fere dies tramisimus. Idem theatrum, idem otium, idem desiderium tuum. Quid dico idem? Immo id cottidie novatur et gliscit; et quod ait Laberius de amore suo modo (3) καὶ ἐπὶ ἰδίᾳ μούσῃ, *amor tuus tam cito crescit quam porrus, tam firme quam palma* (4), hoc igitur ego ad desiderium verto, quod ille de amore ait. Volo ad te plura scribere, sed nihil suppetit. Ecce quod in animum venit. Encomiographos istos audimus, græcos scili- 1 2 3 4

(1) Post hoc *scripta* in Edit. Mediol. inserta leguntur hæc: *Nam pleraque propria venustate carentia gratiam sibi alienam mutuant*, ad quæ Maius: „Fronto vel amanuensis repetit dicta ed. Med. p. 23.“ Non ab ipso Frontone repetita hæc esse, sed casu aliquo huc iterum intrusa, ita manifestum est, ut non cunctanter e textu eiecerimus.

(2) Cod. *praetium*. *Maius*.

(3) Male Edit. Mediol. distinguit *suo*, *modo* etc *H*.

(4) Post *palma* puncto distinxit Maius. In nostra loci interpunctione sequentia *quod ille de amore ait*, per negligentiam quandam repetita non magis offendant quam similia illa, quæ attuli ad Cic. de Nat. Deor. 1, 10, 25. *H*.

cet, sed miros mortales: ut ego qui a græca litteratura tantum absum, quantum a terra Græcia mons Cælius meus [1] abest, tamen me sperem illis conparatum etiam [2] Theopompum æquiperare posse: nam hunc audio apud græcos disertissimum natum es-
5 se. Igitur pæne me opicum [3] animantem ad græcam scripturam perpulerunt homines,
6 ut Cæcilius ait, *incolumi inscientia.* Cælum Neapolitanum [4] plane * commodum, sed vehementer varium. In singulis scripulis horarum frigidius aut tepidius aut horridius fit.

* *In margine:* Alibi, sane.

(1) M. Aurelius natus est in Coelio monte, ut narrat Capitolinus in ejus vita p. 32. C. *Maius.* Sic, *Caelius,* non *Coelius,* in Cod scriptum Maius in Add. monet.

(2) Ed. Mediol. male *et iam.*

(3) Non pauci sunt loci, ubi *opicus* pro rudi et imperito ponitur, nec incognita hæc est vocabuli potestas. Mihi quidem probabile est, a Græcis Italos cunctos ut barbaros Opicos dictos esse. Plat. Epist. VIII p. 353 e. ἥξει — εἰς ἐρημίαν τῆς Ἑλληνικῆς φωνῆς Σικελία πᾶσα, Φοινίκων ἢ Ὀπικῶν μεταβαλοῦσα εἰς τινα ξυναρσίαν Atque Opicos etiam eos, qui proprie dicebantur (seu Oscos), pro stolido ac bardo hominum genere habebant. Aristides Quintilianus, veteres haud dubie auctores secutus, l. II. p. 72. ed. Meib. ἀναισθητοί τέ εἰσι καὶ βοσκηματώδεις, ὡς οἵ τε περὶ τὴν Ὀπικίαν τε καὶ Λευκανίαν. Neque vero non Romanos, cum eorum iugum acciperet Græcia, turpi hac appellatione comprehenderunt. Cato apud Plin. H. N. XXIX, 7. *Nos quoque dictitant barbaros, et spurcius nos, quam alios Opicos, appellatione foedant,* ubi legerim *Opicorum appellatione;* neque enim omnino certa est loci scriptura cum insigni diversitate a Cortio in Catonis fragmentis editi. Appellationem postea Romanos per iocum de se ipsos usurpasse nemo miretur, cum nihil sit festivius et magis ioculare, quam ab eo, quem despicere queas, contemptui haberi. Ac Fronto quidem et Gellius aliique eam, ut tot alias, ex priscorum libris revocarunt. Græcum certe vocabulum est utique, non Latinorum sermone tritum. *N.*

(4) Marcus (cum matre) Neapoli degebat dum hæc scriberet. *Maius.*

fit. Iam primum media nox tepida, Lau- 7
rentina. Tum autem gallicinium frigidulum, Lanuinum. Iam conticinnum (1) atque matutinum atque diluculum usque ad solis ortum, gelidum, ad Algidum (2) maxime. Exin ante meridiem apricum, Tusculanum. Tum meridies fervida, Puteolana. At enim 8
ubi sol latum (3) ad oceanum profectus, fit demum cælum modestius, quod genus Tiburtinum. Id vespera et concubia nocte, *dum se intempesta nox*, ut ait M. Porcius, *praecipitat*, eodem modo perseverat. Sed 9
quid ego, me qui paucula scripturum promisi, deleramenta (4) Masuriana (5) congero? Igitur vale, magister benignissime, consul amplissime, et me quantum amas tantum desidera.

(1) Ita Cod. *conticinnum*. Macrobius quidem Saturn. I. 3. habet *conticuum*. *Maius*.

(2) Cod. *adalgidum*. *Maxime eximante meridie*. *Maius*. Maius dedit *adalgidum*, idque ut novum apud Frontonem vocabulum memoravit in Comm. prævio suo p. C.

(3) Coniicio *latet*. *N*. Nisi, quod Hirtius noster contendit, *latum* hoc opponitur proximo Neapolin mari, in portum variosque inter insulas sinus incluso; *Oceanum* autem dixit iuvante visum imaginatione, quatenus, quod ibi procul conspicitur, latum soloque cælo terminatum mare contiguum tamen est Oceano, in quem mergitur sol *H*

(4) Cod. ita pro *deliramenta*. Sic alibi constanter *neglego, neglegentia, intellego, delenimenta*. *Maius*.

(5) Masurius Sabinus, celeberrimus iurisconsultus Tiberio imperante, de quo vid. Pomponium in Dig. I. tit. 2. Pers. 5, 90. *Maius*. Masurius notissimum olim librum de iure civili scripserat quem Persius l. l. *Masuri rubricam* vocat. Jam cum Quintilianus 12, 3, 11. illos de vulgo causidicos ita exagitet, ut „qui se ad album ac *rubricas* transtulerint, et formularii, vel, ut Cicero ait, leguleji quidam esse maluerint"; Cicero autem in loco quem spectat Quintilianus (de Orat. 1, 55) eosdem *cantores formularum* appellet: hinc mihi intelligere videor, cur putidæ quæcunque rerum quotidianarum expositiones *Masuriana deliramenta* hic dicantur. *B*.

3. (*Consuli suo et magistro*) (1)

1 . . . . . deatur. Polemona (2) ante hoc triduum declamantem audivimus, ἵνα τι καὶ περὶ ἀνθρώπων λαλήσωμεν. Si quæris quid 2 visus sit mihi, accipe *. Videtur mihi agricola strenuus summa sollertia præditus latum fnndum in sola segete frumenti et vitibus occupasse, ubi sane et fructus pulcher- 3 rimus et reditus (3) uberrimus. Sed enim nusquam in eo rure ficus Pompeiana vel holus Aricinum vel rosa Tarentina (4) vel

* *In margine:* Laus eloquentiae solidae cui desunt flores, ubi latus fundus in sola segete frumenti et vitibus occupatur.

(1) Hanc epistolam Maius nonam primi ad Verum Aug. epistolarum libri posuit, eam unam ob causam, quod in clausula *Verum* se scriptor appellat. V. Ed. Mediol. p. 100. Non Lucii, sed Marci est epistola, quippe eo scripta anno quo consulatum gerebat Fronto; eo autem tempore et donec ipsum esset imperium adeptus, Marcus nomine Veri usus est, Lucius Commodi. Imperio deinde cum fratre consociato assumptoque Antonini nomine, tum demum Marcus suum nomen impertiit Lucio, qui ex illo denique tempore Verus appellabatur, Commodi nomine plane abdicato. Qua de re vid. Eckh. Doctr. Num. VII. p. 69, et qui ibi laudantur scriptores. Illud addimus, miram hanc nominum inter fratres permutationem eo perfectam esse, quod filio eodem anno sibi nato Commodi nomen indidit Marcus. Igitur, qui hæc ad Frontonem consulem scribit *Verus tuus*, est ipse Marcus, cuius ceteris ad Frontonem illius temporis epistolis affinem hanc vel illa in exitu pietatis et amoris significatione agnosces; neque monere attinet, Lucium, tredecim annorum tum puerum, non potuisse hæc scribere. Est autem hæc illa de Polemone epistola, cuius Fronto in proxima h. l. ep. 4. meminit. *N.*

(2) Polemon e Laodicea Cariæ, celeberrimus fuit rhetor sub Impp. Hadriano et Pio. Polemonis vita exstat apud Philostratum de Vit. Sophist. Lib. I. 25. *Maius.*

(3) Ed. Mediol. *redditus.*

(4) *Pompeianam ficum* memorant Plinius XV, 19 et Macrobius Saturn. II, 16; tacent de ea Scriptores de Re R. Eam ad siccandum sole aptissimam esse tradit Plinius. *Olus Aricinum* h. l. dicitur caulium (Broccoli) genus

nemus amœnum vel densus lucus vel platanus umbrosa. Omnia ad usum magis quam ad voluptatem, quæque magis laudare oporteat, amare non libeat. Satisne ego audaci 4
consilio et iudicio temerario videar, cum de tantæ gloriæ viro existimo? Sed quom me recordor tibi scribere, minus me audere, quam tu velis, arbitror. Nos istic vehemen- 5
ter æstuamus. Habes et (1) hendecasyllabum (2) ingenuum. Igitur priusquam poetare (3) incipio, pausam tecum facio. Vale desiderantissime homo, et tuo Vero carissime, consul amplissime, magister dulcissime. Vale mi semper, anima dulcissima.

quoddam ex convalle Aricina, prægrandi capite, foliis innumeris, quale idem describit Plinius XIX, 8. *Rosa* autem *Tarentina* in laudem post Plinii demum tempora venit, quippe qui ut sui ævi celeberrima genera Prænestinam et Campanam commemorat XXI, 4. Ceterum totam illam sophistarum, qui tum fuere, eloquentiam non cum agricultura, sed potius cum putido quodam et ludicro pravoque omnino hortorum cultu, ut cum buxo in formas animalium circumsecta et istiusmodi lusibus comparare convenit; nec sane propius, quam ceterorum, ad antiquam sanitatem Polemonis huius accessit oratio. Calamistros tamen et tinnitus orationis neglexisse eum verisimile est, quo pertinere etiam illa videntur sophistæ Dionysii Milesii apud Philostratum de Vit. Soph. I. p 526. ed. Mor., ἰσχὺν ἀθλητῆς ἔχει, ἀλλ' οὐκ ἐκ παλαίστρας. Quod si quis hoc adolescentis iudicium miretur, illud mirabilius etiam videtur, quod ex hoc Marci iudicio Polemonem Fronto *Tullianum* appellat (ep. 4. h. l. 11.), qui Ciceronis quoque in epistolis stilum alibi *genus remissius* dicit (l. l. 4. 12.) Videlicet illi Cicero parum curiosus in verborum delectu nec satis omnino comptus et nitidus videbatur. *N.*

(1) Immo *en. H.*

(2) Quippe hendecasyllabum efficiunt hæc *Nos istic vehementer aestuamus*, quo non animadverso, Maius ad Capitolinum ablegat Veri poetica studia memorantem. *N.*

(3) Usus postulat *poetari. H.*

4. CAESARI AURELIO DOMINO MEO CONSUL TUUS FRONTO

1 QUAE sint aures hominum hoc tempore, quanta in spectandis orationibus elegantia, ex Aufidio nostro [1] scire poteris: [2] quantos in oratione mea clamores concitarit quantoque concentu laudantium sit exceptum: *omnibus tunc imago patriciis pingebatur in-*
2 *signis.* At ubi genus nobile ignobili conparans dixi: *ut si quis ignem de rogo et ara accensum similem putet, quoniam aeque luce-*
3 *at;* ad hoc pauca admurmurati sunt. [3] Quorsum hoc retuli? uti te, Domine, ita conpares, ubi quid in cœtu hominum recitabis, ut scias auribus serviendum: plane non ubique et omni modo, attamen nonnumquam et ali-
4 quando. Quod ubi facies, simile facere te reputato atque illud facitis, ubi eos qui bestias strenue interfecerint, populo postulante ornatis aut manumittitis; nocentes etiam homines aut scelere damnatos, sed populo postulante, [4] conceditis. Ubique igitur popu-

(1) Post hoc *nostro* in Ed. Mediol. interrumpunt orationem ex Cod. inserta Græca hæc: π . . . . . πάντα ἡμῖν εὐΐατα καὶ τούτου μακρῷ δεύτερα. Quæ, nemo fere exputet, quo casu huc irrepserint ex Græca Frontonis epistola Ia cuius finem faciunt hæc Τἄλλά γε πάντα ἡμῖν εὐΐατα καὶ τούτου μακρῷ δεύτερα: illinc huc irrepsisse, ita manifestum est, ut in contextu tolerari non debeant. *H.*

(2) Post *poteris* Maius de suo inseruit *et.*

(3) Nimirum in priore loco hyperbole illa delectati erant auditores, qua Augusti, quem in Panegyrico suo laudabat Fronto, nobilitas nemine læso extollebatur; in hac autem comparatione aegre tulerunt hanc inferioris sortis hominum despicientiam. *B.*

(4) Immo *postulanti.* *H.*

Jus dominatur et præpollet. Igitur ut populo gratum erit, ita facies atque ita dices. Hîc [1] summa illa virtus oratoris atque ardua est, ut non magno detrimento recta eloquentia [2] auditores oblectet, eaque delenimenta quæ mulcendis volgi auribus conparat, ne cum multo ac magno dedecore fucata sint. Ut in compositionis instructura [3] æque mollitia sit delictum, quam in sententia inpudenti. [4] Vestem quoque lanarum mollitia delicatam potius, quam colore muliebri, filo tenui aut serico: purpuream [5] ipsam, non luteam nec crocatam [6]. Vobis præterea, quibus purpura et cocco uti necessarium est, eodem cultu nonnumquam oratio quoque amicienda est. Facies istud et temperabi- et moderaberis optimo modo ac temperamento. Sic enim auguror, quidquid egregie umquam in eloquentia factum sit, te id perfecturum: tanto ingenio es præditus tantoque te studio exerces et labore [7]; quom in aliis vel sine ingenio studium vel sine studio solum ingenium egregiam gloriam pepererit. Certum habeo, te, Domine, aliquantum temporis etiam

5 6 7 8 9

(1) L. *Haec. N.*

(2) Scr. *rectae eloquentiae. H.*

(3) Corrige *in compositionis structura*; velut mox pro *orationi scribendae* Cod. MS. teste Maio vitiose exhibet *orationis inscribendae. H.*

(4) L. *quam in sententiis impudentia. H.*

(5) Immo *purpuram. N.*

(6) Ita Cod. MS. sine lacuna. Mutilam orationem ut suppleret Maius, post *crocatam* inseruit *praeoptamus.* Sed intercidit haud dubie *volo,* a sequenti voce absorptum. *B.*

(7) Confirmat Capitolinus in eius vita p. 33. D. „Tantum operis et laboris studiis inpendit (Marcus), ut corpus afficeret". *Maius.*

prosæ orationi scribendæ[1] impendere. Nam (etsi) æque pernicitas equorum exercetur, sive quadrupedo[2] currant atque exerceantur, sive tolutim: attamen ea, quæ magis ne-
10 cessaria, frequentius sunt experiunda. Iam enim non ita tecum ago, ut te duos et viginti annos natum [ ] cogitem. Qua ætate ego vixdum quicquam veterum lectionum addidiceram[4], deorum et tua virtute profectum tantum in eloquentia adsecutus es, quantum senioribus ad gloriam sufficiat, et, quod est difficillimum, in omni genere dicen-
11 di. Epistulæ tuæ, quas adsiduas[5] scripsisti, mihi satis ostendunt, quid etiam in istis remissioribus et Tullianis[6] facere possis.

(1) Cod. *prose orationis inscribendae*. *Maius*.

(2) Plenius infra de Oratt. ep. I, 1. 4. *quadripedo concito cursu*. Ex quibus locis intelligitur, vocem *quadrupedus*, quam ex uno adhuc Ammiano, ubi de incessu per brachia pedesque usurpatur, proferunt Lexica, proprie significare citatum equi cursum (Galopp). Jam de eadem vi verbi *quadrupedans* apud Virgilium certe et Plinium fidentius pronuntiabunt viri docti. *B*.

(3) M. Aurelius natus est, ut narrat Capitolinus, M. Annio Vero avo suo iterum et Augure Coss. Ergo annus XXII Marci incidit in annum Urbis 896 (143) Coss. ordinariis T. Bellicio Torquato et Ti. Claudio Attico Herode, Pii imperantis anno VI. Eodem itaque anno Fronto, ut patet ex huius Epistulæ epigraphe, consul suffectus est. *Maius*.

(4) Cod. *adeceram*. *Maius*. L. *attigeram*. *H*.

(5) Malim *assiduus*. *H*.

(6) Hoc loco, ni fallor, genus epistularum Tullianarum carpit Fronto ut remissum. Quam meam sententiam confirmat fortasse Sidonius Apollinaris Epist I. Lib. I. ubi ait: „Nam de M. Tullio silere me in stilo epistulari melius puto, quem nec Iulius Titianus totum „sub nominibus illustrium feminarum digna similitudine expressit. Propter quod illum ceteri quique Frontonianorum, utpote consectaneum æmulati, cum veterosum dicendi genus imitaretur, oratorum simiam nuncupaverunt (Titianum)". Quo loco reprehendi a Sidonio epistularem stilum Ciceronis Petrarcha (Præf. ad

Pro Polemone rhetore [1], quem mihi tu in 12
epistula tua proxime exhibuisti Tullianum, ego in oratione, quam in senatu recitavi, philosophum reddidi, nisi me opinio fallit, peratticum. An quid? Tu dicas, Marce [2], 13
quemadmodum tibi videtur fabula Polemonis a te descripta [3]. Plane multum mihi facetiarum contulit istic Oratius Flaccus memorabilis poeta, mihique propter Mecenatem et Mecenatianos hortos meos non alienus [4]. 14
Is namque Oratius Sermonum libro secundo [5] fabulam istam Polemonis inseruit, si recte memini, hisce versibus:

Mutatus Polemon ponas [6] *insignia morbi,*
Fasciolas, cubital, focalia, potus ut ille
Dicitur ex collo furtim carpsisse coronas
Postquam est inpransi correptus [7] *voce magistri.*

nas Epist.) Politianus (Epist. I. Lib. I.) censuerunt, a quibus tamen Savarus et Sirmondus aperte dissentiunt. Sidonii obscurum locum satis erudite post hos illustrat Barthius (Adversar. Lib. XLVII. Cap. 9.) atque in Petrarchæ et Politiani sententiam omnino concedit. Meam ego opinionem tantos inter viros vix interponere ausim. *Maius.*

(1) De Polemone rhetore cf. Ep. 3. h. libri. *Maius.*

(2) L. *En quid judicas, Marce? B.*

(3) Cod. *adedescripta.* Constat autem ex Epist. 1. h. l. M. Aurelium sua manu descripsisse eam orationem Frontonis, in quam hic inseruerat, ut hoc loco dicit, fabulam Polemonis illius antiqui, ut videtur, de quo cecinit Horatius. *Maius.*

(4) Quamvis minime liqueat, an Fronto noster antiquiorem illum qui nominatur in Iuvenalis Sat. 1, 12. aliqua necessitudine attigerit, tamen ad hunc locum notatu dignum videtur *Frontonis platanos* qui memorantur ibi, a scholiaste ita explicari: *In Horatiana domo, in qua poetae recitabant. B.*

(5) Satyr. III. v. 254—257. *Maius.*

(6) Cod. *poenas. Maius.*

(7) Cod. *corruptus. Maius.*

Versus, quos mihi miseras, remisi tibi per Victorinum nostrum, atque ita remisi: chartam diligenter lino transui et ita linum obsignavi, ne musculus iste aliquid aliquâ ri-
16 mari possit. Nam mihi ipse de tuis hexametris numquam quicquam impertivit: ita est malus ac malitiosus. Sed ait, te de industria cito et cursim hexametros tuos recitare: eo se memoriæ mandare non posse(1). Remuneratus est igitur a me mutuo. (Paria)
17 habet, ne ullum hinc versum audiret. Memini etiam te frequenter, ne cuiquam versus tuos ostenderem, admonuisse.
18 Quid est, Domine? Certe hilaris es, certe bene vales, omnium rerum(2) certe sanus es. Male(3) dum similiter ne umquam nos perturbes, ut natali tuo perturbasti, cetera minus laboro. ἐπὶ σοὶ κακὸν εἰς πύρρυ (4) κεφα-
19 λήν (5). Vale meum gaudium, mea securitas, hilaritas, gloria. Vale et me, obsecro, omnimode ames qua ioco qua serio.
20 Epistulam matri tuæ scripsi, quæ mea impudentia est, græce, eamque epistulæ ad te scribtæ inplicui. Tu prior lege et, si quis insit barbarismus, tu qui a græcis litteris recentior es, corrige atque ita matri redde.

(1) Hinc confirmatur quod ait Capitolinus in *Marco* p. 33—34. Victorinum fuisse condiscipulum et familiarem Marci. *Maius.*

(2) Vid. supr. ad Ant. Pium. ep. 3. 3.

(3) L. *Vale Dum* etc. *H.*

(4) Ita plane videtur in Codice πύρρυ. *Maius.*

(5) Scr. εἰ τί σοι κακὸν, εἰς Πυῤῥαίαν κεφαλήν Zenob. Proverb. Cent. IV, 2 Φασὶν, ὅτι οἱ Πυῤῥαῖοι πρὸς τοὺς ὁμόρους πάντας ἀπεχθῶς εἶχον. Ἐκεῖνοι οὖν τὰ συμβαίνοντα αὐτοῖς κακὰ ἀποτροπαιαζόμενοι καὶ ἐκβάλλοντες εἰς τὴν Πυῤῥαίων χώραν ἐπεφώνουν, εἴτι κακὸν, εἰς Πύῤῥαν. *B.*

Nolo enim me mater tua ut opicum contemnat. Vale, Domine, et matri savium da, cum epistulam dabis, quo libentius legat.

5. ΜΗΤΡΙ ΚΑΙΣΑΡΟΣ (1)

Πως ἂν ἀπολογησάμενος συγγνώμης παρὰ σοῦ τύχοιμι, ὅτι σοι τούτων τῶν (2) ἡμερῶν οὐκ ἐπέστειλα; ἢ δῆλον ὅτι τὴν ἀληθῆ τῆς ἀσχολίας εἰπὼν αἰτίαν; Λόγον γὰρ συνήγαγόν τινα περὶ τοῦ μεγάλου βασιλέως (3). Ἡ δὲ τῶν Ῥωμαίων παροιμία φίλου τρόπον μὴ μισεῖν, ἀλλ' εἰδέναι φησὶ δεῖν (4). Οἷος δ' οὑμὸς τρόπος, φράσω καὶ οὐκ ἀποκρύπτομαι. Ὑπὸ τῆς πολλῆς ἀφυΐας καὶ εὐθενείας ὅμοιόν τι πάσχω τῇ ὑπὸ Ῥωμαίων ὑαίνῃ καλουμένῃ (5), ἧς τὸν τράχηλον κατ' εὐθὺ τετάσθαι λέγουσιν, κάμπτεσθαι δὲ ἐπὶ θάτερα τῶν πλευρῶν μὴ δύνασθαι (6). Καγὼ δ' ἐπειδάν τι συντάττω προθυμότε- 1 2 3 4

(1) Nempe Domitiæ Calvillæ M. Aurelii Cæsaris matri. *Maius*

(2) Pro τούτων τῶν legerim τοσούτων. *H.*

(3) Antonini Pii, cuius laudes a se in senatu, designato et inito consulatu, olim dictas testatur Fronto in epistula (nobis 1. libri I. ad M. Antonin. Aug.) *Maius.*

(4) Porphyr. ad Hor. 1 Sat. 3, 32. — „secundum il„lud quod præcipitur per proverbium, *Mores amici no„veris, non oderis.*" *B.* Mox scr. ἀποκρύψομαι. *H.*

(5) Non Latinis solum sed Græcis quoque usitatum vocabulum est ὕαινα, nec id ignorasse Frontonem arbitror, sed potius respexisse ad plura nomina, quibus tum græce tum latine vocitata hyæna est. Duo græca nomina profert Aristoteles Hist. Anim. Lib. VIII. Cap. 5. Ὃν καλοῦσιν οἱ μὲν γλάνον, οἱ δὲ ὕαιναν. Duo latina dat Capitolinus in *Gordiano tertio* p. 243. D. *Belbi id est hyaenae*: ubi vid. Salmas. *Maius.*

(6) Collum hyænæ inflexibile non dicit Aristoteles, qui tamen hanc feram bis describit Hist. Animal. VI. 32. VIII. 5. Plinius tamen Hist. VIII. Sect. 44. ait: „Col„lum (hyænæ) et iuba continuitate spinæ porrigitur,

ρον, ἀκαμπής τις εἰμὶ καὶ τῶν ἄλλων πάντων ἀφέμενος (1), ἐπέχων (2) ὃ μόνον γέ με ἄγαν
5 ἐπιστρέπτει. Κατὰ τὴν ὕαιναν καὶ τοὺς ὄφεις δέ φασιν τὰ ἀκόντια οὕτω πως ἄγειν (3) κατ' εὐθύ, τὰς δὲ ἄλλας ἐπιστροφὰς μὴ στρέφε-
6 σθαι. Καὶ τὰ δόρατα καὶ τὰ τόξα τότε μάλιστα τυγχάνει τοῦ σκοποῦ, ὅταν εὐθεῖαν ἄξῃ, μήτε ὑπ' ἀνέμου παρωσθέντα, μήτε ὑπὸ χειρὸς Ἀθηνᾶς ἢ Ἀπόλλωνος σφαλέντα, ὥσπερ τὰ ὑπὸ Τεύκρου (4) ἢ τὰ ὑπὸ τῶν μνηστήρων (5)
7 βληθέντα. Ταύτας μὲν δὴ τρεῖς εἰκόνας ἐμαυτὸν προσείκασα· τὰς μὲν δύο ἀγρίας καὶ θηριώδεις, τὴν τῆς ὑαίνης καὶ τὴν τῶν ὄφεων· τρίτην δὲ τὴν τῶν βελῶν καὶ αὐτὴν ἀπάνθρωπον οὖ-
8 σαν καὶ ἄμουσον. Εἰ δὲ δὴ καὶ τῶν ἀνέμων φαίην ἐπαινεῖσθαι μάλιστα τὸν οὔριον, ὅτι δὴ ἐπ' εὐθὺ φέρει τὴν ναῦν, ἀλλὰ μὴ εἰς τὰ πλάγια (6) ἀπονεύει· ἡ τετάρτη ἂν εἴη αὕτη εἰκὼν
9 καὶ αὐτὴ βιαία. Εἰ δὲ προσθείην καί (τε) (7) τῆς γράμμης, ὅτι πρεσβυτάτη τῶν γραμμῶν ἡ

„flectique, nisi circumactu totius corporis, nequit". Plinio consonat Solinus Cap. 27. et inter recentiores Busbequius Epist. I. Edit. Lugd. Batav. 1633. p. 84. Shawus Itinerum in Africam etc. Edit. Londin. 1757. p. 173. *Maius.*

(1) Cod. ΑΦΕΜΗΝΟΣ. *Maius.*

(2) Cod. videtur habere ΕΠΕΚΕΙΝ. *Maius.* Ex Cod. reponendum videtur τῶν ἄλλ. πάντ. ἀφέμενος ἐπ' ἐκεῖνο μόνον . . . ὅγε με ἄγαν ἐπιστρέφει. In quibus post μόνον deest verbum *incumbendi* vi præditum. *H.*

(3) Aelian. N. A. 6, 18. Ἤδη δὲ καὶ ἀκοντίων δίκην ἑαυτόν τις (ὀφις) μεθίησι καὶ ἐπιφέρεται καὶ τό γε ὄνομα ἐξ οὗ δεᾷ ἔχει· κέκληται γὰρ ἀκοντίας. Hinc prope certum mihi videtur scripsisse Frontonem καὶ τοὺς ὄφεις δέ φασιν τοὺς ἀκοντίας οὕτω πως ἄττειν κατ' εὐθύ: ut mox εὐθεῖαν ἄξῃ. *B.*

(4) Iliad. Θ. 311. *Maius.*

(5) Odyss. χ. 256. *Maius.*

(6) Maius dederat πλάνα. *N.*

(7) Immo τό. *N.*

εὐθεῖά ἐστιν, πέμπτην ἂν εἰκόνα λέγοιμι, μὴ μόνον ἄμαχον[1], ὥσπερ τὴν τῶν δοράτων, ἀλλὰ καὶ ἀσώματον ταύτην οὖσαν.

Τίς ἂν οὖν εἰκὼν εὑρεθείη[2] πιθανή; μάλιστα μὲν ἀνθρωπίνη; ἄμεινον δὲ εἰ καὶ μουσική· εἰ δ' αὖ φιλίας καὶ ἔρωτος αὐτῇ μετείη, μᾶλλον ἂν ἔτι ἡ εἰκὼν ἐοίκοι. Τὸν Ὀρφέα φασὶν οἰμῶξαι ὀπίσω ἐπιστραφέντα· εἰ δὲ κατ' εὐθὺ ἔβλεπέν τε καὶ ἐβάδιζεν, οὐκ ἂν ᾤμωζεν. Ἄλις εἰκόνων. Καὶ γὰρ αὕτη τις ἀπίθανος ἡ τοῦ Ὀρφέως εἰκών. Ἰδοὺ ἂν . . μεν . . ἀπολογήσομαι τοὐντεῦθεν ἂν ῥᾷστα συγγνώμης τύχοιμι. Τί δὲ τοῦτό ἐστίν; ὅτι συγγράφων τὸ τοῦ βασιλέως ἐγκώμιον ἔπραττον ὃ μάλιστα σοί τε καὶ τῷ σῷ παιδὶ[3] κεχαρισμένον ἐστίν. Ἔπειτα δὲ καὶ ὑμῶν ἐμεμνήμην, καὶ ὠνόμαζόν τε[4] ὑμᾶς ἐν τῷ συγγράμματι, ὥσπερ οἱ ἐρασταὶ τοὺς φιλτάτους ἐπὶ πάσῃ (τιμῇ)[5].

Ἀλλὰ γὰρ τέκνωσις[6] τῶν εἰκόνων ἐπείσρεῖ[7] καὶ ἐπιφύεται. Αὕτη γοῦν παρεφάνη, ἣν ἐπὶ πάσαις λέγω, ἥτις ἱκανωτάτη εἰκὼν ἂν προσαγορεύοιτο, οὖσα ἐκ ζωγράφου. Τὸν Πρωτογένη τὸν ζώγραφόν φασιν ἑνδεκα ἔτεσιν τὸν

(1) L. ἄμουσον ut supra. *B.*

(2) Maius dedit εἰρηθείη. *H.*

(3) In Panegyrico Antonini Pii laudatum fuisse simul M. Aurelium testatur Fronto etiam in Ep. 1. l. 1. ad M. Antoninum Aug. *Maius.*

(4) Scribendum δέ. Mox, ubi ex dubia lectione Maius inseruit τιμῇ, verbum expectatur *paginam* exprimens, σελίδι vel huiusmodi aliquod. *H.*

(5) Verba parenthesi inclusa dubiæ lectionis sunt. *Maius.*

(6) Nimis modeste Maius: „Cod. evidenter ΤΕΧΝΩΣΙΣ. Mallem scribere ΤΕΚΝΩΣΙΣ *procreatio.*"

(7) Codicem videri prorsus habere ΕΠΕΙΟΡΕΙ annotavit Maius, unde in textu fecit ἐπόρωρε. *B.*

Ἰαλυσὸν γράψαι [1], μηδὲν ἕτερον ἐν τοῖς ἔνδε-
16 κα ἔτεσιν ἢ τὸν Ἰαλυσὸν γράφοντα. Ἐμοὶ οὐχ
ἕνα, δύο δὲ ἅμα Ἰαλύσω (ειρ . . . φεσθην) [2]
οὐδὲ τοῖν προσώποιν οὐδὲ ταῖν μορφαῖν μόναιν,
ἀλλὰ καὶ τοῖν τρόποιν καὶ ταῖν ἀρεταῖν οὐ με-
17 τρίω ὄντε ἄμφω· ἀλλ' ὁ μέν [3] ἐστιν μέγας
βασιλεὺς ἄρχων πάσης τῆς γῆς καὶ θαλάττης·
ὁ δὲ ἕτερος υἱὸς μεγάλου βασιλέως, ἐκείνου μὲν
οὕτω παῖς, ὥσπερ Ἀθηνᾶ τοῦ Διὸς [4], ὡς τῆς
Ἥρας ὁ Ἥφαιστος· ἀπέστω δέ τε τῶν ποδῶν [5]
18 αὕτη τοῦ Ἡφαίστου εἰκών. Ἡ μὲν οὖν ἀπολο-

(1) De Protogene (qui Apellis fuit æqualis et familiaris) eiusque celeberrima tabula Ialyso satis accurate agit Plinius H. N. Lib. XXXV. Sect. XXXVI. „Protogeni, „inquit, patria fuit Caunus, gentis Rhodiæ subiectæ . . . „Palmam habet tabularum eius Ialysus . . . . Huic pi„cturæ quater colorem induxit, subsidio iniuriæ et ve„tustatis, ut decedente superiore, inferior succederet. „Est in ea canis mire factus . . . . Propter hunc Ialy„sum, ne cremaret tabulas, Demetrius rex, cum ab ea „parte sola posset Rhodum capere, non incendit: par„centemque picturæ fugit occasio victoriæ". Rhodi picturam se Ialysi vidisse dicit Cicero in *Oratore* Cap. II. Hanc Romam deinde advectam et in templo Pacis fuisse conspicuam aiunt Plinius loc. cit. et Plutarchus in *Demetrio*. Immo Plutarchus et absumptam incendio narrat. Hoc autem differt narratio Plutarchi a Frontoniana, quod ille loc. cit. ait Ialysum pictum a Protogene septem annis, Fronto undecim. *Maius.*

(2) Sic Codicem videri habere annotavit Maius, ex quo in textu refinxit, ἐφήσθην, prægressis illis, γραφοντα. Ἐμοὶ, mutatis in Γράφων δ' ἐγώ, eaque vertit, *At ego — pingere gestio.* Nos Codicis scriptura eo ducit, ut a Frontone scriptum suspicemur Ἐμοὶ δὲ οὐχ εἰς, δυο δὲ ἅμα Ἰαλύσω ἐγγαφέσθην κ. τ. λ. *N.* Miror tamen hoc imperf. ἐγγαφέσθην pro ἐγγαφήτην post aorist. illum γράψαι. *H.*

(3) Maius dedit Ἄλλος μέν. *N.*

(4) Cod. videtur ΑΘΑΗΑΤΟΥ ΔΙΟΣ ΣΟΣ ΔΕΣΩΝΙΟΣ. *Maius.* Unde flagitante sententia reponendum — τοῦ Διὸς, σὸς δὲ υἱὸς, ὡς etc. *H.*

(5) Claudos Vulcani pedes significari mihi quidem certum videtur; sed quomodo corruptum illud δέ τε refingendum sit, nondum perspicio. An fuit δ' ἔνεκα? *B.*

γία αὕτη ἂν εἴη, πάνυ τις εἰκαστικὴ γενομένη καὶ γραφικὴ, εἰκόνων ἔκπλεως αὐτὴ μάλα.

Ἔτι κατὰ τοὺς γεωμέτρας αἰτήσομαι τὸμοιον [1]. Εἴ τι τῶν ὀνομάτων ἐν ταῖς ἐπιστολαῖς ταύταις εἴη ἄκυρον ἢ βάρβαρον ἢ ἄλλως ἀδόκιμον καὶ μὴ πάνυ ἀττικόν· ἀλλὰ τοῦ ὀνόματός σ' ἀξιῶ τὴν διάνοιαν σκοπεῖν αὐτὴν καθ' ἑαυτήν· οἶσθα γὰρ ὅτι ἐν αὐτοῖς ὀνόμασιν καὶ αὐτῇ διαλέκτῳ διατρίβω [2]. Καὶ γὰρ τὸν Σκύθην ἐκεῖνον τὸν Ἀνάχαρσιν οὐ πάνυ τι ἀττικίσαι φασὶν, ἐπαινηθῆναι δ' ἐκ τῆς διανοίας καὶ τῶν ἐνθυμημάτων. Παραβαλῶ δ' ἐμαυτὸν Ἀναχάρσιδι οὐ μὰ Δία κατὰ τὴν σοφίαν, ἀλλὰ κατὰ τὸ βάρβαρος ὁμοίως εἶναι. Ἦν γὰρ ὁ μὲν Σκύθης τῶν νομάδων Σκυθῶν, ἐγὼ δὲ Λίβυς τῶν Λιβύων τῶν νομάδων. Κοινὸν δὲ ἦν [3] τὸ νέμεσθαι ἐμοί τε καὶ Ἀναχάρσιδι· κοινὸν οὖν ἔσται καὶ τὸ βληχᾶσθαι νεμομένοις, ὅπως ἄν τις βληχήσεται. Οὕτως μὲν δὴ καὶ τὸ βαρβαρίζειν τῷ βληχᾶσθαι προσείκασα. Οὐκοῦν παύσομαι μηδὲν ἕτερον γράφων ἀλλ' ἢ [4] εἰκόνας.

19 20 21 22 23

6. (*M. Aurelius Caesar Consuli suo et Magistro salutem*)

. 1

. . . . . adfinitate sociatum, neque tutelæ subditum: præterea in ea fortuna constitutum, in qua, ut Q. Ennius ait, *omnes dant consilium vanum.* Item quod Plautus egregie in *Colace* super eadem re ait:

(1) L αἰτήσομαί τι ὅμοιον. *H.*
(2) L. — διαλέκτῳ οὐ διατρίβω. *H.*
(3) Imo κοινὸν δή. *N.*
(4) Ed. Maii ἀλλὰ εἰκ.

Qui data fide firmata fidentem fefellerint,
Subdoli subsentatores, regi qui sunt proximi,
Qui aliter regi dictis dicunt, aliter in animo habent.

3 Hæc enim olim incommoda regibus solis fieri solebant: at nunc adfatim sunt qui et regum filiis, ut Nevius ait, *faveant atque adnutent et*
4 *subserviant.* Merito ego (1), mi magister, fraglo, merito unum meum σκοπὸν mihi constitui, merito unum hominem cogito, quom
5 stilus in manus venit. Hexametros meos iucundissime petis, quos ego quoque confestim misissem, si illos mecum haberem. Nam librarius meus, quem tu nosti, Anicetum dico, cum proficiscerer, nihil meorum scripto-
6 rum mecum misit. Scit enim morbum meum et timuit, ne si venissent in potestatem, quod soleo, facerem, et (2) in furnum dimitterem. Sane istis hexametris prope nullum periculum erat. Ut enim verum fatear meo
7 magistro, amo illos. Ego istic noctibus studeo, nam interdiu in theatro consumitur. Itaque minus ago vespera (3) fatigatus, luce dormitans. Feci tamen mihi per hos dies excerpta ex libris sexaginta in quinque tomis. Sed cum leges sexaginta inibi sint (4)

(1) F. *ergo.* *N.*
(2) Expungendum hoc *et.* *H.*
(3) Charis. Instit. Gramm. II. p. 198. ed. Putsch.: „*Vespera*, Sallustius Historiarum secundo. Aurelius Caesar ad Frontonem II. *Vespera fatigatus, luce dormitans.* Fronto vero ad Antoninum quinto, *Ad eum vespera in triduum mittant*" — Idem supra Ep. ad Marc. I, 2. 2. *vespera scripsisse te ais,* et II, 2, 8. *vespera et concubia nocte.* Pro *vespere* igitur, quod dedit h. l. Maius, edidimus *vespera.* *H.*
(4) Scr. *Sed cum legis sexaginta, inibi sunt.* *N.*

et Novianæ [1] et Atellaniolæ et Scipionis oratiunculæ, ne tu numerum nimis expaveſcas. Polemonis tui quoniam [2] meministi, 8
rogo ne Horatii memineris, qui mihi cum Polione est emortuus. Vale mi amicissime, 9
vale mi amantissime, consul amplissime, magister dulcissime, quem ego biennio iam non vidi. Nam quod aiunt quidam duos menses [3] interfuisse tantum, dies numerant. Eritne quom te videbo?

7. CAESARI SUO CONSUL.

Meum fratrem [4] beatum qui vos in isto 1
biduo viderit! At ego Romæ hereo [5] compedibus aureis vinctus [6]. Nec aliter Kal. 2
Sept. [7] expecto, quam superstitiosi stellam, qua visa ieiunium polluant [8]. Vale, Cæsar, decus patriæ et romani nominis. Vale.

(1) Novius dicitur a Macrobio Saturnal. I. 10. probatissimus Atellanarum scriptor. *Maius.* Ergo scribendum, *et Novianae Atellaniolae. H.*

(2) Cod. *quem. Maius.*

(3) Fronto fuit consul suffectus bimestris, ut jam patebat ex Ausonio (in Grat. Act. Edit. Amst. 167. p. 714.) Eo tempore is abfuit a M. Aurelio qui Neapoli versabatur. *Maius.*

(4) Fratris, cum quo concordissime vixit, meminit Fronto etiam Epist. 6. 5. ad Verum Aug., et Epist. II. de Nepote amisso. *Maius.*

(5) Sic Cod. sine diphthongo. *Maius.*

(6) Consulatu. *Maius.*

(7) Ex hoc loco et ex seq. Epistula (nobis 9.) appareret Frontonem abiisse consulatu Kalendis Septembribus. *Maius.*

(8) Athen. Lib. IV. p. 156. ὥσπερ νηστείαν ἄγοντας καὶ περιμένοντας τὸ ἀνατέλλον ἄστρον, οὗ φασι μὴ φανέντος οἱ τὴν χρηστὴν ταύτην φιλοσοφίαν εὑρόντες νόμιμον εἶναι μηδενὸς γεύεσθαι. *Maius.* Nigid. apud Isid. 20, 1. *Nos ipsi ieiunia ientaculis levibus polluimus.*

8. ΜΗΤΡΙ ΚΑΙΣΑΡΟΣ (1)

1 Ἑκὼν ἑκὼν νὴ τοὺς θεοὺς καὶ πάνυ γε προθυμούμενος τὴν ἐμὴν Κρατττίαν ἐξέπεμψα συνεορτάσουσάν σοι τὰ γενέθλια, καὶ αὐτὸς ἂν ἀφι-
2 κόμενος εἰ ἐξῆν. Ἀλλὰ ἐμοὶ μὲν ἐμποδὼν ἐστιν ἡ ἀρχὴ πρὸς τῷ ποδὶ ηδεη οὖσα (2). Ὀλίγαι γὰρ ἡμέραι λοιπαὶ τῆς ἀρχῆς περιλείπονται, καὶ μᾶλλόν τε (3) ἄσχολοι διὰ τὰς λειτουργίας· ὧν ἀπαλλαγεὶς ἔοικα δραμεῖσθαι πρὸς ὑμᾶς τῶν τὸν στάδιον τρεχόντων προθυμότερον· ὡς ἐκεῖνοί γε βραχύτατον χρόνον ἐπὶ τῆς ὕσπληγος ἐπιστάντες, ἔπειτα ἀφεῖνται· τρέχειν· ἐγὼ δὲ τοῦτον ἤδη μῆνα δεύτερον εἴργομαι τοῦ πρὸς ὑμᾶς δρόμου.

3 Ἐχρῆν δὲ ἄρα πάσας τὰς πανταχόθεν (4) γυναῖκας ἐπὶ ταύτην τὴν ἡμέραν ἀθροίζεσθαι καὶ ἑορτάζειν τὰ σὰ γενέθλια· πρώτας μὲν τῶν γυναικῶν τὰς φιλάνδρους καὶ φιλοτέκνους καὶ σώφρονας, δευτέρας δὲ ὅσαι ἄπλαστοι καὶ ἀψευδεῖς, τρίτας δὲ ἑορτάζειν τὰς εὐγνώμονας καὶ εὐπροσίτους καὶ εὐπροσηγόρους καὶ ἀτύφους.

4 Πολλαὶ δ' ἂν καὶ ἄλλαι γυναικῶν τάξεις γένοιντο

(1) Gratiam uxorem suam misit Fronto consul Roma Neapolim ad diem natalem Calvillæ celebrandum Abeunti hanc epistulam tradendam dedit. *Maius.* Κρατττία, uti scriptum est in hac græca epistola, latine fuerit *Cratia.* Utrumque autem nomen et Gratia et Cratia in titulis antiquis occurrit. *N.*

(2) Maius edidit id quod subiunctum etiam Editioni specimen Palimpsesti Frontoniani exhibet: ἀρχὴ γίρος τῷ ποδὶ, in Codice testatus evidenter legi ΑΡΧΗΓΙΡΟΣ, unde, quod manifestum erat, προς in textu reposui, totum autem hoc ita legendum iudico: ἡ ἀρχὴ πρὸς τῷ τέλει ἤδη οὖσα. *N.*

(3) An τι? *H.*

(4) Cod. ΠΑΝΤΑΧΟΔΕΝ. *Maius.*

το τῶν σοὶ μέρους τινὸς ἐπαίνου καὶ ἀρετῆς μετεχουσῶν· σοῦ μὲν ἁπάσας τὰς γυναικὶ πρεπούσας ἀρετὰς καὶ ἐπιστήμας κεκτημένης καὶ ἐπισταμένης, ὥσπερ ἡ Ἀθηνᾶ τέχνας ἁπάσας κέκτηταί τε καὶ ἐπίσταται· τῶν ἄλλων δὲ γυναικῶν ἐπὶ (1) τῆς ἀρετῆς μέρος ἑκάστης ἐπισταμένης καὶ κατὰ τοῦτο ἐπαινουμένης· οἷος ὁ τῶν Μουσῶν ἔπαινος ἐκ μιᾶς τέχνης καθ' ἑκάστην διηρημένος.

Εἰ δ' ἦν ἐγὼ πρὸ θύρας, (2) εἰσαγωγεύς τις 5
εἶναι λαχὼν τῶν τῆς ἑορτῆς ἀξίων, πρώτας ἂν Ὁμήρῳ πειθόμενος (3) ἀπέκλεισα τὰς τὴν εὔνοιαν ψευδομένας καὶ πλαττομένας καὶ ἕτερον μέν τι κευθούσας ἐνὶ φρεσὶν, ἄλλο δὲ λεγούσας, ἅπαντα δὲ τὰ ἀπὸ γέλωτος μέχρι δακρύων προσποιουμένας· ὅτι (4) γέλως οὕτως τὸ πρὶν 6
ἄδολος εἶναι πεφυκὼς, ὡς καὶ τοὺς ὀδόντας τῶν γελώντων ἐπιδεικνύειν, εἰς τοσοῦτον ἤδη περιέστηκεν κακομηχανίας καὶ ἐνέδρας, ὡς καὶ τὸ χείλη κρύπτειν τῶν ἐξ ἐπιβουλῆς προσγελώντων. Γυναικεία δή (5) τις αὕτη θεὸς παρὰ ταῖς 7
πλείσταις τῶν γυναικῶν θρησκεύεται ἡ Ἀπάτη. Τίς (6) γοῦν Ἀφροδίτης τόκ(ος) ὁ ἐκ πολλῶν τινων καὶ ποικίλων θηλειῶν κατασκευασάμενος

. . . . . .

9. DOMINO MEO

GRATIAM meam misi ad diem natalem matris tuæ celebrandum, eique præcepi ut

(1) L. ἓν τι. *H.*
(2) Ed. Mediol. εἰ δὴν — θύρης.
(3) Iliad. ι. v. 312. *Maius.*
(4) Malim ὁ γὰρ. *B.*
(5) Scr. δέ. *B.*
(6) F. τῆς. *N.*

istic [1] subsisteret, quoad ego venirem. Eodem autem momento, quo consulatum eiuravero [2], vehiculum conscendam et ad vos
2 pervolabo. Interim Gratiæ meæ nullum a fame periculum fore fide mea spopondi. Mater enim tua particulas a te sibi missas cum clienta communicabit; neque est Gratia mea, ut causidicorum uxores feruntur, mul-
3 ti cibi. Sed enim quid me fiet? Ne osculum quidem ullum est Romæ residuum. Omnes meæ fortunæ et mea omnia gaudia
4 Neapoli sunt. Oro te, quis iste mos est pridie magistratus eiurandi? Quid quod paratus sum, dum ante plures dies eiurem, per plures deos [3] iurare? Quid est autem quod iuraturus sum me consulatu abire? Ego vero etiam illud iuravero, me olim consulatu abire cupere, ut M. Aurelium conplectar.

10. CONSULI ET MAGISTRO MEO OPTIMO

1 Hoc sane supererat, ut super cetera, quæ insigniter erga nos facis, etiam Gratiam mitteres huc . . . . .

11. MAGISTRO MEO

1 Gratia minor effecit [4] quod Gratia maior

(1) Neapoli. *Maius.*

(2) Herodian. Lib. IV. 3. Εἰς τὴν ἀρχαίαν ἀγορὰν προτιθέασιν, ἔνθα οἱ Ῥωμαίων ἄρχοντες ἀπόμνυνται. *Maius.*

(3) Codex *dies*, tum emendatur *deos* eadem manu. *Maius.*

(4) Cod. *efecit*, neque tamen putavi mihi legendum *minore fecit.* Censeo hic indicari uxorem et filiam Fron-

fecit, et [1] sollicitudinem nostram vel interim minuat, vel iam omnino detergeat. Ego 2
tibi de patrono meo M. Porcio gratias ago, quod eum crebro lectitas. Tu mihi de C. Crispo timeo ut umquam gratias agere possis: nam uni M. Porcio me dedicavi atque despondi atque delegavi. Hoc etiam ipsum 3
atque unde put..s? Ex ipso furor [2]. Perendinus dies meus festus erit, si certe tu venis. Vale, amicissime et rarissime homo.

De senatus huius [3] magis hic futuri, quam 4
illuc venturi videmur. Sed utrumque in ambiguo est. Tu modo perendie veni, et fiat quod volt semper. Mi [4] vale animus meus. Mater mea te tuosque salutat.

12. MAGISTRO SUO

Tu cum sine me es, Catonem legis: at 1
ego quom sine te sum, causidicos in unde-

tonis. *Maius.* Ut recte subsequatur coniunctivus praesentis *minuat, detergeat*, necessario reponendum *efficit: Gratia minor efficit, quod Gratia maior facit, ut* etc. Quae si cum Maio de matre et filia accipias, sensum extundas nullum Ego *Gratiam maiorem* deam intelligo Haec igitur quod *facit* in mundo, idem illa *efficit* domi Caesaris. Posterius enim verbum successum in singula quadam re, simplex illud continuam actionem perpetuumque deae munus videtur significare. *B.* De explicationis veritate nihil dubito; illud dubito an potius legendum sit *efficiet*, ut sit nulla h. l. inter utrumque verbum oppositio. Aliter certe Cicero, cum dicit *feci igitur atque effeci* etc. *H.*

(1) Forte emendandum *ut. Maius.*

(2) Cod. *furore*, sed lege *furor*, nempe *aufero.* Et quidem in ipso Codice fortasse deleta est *e. Maius.*

(3) Post *huius* Maius *consulto* in textum inseruit, scilicet Neapolitanum quendam senatum intelligens.

(4) Immo, — *quod volt. Semper mi* (mihi) *vale.* Velut supra II, 3, 5. *Vale mi semper, anima dulcissima. H.*

2 cimam horam audio. Equidem velim istam noctem quam brevissimam esse. Tanti est, minus lucubrare, ut te maturius videam. Vale mi magister dulcissime. Mater mea te salutat. Spiritum vix habeo, ita sum defessus.

13. AMPLISSIMO CONSULI MAGISTRO SUO M. CAESAR SALUTEM

1 Anno abhinc tertio me commemini cum patre meo (1) a vindemia redeunte in agrum
2 Pompei Falconis (2) devertere. Ibi me videre arborem multorum ramorum, quam ille suum nomen catachannam * nominabat. Sed illa arbor mira et nova visa est mihi in uno trunco omnia omnium ferme germina . .

. . . . . .

3 et meus me alipta faucibus urgebat. Sed quæ, inquis, fabula? Ut pater meus a vineis domum se recepit, ego solito more equom inscendi et in viam profectus sum et paulu-
4 lum provectus. Deinde ibi in via sic oves conglobatæ adstabant, ut locus solitarius (3), et canes quattuor, et duo pastores: sed (4)

* *In margine:* Arbor catachanna (5)

(1) Cum Antonino Pio, de quo Capitolinus in eius vita p. 30. D. ait. „Vindemias privati modo cum amicis agebat". *Maius.*

(2) „Ad Pompeium Falconem exstant Plinii epistolæ. Ulpianus ad hunc epistolam de casibus infecti testamenti Hadrianum scripsisse tradit. Vid. Pand. 28, 3, 6, §. 7." *Maius ex Glandorp. in Onomast.*

(3) An *ut locis solitariis? H.*

(4) Malim *et. H.*

(5) De eadem vid. ad Epist. de Oratt. ep. I. 1. 3.

nihil præterea. Tum pastor unus ad alterum pastorem, postquam plusculos equites vidit, vide tibi istos equites, inquit; nam illi solent maximas rapinationes (1) facere. Ubi 5
id audivi, calcar equo (2) subringo, ecum (3) in ovis inigo: oves consternatæ disperguntur, aliæ alibi palantes balantesque oberrant. Pastor furcam intorquet; furca in equitem, qui me sectabatur, cadit. Nos aufugimus. Eo pacto, qui metuebat ne oves amitteret, furcam perdidit. Fabulam existimas? res vera 6
est. At etiam plura erant quæ de ea re scriberem, nisi iam me nuntius in balneum arcesseret. Vale mi magister dulcissime, homo honestissime et rarissime, suavitas et caritas et voluptas mea.

14. MAGISTRO SUO

Profecto ista tua benignitate magnum mihi negotium peperisti. Nam illa tua cottidie in Lorium (4) ventio, illa in serum expectatio . . . . . .

(1) *Rapinatores* pro *raptores* legitur apud Nonium ex Varrone et Lucilio. Habes iam ex M. Aurelio *rapinationes*. *Maius.*

(2) Ita prorsus in Codice. *Maius.* L. *suppingo.* *H.*

(3) *Ecum* pro *equum.* Sic alibi *cottidianus, obsecuntur.* Recole Notam 3. ad Supplem. Orationis Tullii *pro Flacco* p. 33. *Maius.*

(4) Lorium villa, in qua Antoninus Pius e vita excessit. V. Capitol. in ej vita p. 31. C. Sita fuit ad XIImum ab U. lapidem, ut videre est in Antonini Itinerario p. 290 et in Eutropii breviario lib. VIII. ubi de Pii morte. *Maius.*

15 (1).

1 . . . . mum terminare valent. Tuis autem decretis, Imp., exempla publice valitura in perpetuum sanciuntur. Tanto maior tibi vis et potestas, quam fatis adtributa est. Fata, quid singulis nostrum eveniat, statuunt; tu ubi quid in singulos decernis, ibi universos exemplo adstringis. Quare si hoc decretum tibi Procos. (2) placuerit, formam dederis omnibus omnium provinciarum magi-tra-

(1) Fragmentum hoc Editor diserte dicit (p 275. 284) e foliis se eruisse, quæ præferant titulum *Epistul. ad M. Cæsarem L. II.* In quibus epistolis quo sit loco ponendus hic et initio et fine suo mutilus libellus, nemo definiat. Ac Maius quidem quod suo, ut fatetur, arbitratu *orationem de testamentis transmarinis* inscripsit, id nobis non approbat. Quippe satis liquet, non nisi de una aliqua hereditatis lite ex Asia agi, Imperatori ipsi tum ad diiudicandum una cum testamento obsignato proposita. Cuiusmodi causas non debere ex provincia Romam ad cognitionem emitti docet Fronto, et, ut causidicus, in universum docet, quo impetret, ut hæc ipsa causa ad proconsulem remittatur. Neque vero illud negamus, posse hoc esse fragmentum orationis; quæ tamen apud Marcum habita esse nequit. Nam qui tum, quæso, in epistolarum librum recipi potuisset? Quanquam has quidem dixerit aliquis negligentèr admodum et confuse collectas esse. Verum enim vero, ut demus, Cæsarem pro ea, quam tum habebat, proconsulari potestate Romæ causas cognovisse, cuius rei neque ullum testimonium est nec probabilitas ulla, certum tamen est, tantummodo *Imperatoris* „decretis" dici posse „exempla publice valitura in perpetuum sanciri", neque sane nisi ad ipsum Imperatorem ex omnibus, ut ample dixit rhetor, provinciis testamenta mitti potuisse. Ita probabile fit, esse hanc orationem apud Pium a Frontone habitam, deinde ab eo in epistolarum commercio ad Marcum missam, qui eximio scilicet hoc eloquentiæ magistri sui specimine frueretur. Ceterum cum Fronto ad Antonin. Pium ep. 8, 5. causas se Cilicum apud Imperatorem agere dicat, inde haud absurde coniicias, causam, quæ hic agitur, ad Ciliciam pertinere. *N.*

(2) Ita evidenter Codex *Procos. Maius.* Quippe *Proconsulis*: qui heredi legitimo bonorum possessionem dederat, tabulæque testamenti obsignatæ ut Romam ad Imp. mitterentur decreverat. *N.*

tibus, quid in eiusmodi causis decernant. Quid igitur eveniet? Illud scilicet, ut testa- 2
menta omnia ex longinquis transmarinis provinciis Romam ad cognitionem tuam deferantur. Filius exheredatum se suspicabitur: postulavit (1) ne patris tabulæ aperiantur. Idem filia postulabit, nepos, abnepos, frater, consobrinus, patruus, avunculus, amita, matertera; omnia necessitudinum nomina hoc privilegium invadent, ut tabulas aperiri vetent, ipsi possessione iure sanguinis fruantur. Causa denique Romam emissa, quid eveniet? 3
Heredes scripti navigabunt, exheredati autem in possessione remanebunt, diem de die ducent dilationes petentes, fora variis excusationibus trahent. Hiemps (2) est, et cru- 4
dum (3) mare hibernum est: adesse non potuit. Ubi hiemps præterierit, vernæ tempestates incertæ et dubiæ moratæ sunt. Ver exactum est: æstas est calida et sol navigantes urit et homo nauseat. Autumnus (4) sequitur; poma (5) culpabuntur, et languor excusabitur. Fingo hæc et comminiscor: quid (6)? 5
in hac causa nonne hoc ipsum evenit? Ubi est adversarius, qui iampridem ad agendam

(1) Ita Cod. pro *postulabit*. *Maius.*
(2) Nota scripturam *hiemps* hic et paulo post, qualis exstat etiam apud Gruterum CXXXVI. in fragmento Kalendarii: quidquid contra Scaurus dicat in Putschio p. 2256. *Maius.*
(3) Legerim *dudum*. *H.*
(4) Ed. Mediol. *aut v—(ol)—nus*. *N.*
(5) Locus hic illustratur ex Digest. Lib. 2, 12, 1. ubi scribitur: „Nequis messium vindemiarumque „tempore adversarium cogat ad iudicium venire, oratio- „ne Divi Marci exprimitur: quia occupati circa rem ru- „sticam, in forum compellendi non sunt". *Maius.*
(6) Ed. Mediol. *comminiscor, quia in hac caus. N.*

causam adesse debuerat? In itinere est. Quo tandem in itinere? Ex Asia venit: et est adhuc in Asia. Magnum iter et festinatum. Navibusne, an equis, (an) diplomatibus (1)
6 facit hæc tam velocia statiba (2)? Cum interim cognitione proposita semel a te, Cæsar, petita dilatio et impetrata. Proposita cognitione rursum a te duum mensium petitur dilatio (3). Duo menses exacti sunt idibus proximis (4), et dies medii isti aliquot. Venit tandem? Si nondum venit, saltem adpropinquat; si nondum adpropinquat, saltem profectus ex Asia est; si nondum profectus,
7 at saltem cogitat. Quid ille cogitet aliud, quam bonis alienis incubare, fructus diripere, agros vastare, rem omnem dilapidare? Non ille ita stultus est, ut malit venire ad Cæsarem et vinci, quam remanere in Asia
8 et possidere. Qui mos si fuerit inductus, ut defunctorum testamenta ex provinciis transmarinis Romam mittantur, indignius et acerbius testamentorum periculum erit, [*quam*] si corpora [*huc advehantur e*]orum [*qui*]
9 trans maria testantur. Nam [*his quidem*]

(1) *Diploma* vocabatur codicillus signo Principis aut Delegati notatus, quo scripto usus publici cursûs concedebatur. Sic Capitolinus narrat de Pertinace in eius vita p. 79. A „Dein præfectus cohortis in Syria profectus, „T. Aurelio imperatore, quod sine diplomatibus cursum „usurpaverat, pedibus ab Antiochia ad legationem suam „iter facere coactus est". *Maius.*

(2) Ita Cod. pro *stativa*. *Maius.*

(3) Oratio videtur ita cohaerere: *Cum interim, cognitione proposita, semel a te, Caesar, petitadilatio (est) et impetrata: proposita cognitione rursum, rursum a te duum mensium petitur dilatio. H.*

(4) Maius interpunxit — *exacti sunt? Idibus proximis et dies med. N.*

null[*um fere gravius*] periculum super[*veniet* (1). *Sepul*]tura cadaveribus in ipsis iniuriis præsto est. Sive maria naufragos devorent, sive flumina præcipites trahant, sive harenæ (2) obruant, sive feræ lacerent, sive volucres discerpant: corpus humanum satis sepelitur (3) ubicumque consumitur. At ubi testamentum naufragio submersum est, illa demum et res et domus et familia naufraga atque insepulta est. Olim testamenta ex deorum munitissimis ædibus proferebantur, aut tabulariis aut (lu)cis aut arcieis (4) aut opisthodomis. At iam testamenta pro(pe) ru . . . . . navigarint (5) inter onera mercium et sarcinas remigum. Id etiam superest, si quando iactu opus est, ut testamenta cum leguminibus iactentur. Quin eva . . . . . costituendum . . . . . pro testamentis exigatur (6). Antehac . . . . quæ . . . tenendum. Nam . . . . exe . . . cum . . . etiam . . . roge . . . doleas . . . item. . . . .

(1) Probabilius, ut in re prorsus incerta, ita meo iudicio locum lacunosum expleas: *quam si corpora huc mitti mos esset eorum qui trans maria testantur. Nam his quidem nullum iam potest periculum superesse. H.*

(2) Ita Cod. *harenae* cum adspiratione. Et Fronto quidem heic utitur plurativo huius vocabuli numero. Qua de re præstat videre quid Fronto ipse disputet apud Gellium XIX. 8. quum C. Cæsar in libris *de Analogia* vocabulum *harena* numquam multitudinis numero usurpandum existimasset. *Maius.*

(3) Cod. *sepellitur. Maius.*

(4) Sic e Cod. in Add. Maius, cum in textu dedisset *archiis* An *arcibus*? *N.*

(5) An *at iam testamenta protrusa in mare navigabunt* etc.? *H.*

(6) Fortasse *quin etiam portorium constituendum erit quod pro test. N.*

M. CORNELII FRONTONIS
EPISTULA
AD
M. AURELIUM CAESAREM
DE ELOQUENTIA.

QUAE prolixæ ad Marcum Cæsarem epistolæ fragmenta sub hoc titulo composui, ea Ed. Mediol. confusa præbet cum fragmentis epistolarum ad M. Antoninum Augustum, iudicia quædam de orationibus eius in senatu habitis, de Senecæ stilo, de verborum delectu continentium. Atque totum Maius ad arbitrium suum in duo dispescuit libros, *ad M. Antoninum de orationibus* inscriptos; quæ inscriptio nonnisi ad Augustum datis epistolis convenit. Nimirum ut omnino epistolarum cum Cæsare commercium ab epistolis ad Augustum vetus collectio segregavit, (neque enim utrumque sub communi titulo genus comprehendi potuit) ita Cod. MS. subscriptam huic epistolæ exhibet notam, qua finis operis alicuius aperte indicatur, quanquam, quibus titulus operis expressus fuit, verba, ipso Maio teste (Ed. Mediol. p. 242), vix ac ne vix quidem legi possunt. An vero hæc etiam ad Cæsarem epistola itidem inscripta *de Orationibus* fuerit, uti fuere ad Augustum illæ, qui illis convenientissimus titulus in hunc ad M. Cæsarem librum minime quadrabat, de eo nihil equidem affirmare ausim, quoniam in MS. et titulus una cum initio intercidit, neque, ubi repetitus erat, subscriptio extat; sed tamen, quod adeo incerta res est, licere mihi putavi alium libro præfigere titulum qui argumento eius esset accommodatus.

Est autem epistola hæc adeo diversa ab iis quas ad Antoninum Aug. misit Fronto, ut non admodum difficile fuerit, eius reliquias in duobus istis quos *de orationibus* inscripsit Maius, libris agnoscere et seiungere: neque iam opus est Maii istam refellere sententiam de duobus epistolarum libris, quibus oratoria ille præcepta tradiderit (Ed. Mediol. p. 215): nam, digesta illa et ordinata utcunque a nobis congerie, iam intelligetur facilius quo pertineant singula, et quid argumenti contineant. Neque enim ullum fere totius collectionis opus magis perturbatum in

ed. Mediol. extat quam hi libri, neque in quo infelicius editori componendi cesserit opera: quanquam qui sit eorum in ipso Cod. MS. habitus, satis editoris verba declarant, modo „ex deletitiis perturbatisque membranis ægre se hæc eruisse“ (p. 215), modo „paucas reliquias se incredibili studio et labore e laceris et oblitteratis membranis collegisse“ (Comm. præv. p. XLVII) dicentis.

Cum alienum sit ab instituti nostri ratione prolixos in hasce Frontonis reliquias commentarios conscribere, satis habebimus pauca de argumento huius libri prænuittere. Ac scriptum quidem esse ad M. Cæsarem iuvenem, cum T. Pius Aug viveret, verba declarant manifesto fr 1. 6. 7. Neque minus clare ipsius epistolæ indiciis arguitur, posteriorem ætate eam esse duobus illis libris ad adolescentulum tum missis, cum is adhuc religiosus esset Frontonianæ disciplinæ sectator. Nimirum alio mox incorruptum iuvenis animum convertit Frontone sapientior magister: Iunium Rusticum dico, cui debere se fatetur Imperator Comm. I. 7., quod non ad nugatoria sophistarum artificia deflexerit; quod a rhetoricæ, poeticæ et comptioris dictionis (ἐπιτηδεύσεως) studiis desciverit; quod simpliciter epistolas scribere didicerit. Sed, quamvis abiectis rhetoricæ illius crepundiis, pie tamen antiquum colere magistrum perseveravit, id operam dans in perpetuo sermonis et epistolarum commercio ut ei se de hac studiorum mutatione purgaret. Ad huiusmodi iuvenis defensionem responsum continet Frontonis hæc epistola: in cuius prima parte, quo nos quidem ordine disposuimus, Fronto dum eloquentia sua fretus flexibilem et sequacem prius adolescentis animum ad veterem rationem revocare se sperat, persuadere ei de suæ artis veritate et dignitate et velut apud iudicem convincere adversarios conatur. Neque tamen iam impatiens et anxius iuvenis celare potuerat, quantopere istas rhetorices nugas contemneret (h. l. fr. 6. 3. *non ea sunt quae possis contemnere, possis sane non amare.* ibid. fr. 8. *contemni et nullo honore esse rhetora videas.*) Inde secuta est altera pars epistolæ, subiratum iam repræsentans hominem, cuius et affectum animi et ambitionem constantia discipuli olim sui læsit. Hæc et in dialecticorum nugas invehitur, et Marco desertam exprobrat laudem quam ei et deorum et sua ipsius virtus promisisset.

Iam qui hæc et quæ ex epistolis de orationibus ad M. Antoninum Augustum supersunt, disiuncta et disposita legerint, non a nobis rationem requirent, cur non eundem nos, quem Maius, secuti simus *perturbatarum* in MS., ut ipse dixit, *membranarum* ordinem; in quo sane non potui quin plura, quæ tacitus ille consuit, foliorum fragmenta rursus dissolverem. Ac diversi in utraque Editione ordinis conspectum tabula hæc dabit:

Editio nostra.	Editio Maii.
fr. 1.	de Orationib. lib. I. fr. 2.
fr. 2.	I. fr. 5. usque ad p. 236. l. 15.
fr. 3.	Epistol. ad Verum lib. II. ep. 4. p. 119. l. 3. ad p. 121. l. 14.
fr. 4.	de Orationib. lib. I. fr. 1.
fr. 5.	II. fr. 2. usque ad p. 255. l. 11.
fr. 6.	I. fr. 3.
fr. 7.	I. fr. 5 a p. 236. l. 15.
fr. 8.	II. fr. 3 a p. 261. l. 1. ad p. 262 l 4.
fr. 9.	II fr. 3. usque ad p. 261. l. 1.
fr. 10.	I. fr. 6.

N.

(M. Caesari Domino meo Fronto)

1.

1 . . . . . .

. . . . . fuisse Croesum et Solonem, Periandrum et Polycraten, Alcibiaden denique et
2 Socraten.(1) Quis dubitat, sapientem ab insipiente vel præcipue consilio et dilectu rerum et opinione discerni * ; ut si sit optio atque electio divitiarum atque egestatis, quamquam utraque et malitia et virtute careant, tamen electionem laude et culpa non carere? Proprium namque sapientis officium est recte eligere, neque perperam vel post-

* *In margine:* Sapiens ab insipiente consilio plerumque, dilectu et opinione discernitur. Proprium sapientis recte eligere.

(1) Periandrum et Polycratem non ut suppares ævi iungit h. l. (nam Polycratem constat tum cum Periander moreretur, aut nondum natum ant puerum admodum fuisse) sed ut duo ex celeberrimis tyrannis, quorum alter unus septem sapientum fuisset, alter non fuisset sapiens. Similiter utrumque una nominat Plutarch. de superstit. p. 166. c. *N.*

ponere vel anteferre. Si me interroges, con- 3
cupiscamne bonam valetudinem; abnuam equidem, si sim philosophus: nihil est enim fas concupiscere sapienti aut adpetere, quod fors fuat an frustra concupiscat; nec quicquam, quod in manu fortunæ situm videat, concupiscet: tamen si necessario sit altera res eligenda, Achillei (1) potius pernicitatem eligam, quam debilitatem Philoctetæ *. Simi- 4
le igitur in eloquentia servandum. Non opere nimio concupiscas igitur, nec opere nimio aversere **: tum (2) si eligendum sit, longe longeque eloquentiam infantiæ præferas. Audivi te nonnumquam ita dicentem: 5
At enim cum aliquid pulchrius elocutus sum, placeo mihi, ideoque eloquentiam fugio. Quin tu potius illud corrigis ac mederis, ne placeas tibi? Non (3) ut id, propter quod places, repudies. Nam, ut nunc facis, alibi (4) tu medicamenta obligas. Quid tan- 6
dem? si tibi placebis, quod iuste iudicaris, iustitiam repudiabis? Si placebis tibi pio aliquo cultu parentis, pietatem aspernabere (5)? Places tibi cum facundus: igitur verberantem

* *In margine:* Sapiens nihil ex his, quæ in manibus fortunæ videat, concupiscit. In electione tamen Achilli potius pernicitatem, quam Philoctetæ debilitatem præoptet.

** *In margine*: Eloquentiam non nimio concupiscendam sapienti: sed, si eligendum sit, eam infantiæ præferendam.

(1) Cod. *Achillei*, sed tamen *e* videtur expuncta. *Maius.*

(2) Malim *tamen. H.*

(3) L. *ne placeas tibi, quam ut id — repudies? H.*

(4) Hoc *alibi* ni corruptum est, positum est pro *alieno loco.* Tum scripserim *oblinis.* Neque enim medicamenta ipsa usquam dicuntur *obligari. H.*

(5) Ed. Maii *spernabere.*

7 quid facundia [1] verberas [2]? Tametsi placita diceret itaque te compellaret: O iuvenis, periculosa est tibi præpropera placendi fuga. Novissimum namque homini sapientiam colenti amiculum est gloriæ cupido: id novissimum exuitur. Ipsi, ipsi, inquam, Platoni in novissimum usque vitæ finem gloria
8 amiculum erit [3]. Illud etiam audisse me memini, pleraque sapientes viros in scitis mentis atque consultis habere debere, quorum interdum usu abstineant, itemque interdum nonnulla in usu habere, quæ dogmatis improbent; neque ubique rationem sapientiæ rectam et usum vitæ necessarium con-
9 gruere. Fac, te, Cæsar, ad sapientiam Cleanthis aut Zenonis posse pertingere: ingratiis tamen tibi purpureum pallium erit sumendum, non pallium philosophorum solo-
10 ci lana [4] *. Purpureo . . . . . Cleanthes aqua de puteo extrahenda victum quærebat: tibi sæpenumero curandum crocum in thea-

* *In margine:* Ut Imperator philosophetur, ingratiis etiam purpureum erit pallium sumendum, cum philophus habeat consucidum.

(1) In Codice scriptum videtur *facundia*, sed tamen dubitabam num legendum esset *facundiam*: præsertim quum vocabulum sit in fine versûs, ubi sæpe omittitur *m*. *Maius*.

(2) Suspicor *igitur verbera te; quid facundiam verberas?* et mox pro *placita* legerim *placida*, quanquam ne sic quidem locus persanatus videtur. *N*. Legerim equidem *Nam, etsi placida, ita diceret* etc. *H*.

(3) An *erat?* Ferri tamen illud possit, si *Platonem* h. l. intelligas de viro Platonis sapientiam plane referente. *N*.

(4) „Solox (inquit Festus) lana crassa, vel pecus lana „contectum." *Maius*.

tro [1] longe atque alte exprimatur [2] . . .
Diogenes Cynicus non modo nullam pecu- 11
niam quæsivit, sed etiam propriam neglexit
. . . . capillus etsi non cotidie acu ornan-
dus, tamen pectine cotidie expediendus est
. . . . . udaque eatis . . . mensæ parte . . .
familia . . tu . . (q)uasi famu . . feræ . . sapi-
entio(r) . . cum bon . . Epictetum . . . se-
dentem . . la placebat . . si ausus esset epi-
taphium . . . suum . . . sub umbra . . . il-
lam lau . . pertulisse . . Socrates . . . co-
mis est . . etsi do . . ndæ . . . mutilum
perficere hiulcum furtis . . . vigare . . . . .
. . . . . .

2.

. . . . . officiorum genera 1
duo, rationes tripertitæ. Prima species sub-
stantiæ, ut sit; altera qualitatis, ut talis sit;
tertia rei, ut re ipsa [3], cuius causa superio-

(1) „Crocum (inquit Plinius H. N. XXI. Sect. XVII.) „tritum mire congruit ad theatra replenda.“ Et quidem Hadrianus Imp. in honorem Traiani balsama et crocum per gradus theatri fluere iussit. V. Spartianum in illius vita p. 13. C. *Maius.*

(2) Appulei. Metam. X. p. 221. ed. Altenb. *De summo montis cacumine* (in theatro) *per quandam latentem fistulam in excelsum prorumpit vino crocus diluta, sparsimque defluens — odoro perpluit imbre. N.*

(3) Fortasse *rem ipsam. N.* Qua correctione adhibita, quæ hinc usque ad §. 3. sequuntur, sic fere a Frontone scripta fuisse suspicor: *ut rem ipsam, cuius causa superiora officia suscepit, expleat, id est munus discendae exercendaeque sapientiae. Tertiam autem hanc speciem rei dicebat* (sc. is quem statim ut partitionis huius auctorem laudat) *negotiis solum terminatam, se quasi contentam. Hac officiorum partitione, si tamen aut ille verum docebat, aut ego olim audita memoria retineo, velut prima homini ad sapientiam tendenti sint* (vel *sunt*) *elementa, quae ad vitam salutemque pertinent, curare. H.*

ra offici asuscepit, expleat . . . discendæ exercendæque sapientiæ. Tertiam autem hanc speciem, rei dico ac negotiis solam [1] ter-
2 minatam, se (q)uasi contentam. Hac officiorum partitione, si tamen aut ille verum (aieb)at, aut ego olim audita memoria retineo, ut prima homini ad sapientiam tendenti sint (moli)menta quæ ad vitam salutem-
3 que pertinent (conservandam) *. Igitur et prandere et lavari et ungui [2] et cetera huiusmodi munera sunt sapientis officia. Quamquam neque in balneis quisquam sapientia . . . neque ut circa . . . ad mensam cenares, prandio vomeres [3], sapientiam ructares ** . . .
4 si ederis . . . nisi vixeris. Quid igitur istic admonendus es, ne . . . hoc . . . prandio et mensa situm existimes [4]. Non est sapientiæ negotium vesci, sed sine vita quæ civo [5] constat, nulla sapientia, studia nulla esse possunt. Nunc . . . . . vides igitur . . . officia
5 . . . [6] At non æque sequentia officia, quæ sunt

* *In margine:* Prima officiorum species sapientis, eorum scilicet, quæ ad vitam salutemque pertinent.

** *In margine:* Prandio comeso sapientiam ructarit.

(1) Ita Cod. *solam*. *Maius.*

(2) Ita Cod. *ungui* pro *ungi*. Ita etiam in opere *de Bello Parthico*. *Maius.*

(3) Honesto verbo perniciosa fuit alterius *ructandi* vicinia. Scr. *prandio comeso* ut in lemmate. Sed integra hæc reddere, nisi Codice inspecto, equidem non præstiterim. In subsequentibus hoc video, verba (*ni*)*si ederis* conditionem continere sub qua vivas, illa *nisi vixeris* conditionem sub qua sapias. Quanquam hæc ipsa fere mox recurrunt. *B.*

(4) Fortasse, *Quid igitur istic admonendus es? ne studium hoc sapientiae in prandio et mensa situm existimes? H.*

(5) Ita Cod. pro *cibo*. *Maius.*

(6) Facile expleas *vides igitur prima haec officia omnium esse hominum. H.*

sunt qualitati * cuiusque accommodata, possunt omnium esse communia, sed diversa sunt et quæ (1) communia omnibus. Aliud prandium gubernatori commune, et aliud pugili de integris tegoribus (2). Aliud prandendi tempus, alia lavatio, alius somnus, alia pervigilatio. Considera igitur, an in hac se- 6
cunda ratione officiorum contineatur eloquentiæ studium. Nam Cæsarum est in senatu quæ e re sunt suadere, populum de plerisque negotiis in concione appellare, ius iniustum corripere (3), per orbem terræ litteras missitare, leges (4) ceterarum gentium compellare, sociorum culpas edictis coercere, bene facta laudare, seditiosos compescere, feroces territare. Omnia ista profecto verbis sunt ac litteris agenda. Non excoles igitur id, 7
quod tibi totiens tantisque in rebus videas magno usui futurum? An nihil referre arbitraris, qualibus verbis agas, quæ nonnisi verbis agi possunt? Erras, si putas pari auctoritate in senatu fore Thersitæ verbis expromptam sententiam, et Menelai aut Ulixi orationem: quorum Homerus et voltus in agendo et habitus et status et voces (ca)no-

* *In margine:* Secunda species qualitatis hæc est.

(1) Legerim *sed diversa sunt neque commoda omnibus. Aliud prandium gubernatori commodum est, aliud pugili* etc. Hæreo etiam in vocabulo *gubernatoris*, cum vix apta sit h. l. inter hunc et pugilem oppositio. *H.* Fortasse et omissione et corruptione simul hic peccatum est legendumque: *diversa sunt, et quae commoda tibi, non item commoda omnibus* etc. *B.*

(2) Ita Cod. pro *tergoribus* vetere orthographia. *Maius.*

(3) Maluerit aliquis *corrigere*, qua tamen correctione non est opus *B.*

(4) Scr. *reges*. *H.*

ras ac modulationum eloquentiæ genera di-
8 versa [*describit*] (1). Non denique . . . . .
Quisquam vereri potest quem inridentius
quam (2) dictorum (eius causa haud) con-
tempserit? * . . . Nemo tanta auctoritate est,
qui non, ubi peritia deficitur, ab eo qui pe-
9 ritior est despiciatur . . . Tibi tanta eloquen-
tia parta est, quæ ad laudem etiam super-
sit (3) . . . . . .
. . . . . .

* *In margine*: Quæ res auctoritatem principum minuat.

(1) Iliad γ. 212. et seqq. *Maius.* Quis h. l. inculcatum istud a Maio *describit* excidisse credat, cum nullum fuerit in Cod. lacunæ indicium et in promptu sit lenius multo loci remedium? Nihil enim dubito quin in Codice legatur — *genera diversa notavit. Denique* . . . . . Iam post hoc *denique*, apertum est, talem fere interci disse sententiam, *Denique principum etiam auctoritatem eloquendi minuit inscitia. H.*

(2) Fortasse *quisquam vereri potest quem irrideat aut quem dict.*? *N.* Neque Latine dicitur *dictorum causa aliq m contemnere*, sed *ob* s. *propter dicta*, neque loco corruptissimo ullum sensum istud Maii supplementum reddit. Equidem amici emendationem amplexus totum locum, si quid in re incerta hariolari licet, sic fere constituerim: *Quisquam vereri potest quem irrideat dicentem, quem ob dictorum ignaviam et imperitiam contempserit? Quid quod nemo tanta auctoritate est* etc. Mox in his *despiciatur* . . . vide an delituerit *despicatui habeatur. H.*

(3) Sequitur hinc in Ed. Mediol., interiectis tamen aliquot ad signandam lacunam punctis, tanquam aliqua Fragm V. l. 1. pars, fragmentum illud quod nos septimum libri huius collocavimus. Quo etsi vix aliud miserius dilaceratum et intellectu obscurius est, apertum tamen est, nullo id modo cum antecedentibus cohærere, sed suum habuisse folium, quod huc adiungendum putaverit Editor Eius loco sine ulla dubitatione illud posui fragmentum quod Maius 7æ ad Verum Aug. epistolæ, (ed. Mediol. II. 4.) inseruit, et quidem post inculcatum ibi itidem fragmentum panegyrici Vero dicti, ut suo loco accuratius docebimus. Nam primæ sectiones 1—6 ita manifesto referuntur ad fr. 2di Sect. 6 — 8, itemque 11, 12. ad fr 4 initium ubi iterum iidem oratores nominantur, ut ponendum esse inter utrumque appareat. *N.*

3. [*C. Iulium Caesarem locutum facundissime* 1
omnium] (1) imperatorum fuisse, Augustum
vero sæculi residui eleganter (2) et latinæ
linguæ etiam tum integro lepore potius
quam dicendi ubertate præditum puto; post 2
Augustum nonnihil reliquiarum iam et vie-
tarum et tabescentium Tiberio illi superfuis-
se; imperatores autem deinceps ad Vespasia-
num usque eiusmodi omnes, ut non minus
verborum puderet, quam pigeret morum et
misereret facinorum. (3) Quod [*si*]quis dicat, non 3
enim didicerant: (4) cur ergo imperabant? aut (5)
imperarent gestu, censeo, ut histriones, aut
nutu ut muti, aut per interpretem ut bar-
bari. Quis eorum oratione sua populum aut 4
senatum adfari, quis edictum, quis epistulam
suismet verbis componere potuit? Quasi
phrenetis (6) morbus quibus implicitus est,
aliena eloquentes imperitabant; ut tibiæ sine
ore alieno mutæ (7) erant. Imperium au- 5
tem non potestatis tantummodo vocabulum,
sed etiam orationis est *. Quippe vis impe-
randi iubendo vetandoque exercetur. Nisi

* *In margine:* Veteris eloquentiæ colorem adumbratum ostendit.

(1) Hæc verba Maius supplevit.
(2) F. *residua elegantia. N.*
(3) Longe aliter de principum primi sæculi, etiam de Caii et Claudii, eloquentia Tacitus Annal. XIII. 3. *N.*
(4) Senecam, Neronis præceptorem, pro oratore minime agnosci a Frontone, patet ex ep. I. ad M. Antonin. Aug. de Orationib. *N.*
(5) Potius *ut*. Quod sequitur, *censeo* ironice h. l. dictum est perinde ut in Cic. Or. in Catilin. IV, 6. extr. *H.*
(6) Vel *phrenesis* scribendum vel *phrenitis*. *H.*
(7) Immo *muti erant*: posita post vocem *tibiae* interpunctione. *B.*

bene facta laudet, nisi perperam gesta reprehendat [1], nisi hortetur ad virtutem, nisi a vitiis deterreat: nomen suum deserat et imperator frustra appelletur . . . . partum
6 suaderent imperium. Falsa pugna [2] deferre militare flagitium. Testimonium . . . capitali [3] . . . . . .
7 . . . . . Plerisque etiam indignis paternus locus imperium per manus detulit. Haud secus quam pullis avibus, quibus omnia generis insignia insita sunt, cristæ, plumæ, cantus, et vigiliæ, regum pueris in utero matris summa iam potestas destinata est: opstetricis manu imperium adipis-
8 cuntur . . . . Inter Remum et Romulum diversis montibus augur[*antes de*] [4] rerum sum-
9 ma iudicaverunt aves. Regn[*um*] Persarum equorum . . . . . non cursu sed hinnitu priore . . . . insidiis sæpe . . . coniurationi . . .
10 . . . . . aliis imperium. Iam Cato Hispaniam recuperabat, iam Gracchus locabat Asiam et Carthaginem viritim divi-
11 debat . . . . M. Tullius summum supremumque os romanæ linguæ fuit . . . . vellet. Cicero autem modulatius vos virtusque . . . . me . . . viam . . . . . .

1 4. . . . . immortales dei [*sive*]-rint comitium et rostra et tribunalia Catonis et Gracchi et Ciceronis orationibus celebrata hoc potissimum sæculo conticiscere? Orbem terræ, quem vocalem acceperis, mu-

(1) Ita h. l. Cod. sine diphthongo. *Maius.*
(2) L. *falsam pugnam.* *N.*
(3) V. ad Fragm. 7. p. 90. not. 3.
(4) Immo *augur*[*ium captantes de*] *H.*

tum a te fieri? Si linguam quis uni homi- 2
ni exsecet, immanis habeatur: eloquentiam humano generi exsecari, mediocre facinus putas? Non hunc adnumeras Tereo aut Lycurgo? Qui Lycurgus quid tandem mali facinoris admisit, quam (1) vites amputavit? Multis profecto gentibus ac nationibus profuisset vinum undique gentium exterminatum. Tamen Lycurgus poenas cæsarum vitium luit. Quare metuendam censeo divini- 3
tus poenam eloquentiæ exterminatæ. Nam vinea (2) in unius tutela dei sita: eloquentiam vero multi deorum in cælo diligunt: Minerva orationis magistra, Mercurius nuntiis præditus (3), Apollo pæanum auctor, Liber dithyramborum cognitor (4), Fauni vaticinantium incitatores, magistra Homeri Calliopa, magister Enni Homerus et Somnus (5). Tum (6) si studium philosophiæ in rebus 4
esset solis occupatum, minus mirarer, quod tanto opere verba contemneres. Discere au-

(1) Scr. *quom.* *H.*

(2) Malim *vina.* *B.*

(3) Ne quis de mutando hoc verbo cogitet, locum hic ponimus Appuleii de Deo Socr. p. 50. Elm. ubi, proposita Platonis doctrina de dæmonibus qui singulis hominibus arbitri et custodes sint additi, ita pergit: „At „ubi vita edita remeandum est, eundem illum, *qui nobis* „*praeditus fuit*, raptare ilico — ad judicium.“ Ita ex Frontonis loco nunc magis etiam apparebit, male Gesnerum in Thes. verbum hoc apud Appuleium explicasse per *ante datus.* *B.*

(4) Scr. *conditor.* *H.*

(5) Cicero in Lucullo c. 16. „Ennius cum somniavit, „ita narravit:

„. . . . . veisus Homerus adesse poeta
„Hei mihi qualis erat! quantum mutatus ab illo!“
Maius.

(6) Hic iterum præferendum videtur *tamen.* *B.*

tem ceratinas et soritas et pseudomenus [1], verba contorta et fidicularia [2]; neglegere vero cultum orationis et gravitatem et maiestatem et gratiam et nitorem, hoc indicat loqui te quam eloqui malle, murmurare po-
5 tius et friguttire quam clangere. Diodori tu et Alexini [3] verba verbis Platonis et Xenophontis et Antisthenis anteponis? Ut si quis histrioniæ [4] studiosus Tasurci [5] gestu potius quam Roscii uteretur; ut si in natando, si æque liceret, ranam potius quam del-
phinos æmulari mallet; coturnicum potius pinnis breviculis, quam aquilarum maiestate
6 volitare. Ubi illud acumen tuum? ubi suptilitas? Evigila et adtende quid cupiat ipse Chrysippus [6]. Num contentus est docere? rem ostendere? definire? explanare? Non est contentus: verum auget in quantum potest *, exaggerat, præmunit, iterat, differt, recurrit, interrogat, describit, dividit, personas fingit, orationem suam alii accommodat; ταῦτα δ' ἐστὶν αὔξειν, διασκευάζειν, πάλιν λέγειν, ἐπα-

* *In margine:* [*mi*]re de ingenio Chrysippi.

(1) Expectabas scriptum vel Græce ψευδομένους vel Latine *pseudomenos*. *H.*

(2) Hinc Avidius Cassius Marcum nunc *aniculam philosophum*, nunc *dialogistam* contemptim appellabat. V. Vulcatium in *Avidio Cassio* p. 58. D. et 59. C. *Maius.*

(3) Cicero Acad. 4. Cap. 24. „Atqui habebam molestos „vobis sed minutos, Stilponem, Diodorum, Alexinum: „quorum sunt contorta et aculeata quædam sophismata. „Sic enim appellantur fallaces conclusiunculæ. *Maius.*

(4) *Histrioni* Maius e Cod, ut ait, scripsit, Plautum conferre iubens Mil. 3, 1, 207. *H.*

(5) Ita Cod *Tasurci*. *Maius.*

(6) Cicero *de Fin.* 4. Cap. 3. „Scripsit artem rhetoricam Cleanthes, Chrysippus etiam; sed sic, ut, si quis „obmutescere concupierit, nihil aliud legere debeat.“ *Maius.*

ναφέρειν, παρεισπεῖν [1], προσωποποιεῖν [2]. Videsne ab eo pæne omnia oratorum arma tractari? Igitur si ipse Chrysippus his uten- 7
dum esse ostendit, quid ego amplius postulo, nisi ut ne verbis [3] dialecticorum, sed potius Platonis gladio dimices? Sed interest robiginoso an splendido . . . . . .
. . . . . .

5.

Anaxagoræ non Alexini [4] sycophantæ auditor . . . Tragicus Aesopus fertur non prius ullam suo induisse capiti personam, antequam diu ex adverso contemplaretur, pro personæ vultu gestum sibi capessere ac vocem [5]. . . . An maiorem [6] tragœdiam 2
putas Amphiaraum [7] scribere, quam de terrarum hiatu dicere? . . . . tu de fulmine disputas . . . [*ni*]kil unquam . . . . [*opi*]nionis tot . . . . esse . . . conamen . . . stillicidiis . . . putas [*scri*]bere, quam . . . quando . . . . Dabit philosophia quod di- 3

(1) Codex pro παρεισπεῖν habet παραισπεῖν. *Maius.* An potius παραινεῖν? *B.*

(2) Cod. προσωποιεῖν. *Maius.* Græca hæc adeo inepte in subirati sermone inferuntur, ut a Græculo hæc e margine in textum fluxisse suspicarer, ni deinceps sequerentur illa, *videsne ab eo paene* etc., quæ spectare prægressum ex ipsius Chrysippi libro locum videntur. Certius est, in his Græcis plura, quæ Latinis responderent, intercidisse. *H.*

(3) Legerim *verubus.* Aeneid. l. 7. v. 665. *Et tereti pugnant mucrone veruque Sabello. N.*

(4) Vid. ad fr. 4, 5.

(5) Excidit *studens* vel aliud huiusmodi potestatis vocabulum. *H.*

(6) L. *maiorem rem. N.*

(7) Cod. *Amphiarum. Maius.*

4 cas, dabit eloquentia quod [1] . . . . dialecticorum verbis scribat: suspirantem, tussientem immo Iovem scripserit, non tonantem. Para potius orationem dignam sensibus, quos e philosophia hauries: et, quanto honestius
5 sentis, [2] tanto augustius dicas. Quin erige te et extolle, et tortores istos, qui te ut abietem aut alnum proceram incurvant et ad chamætorta [3] detrahunt, valido cacumine tuo excute, et tenta an usquam ab (eloquen-
6 tia) [4] discesseris. Sed comitem philosophiæ . . . . . sermones gibberosos retortos . . . . si tenueris, contemnas; quom contemseris, nescias. Dic, obsecro, mihi, de dialecticis istis ecquid tenes? ecquid tenere te gaudes? Nolo mihi dicas; apud te ipse reputa. Ego illud prædico, quom plurimos
7 amicos in hac disciplina tenueris . . . an tibi sæpe . . . supersit . . . tamen si dixisses nonnumquam . . . satis consuluisses . . . is . . . supra . . . adhuc modum. Verum etiam sæpe vir sapientissimus . . . . nescit, novo plane modo. Sed si ita res tulerunt . . . . de puteo quoque . . . . puteus istic

(1) An *dabit eloquentia qui* (s. *quomodo*) *dicas. Nam si quis dialectic.? H.*

(2) Immo *senties* vel *sentias. H.*

(3) Nota vocabulum *chamaetorta*, quod repetitur etiam in margine, sed sine diphthongo. *Maius.* An *chamaestrota*, quod Græcis litteris, χαμαίστρωτα, scripserit Fronto? *N.* Mihi exploratum est abieti et alno oppositas fuisse a Frontone humi repentes herbas: (myrtum potius et buxum: v. Laud. Negl. 8. *N.*) quæ χαμαίφυτα aut simili nomine dicta fuisse videntur a rei herbariæ studiosis. *B.*

(4) Suppleverim potius *honestate.* Tum sequentia, si ingenio ludere hic liceat, ita fere legerim: *sed comitem philosophiae* (*eloquentiam adscisce et istos*) *sermones gibberosos, retortos* (*abiice, quos*) *si tenueris* etc. *H.*

minus sorderet . . . si ita. . . . Ver[*um*] . . . tum mihi . . . * . . . . . .

6.

. . . consiliario huic magis ætati opus est, 1
quam auxiliario . . . Nonne omnis oratorum copias sectavere (1): refutandi sollertiam, augendi facultatem, eludendi venustatem, permovendi delectandique, deterrendi incitandique, ornandi, conciliandi, infamandi (2), laxandi audientium animos, aut alliciendi quandam in dicendo potentiam ac potestatem (3)? Tum siquando tibi negotiis districto perpe- 2
tuis (4) orationis conscribundæ tempus deesset, nonne te tumultuariis quibusdam et lucrativis (5) studiorum solaciis fulciebas: synonymis colligendis, verbis interdum singularibus requirendis; ut (6) veterum kommata, ut cola (7) synonymorum ratione conver-

* *In margine:* de Amicitia (8).

(1) Scr. *sectabare*. *N.*
(2) L. *inflammandi*. *N.*
(3) Ed. Mediol. *venustatem*. In Add. editor Codicem habere *potestatem* monuit. *H.*
(4) Scr. *perpetuae*. *N.*
(5) H. e. quæ fiunt *lucrativis temporibus:* ita enim infra Epist. 1. lib. 1. ad Antoninum horas subsecivas et compendifactas appellat Fronto. Quintil. 10, 7, 27. „Neque enim fere tam est ullus dies occupatus, ut nihil „*lucrativae*, ut Cicero Brutum facere tradit, *operae* ad „scribendum — rapi aliquo momento temporis pos„sit;“ ad quem locum vide luculentam notam Spaldingii, qui primus hoc vocabulum e codd. et edd. vetustis Quintiliano reddidit, certo ille quidem judicio usus, quamvis auctoribus, præter juris scriptores, qui alio id sensu adhibent, tunc esset destitutus. *B.*
(6) F. *aut ut*. *N.*
(7) Cod. *colas* Correxit *Maius*.
(8) Periit locus de amicitia. *Maius*.

teres; ut de vulgaribus elegantia, de contaminatis nova redderes, imaginem aliquam accommodares, figuram iniceres, prisco verbo adornares, colorem vetusculum adpinge-
3 res? Hæc si propterea contemnis quia didicisti, philosophiam quoque discendo contemnes. Sed non ea sunt ista quæ possis
4 contemnere: possis sane non amare. Ut olim Crassus tristis risum oderat [1], ut nostra hic memoria Crassus lucem fugitavit [2] *, ut nostra itidem memoria vir consularis campos formidabat; Pomptinum cam-(pum) . . . . . .
. . . . . .

7.

1 . . . . Etiam [3] Viriathus, etiam Spartacus belli scientes et manu prompti fuerunt. Sed

* *In margine:* Crassus tristis risum oderat, alter Crassus minor lucem fugitavat [*sic Cod.*] multaque loca clausâ lecticulâ prætervehebatur.

(1) Plinius Hist. 7. 18. „Ferunt Crassum, avum „Crassi in Parthis interempti, nunquam risisse; ob id „*agelastum* vocatum". Conf. Cic. de Fin. V, 30. Tuscul. III, 15. Macrob. Saturn. II, 1. Ascon. ad Act. 1. in Verr. 2. *Maius.*

(2) Crassum Frugi, quem reum olim Hadrianus noluit occidere, memorat Spartianus in *Hadriano* p. 4. C. De Crasso qui coniuravit in Nervam et Traianum vid. Dionem 68, 3 et 16. Quemnam Crassum sua memoria dicat Fronto *lucifugum*, nondum comperi. *Maius.*

(3) Dubius admodum fragmentum hoc in hunc reposui locum; adeo impeditum vel inextricabilem potius sensum singula habent miserrime discerpta. Tamen cum, quo Maius posuit loco, inde movere necesse esset, illud ego secutus sum vestigium, quod sermo in eo est de dignitate orationis oratorumque et immerito eorum contemptu, instituta comparatione cum belli gloria virisque fortibus. Atque aptius fortasse fuisset, medium diffin-

etiam omnes universos quicumque post Romam conditam oratores extiterunt, illos etiam quos in Oratore [1] Cicero eloquentiæ civitate gregatim donavit si numerare velis, vix trecentorum numerum complebis, quom 2
[2] ex una Fabiorum familia trecenti milites fortissimi pro patria dimicantes uno die occubuerint. Non . . . gentium . . . . milia sub pellibus . . . . unum etiam [*tia*]vium, quem tu præ . . . ego hac in re . . . cum . . , ubi . . . eos apud . . . a Belo [3] . . . neque officii obses . . . quam philosopham . . . [*ra*]cioni potes in isto . . . altius non . . . nihil . . . (co)ercet . . . quidem 3
sumpsit se . . . . valeat . . . hinc quæ . . . minusve . . . ut principio incre(pa)ndum . . . ut post principia or . . . . candos ubi gradus . . . habenis eloquentia per . . . dum quando . . . cum . . . magno . . . inquit . . . illi qui . . . uter contemnant . . . medebor . . . temnar . . . gypso . . . solitatim [4].

dere fragmentum nobis 3ium, quod ipsum ex reliquiis duorum foliorum male compactum videtur, et ante sectionem 7. *Plerisque etiam*, huic folio locum statuere, ubi certe plurima desunt. Qua tamen audacia non opus videbatur, cum satis esset lectorem de his ad eum locum monere. *N.*

(1) Scribere aut librarium aut ipsum potius Frontonem oportebat *in oratorum recensu.* Cf. Attici verba in Brut. 69. *H.*

(2) Cod. *quod. Maius.*

(3) *bello* legendum. *N.*

(4) Vocabulum *solitatim* repetitur in margine ut notabile. *Solitas* quidem pro *solitudo* legitur apud Nonium Marcellum ex Accio; si tamen locus est sincerus: nam videndus idem Nonius etiam in voc. *miserari. Maius.*

8.

. . . . . ma [1] condicio est. Ubi semel patet, acta sunt, facile cognita negleguntur. Contemni denique et nullo honore esse rhetora videas: observari autem et omnibus officiis coli dialecticos, quod in eorum rationibus semper obscuri aliquid et tortuosi [2]: eoque fit, ut magistro discipulus hæreat semper et inserviat, vinctus perpetuis quibusdam vinculis attineatur . . . . .
. . . . . .

9.

1 . . . . . vocis modulatæ amatores primas audisse feruntur aves vernas luco opaco. Post pastores recens repertis fistulis se adque pecus oblectabant. Visæ fistulæ lon-
2 ge [3] avibus modulatiores ... murmurantium voculis in luco eloquentiæ oblectantur . . . Ennium deinde et Accium et Locretium [4] ampliore jam mugitu personantis, tamen to-
3 lerant. At ubi Catonis et Sallustii et Tulli tuba exaudita est, trepidant et pavent et fugam frustra meditantur. Nam illic quoque in philosophiæ disciplinis, ubi tutum sibi perfugium putant, Platonis fone(mat)a [5]

(1) Fragmentum hoc in Ed. Maii adiunctum est sequenti, inter quod et decimum secundum nostram dispositionem sane pauca admodum verba desunt. *N.*
(2) Ed. Mediol. post *tortuosi* exhibet *sit*, quod a se additum monet in Add. Editor. *N.*
(3) Cod. *longae. Maius.*
(4) Ita Cod. *Maius.*
(5) Ita *fone(mata)* cum *f. Maius.*

erunt audienda. Hæc in eos fabula compe- 4
tit, qui nulla indole præditi eloquentiam
desperantes fugitant. Tibi ut cui[1], Cæsar, 5
maximum, sublime et excelsum et amplifi-
cum ingenium ab Dis datum est. Nam pri-
mi tui sensus et incunabula studiorum tuo-
rum mihi cognita sunt. Elucebat in puero
iam tunc nobilitas mentis et dignitas sen-
tentiarum, quibus sola deerant verborum lu-
mina. Ea quoque variis exercitationibus in-
struebamus. Ibi tu mihi videre mor(a tem- 6
por)ali,[2] et laboris tædio defessus eloquen-
tiæ studium reliquisse: ad philosophiam de-
vertisse, ubi nullum prohœmium cum cura
excolendum, nulla narratio breviter et dilu-
cide et callide collocata[3], nullæ quæstiones
partiendæ, nulla argumenta quærenda, nihil
exaggerandum * 10. . . . διασκευη 1
et παρεκβασ[4] . . . . carendum. Enimvero
ad philosophos librum legas; magistro
interpretanti tacitus adtendas; intellexisse
adnuas; aliis legentibus ipse plerumque dor-
mites; audias, τί τὸ πρῶτον, τί τὸ δεύτερον,
diu multumque numerari; εἰ ἡμέρα ἐστὶν,
πῶς ἐστιν, fenestris patentibus laborari. De- 2

* *In margine:* Proba(tionum corpus) (5) excogitandum, narratio brevis, lucida, callida, quaestiones partiendae, argumenta quaerenda, exaggerandum . . .

(1) Ita Cod notante Maio, qui in textu hæc *ut cui* omisit. Aliud in promptu est remedium. Scribe *tibi, ut cui, Caesar, maxime, sublime* etc *H.*
(2) An forte *morem imitatus saeculi? H.*
(3) L. *collocanda. N.*
(4) Ed. Maii παρεκβας . . . *N.*
(5) Ita Maius, non videns, in hoc lemmate quoque fuisse *prohoemium. B.*

curus inde abeas, cui nihil per noctem meditandum aut conscribendum, nihil magistro recitandum, nihil de memoria pronuntiandum, null(a verborum) indagatio, nullius (1) synonymi ornatus, nihil de græco in nostram
3 linguam (pariter (2)) vertendum. In eos quoque (3) meus magister Dionysius Tenuior (4) et . . . compositam fabulam protulit de dis-
4 ceptatione vitis et arboris ilicis. Vitis * se ante ilicem ferebat, quod suavissimum fructum hominum conviviis et deum altaribus crearet. Idem (5) dulce esu, idem haustu iucundum. Tum se maiore cura, quam Cleopatram reginam ornari, comptius quam Lai-

* *In margine:* De laude Vitis quam (6) Ilicis, et de disceptatione quam sibi invicem retulerunt.

(1) F. *nulla in synonymis ornatus. H.*

(2) Aptius suppleveris *feliciter. H.*

(3) Argumento est hoc *quoque*, fabulas plures hunc Dionysium composuisse. Quem cum *Tenuiorem* h. l, non *Tenuem*, appellat Fronto, ut Græcum λεπτοῦ vocabulum reddat, in eo secutus est antiquas illas appellationes Fulvii Nobilioris, Umbricii Melioris (Plin. H. N. I. inter auctores libri X.) etc. Post hoc *Tenuior* in Cod. haud dubie scriptum *eleganter compositam. H.*

(4) Dionysii Tenuioris meminit Athenæus Lib. 11. p. 475. Διονύσιος δ' ὁ λεπτὸς ἐξηγούμενος Θεοδωρίδα τὸ εἰς τὸν Ἔρωτα μέλος, τὴν κελέβην φησὶ τίθεσθαι ἐπὶ ὀρθοῦ ποτηρίου, οἷον Προυσιάδος καὶ Θηρικλείου. Dionysium hunc ab Athenæo memoratum patet eundem esse (ut censet etiam Meursius in Libro de Dionysiis) ac descriptum in Etymologico magno his verbis: Διονύσιος ὁ Ἀσκάλαφος ἐλέγετο ἢ ὅτι συνεχῶς ἐμέμνητο τοῦ Ὁμηρικοῦ στίχου,

Οἱ δ' ἀμφ' Ἀσκάλαφον καὶ Ἰάλμενον ἠδὲ Ὀρέστην,

ἢ ἐπειδὴ μακρὸς καὶ λεπτὸς ἦν καὶ ὠχρός. τοιοῦτον δέ ἐστιν ὁ ἀσκάλαφος τὸ ὄρνεον. *Maius.*

(5) Etsi duplex hoc *idem*, pro quo expectabat lector *eundem*, ferri posse video, dubito tamen an potius Fronto scripserit *item dulcem esu, item* etc. Velut *aeque* usurpavit Tacitus in Agric. 15. *aeque discordiam praepositorum, aeque concordiam subiectis exitiosam*: et Horat. Epist. 1, 1, 25. *quod aeque pauperibus prodest, locupletibus aeque. H.*

(6) Ita Cod. non præcedente *tam. Maius.*

dem formosam. Pampinos suos ita pulchros esse, ut necterentur ex eis Libero thyrsi (1), corona Sileno, Nimphis Bacchisque redimicula. Ilicem esse horridam, infructuosam, inamabilem: creare boni aut amœni numquam quicquam præter glandem . . . et in lacerata . . . Item vos . . . . . .

. . . . . .

Nunc ego consulto in fabulis desino, ut, si 6
qua acrius dicta sunt, permixta fabulis molliantur. *)

*) Additur in Cod.:
Legi emendavi qui supra. (2)

(1) Ed. Mediol. *thyasi*. *H.*

(2) Inter hæc verba et extrema libri Maius hoc tanquam ex Cod. petitum scripsit: *M. Frontonis ad M. Antoninum de Orationibus liber I. explicit*, de quo tamen potius est ipsum audire ita loquentem: „Hæc verba *De Orationibus* vix leguntur in Codice, aut ne vix quidem. Sed tamen heic desinit omnino *Liber de Orationibus*, quia totum Codicis folium constans pagina 387 et 388. concilii Chalcedonensis habet materiam subscriptam *de Orationibus:* et patet ex recensentis notâ item subscriptâ *legi emendavi* etc. heic desinere Librum. Iam in pagina Codicis 351 diserte et perspicue desinit subscriptus alius Liber *de Orationibus*, sequiturque subscriptus item in eadem pagina Liber Epistularum *ad Antoninum Pium*; ergo Liber qui desinit in pagina Codicis 351. non potest esse nisi secundus, seu certe alius. Ergo duo saltem sunt Libri Frontonis *de Orationibus*.“

M. CORNELII FRONTONIS
EPISTULARUM
AD
M. ANTONINUM AUG.
LIBER PRIMUS.

CHARISIUS Frontonis utrumque librum, et ad Antoninum Augustum et ad Cæsarem Aurelium, velut diversa epistolarum corpora laudat. Qua diversitate neglecta, Maius paucas eas, quæ ex illo ad Augustum libro Codex Mediol. servavit, scriptis ad Cæsarem epistolis immiscuit. Ab his segregatas nos primi libri titulo inscripsimus. Etenim manifestum est, primi ex hoc, non ex illo ad Marcum *Caesarem* syntagmate libri finem in Codice post Imperatoris de Matidiæ testamento responsum designari; ea autem vivebat adhuc, cum Marcus alteram libri huius epistolam scriberet. Primæ autem locum suum tribuimus propterea quod videtur initio imperii M. Antonini scripta fuisse. Valde contra dubius hæsi de sexta, quippe quæ referatur ad epistolam a Frontone ad Imperatorem Verum missam octavam, quæ ante annum 163. scribi non potuit. Sed cum Maius primæ et secundæ epistolæ locum in libro I. ad M. Aurelium eam haud dubie ob causam assignarit, quod, titulum paginarum *libri I.* perperam interpretatus epistolas ad Marcum *Caesarem* esse putaret: admodum verosimile est, ob eundem paginarum titulum sextam hanc epistolam ab eo in eundem librum redactam esse. De fragmentis 3. 4. 5. certe, quæ clarum est eodem tempore quo sextam ep. scripta fuisse ideoque ad epistolarum cum Antonino Augusto commercium pertinuisse, itidem Maius se ea invenisse in *primo ad Marcum* epistolarum libro perhibet p. 284.

Edit. nostra.	Edit. Maii.
1	ad M. Cæsarem I, 6.
2	ib. I, 5.
3. 4. 5. . .	Epistolæ mutuæ. p. 314. 315.
6	ad M Cæsarem I, 4.
7	Oratio de hereditate Matidiæ.
8	Rescriptum Marci.

N.

1. DOMINO MEO ANTONINO AUGUSTO FRONTO (1)

NE (2) ego post homines natos et locutos omnium facundissimus habear, cum tu, M. Aureli, mea scripta lectitas et probas, et lucrativa tua in tantis negotiis tempora meis quoque orationibus legendis occupare non inutile tibi arbitraris nec infructuosum. Quod sive amore inductus etiam ingenio meo delectaris, beatissimus equidem sum, quod tibi tam sum carus, ut esse videar etiam disertus: sive ita censes atque ita iudicio tuo et animi sententia decernis, mihi quoque iam disertus iure videbor, quoniam videar tibi. Quod vero patris tui laudes a me in senatu, designato et inito consulatu meo, dictas legisti libenter, minime miror. Namque tu Parthos etiam et Hiberos sua lingua patrem tuum laudantes pro summis oratoribus audias. Nec meam orationem, sed patris tui virtutem miratus es: nec laudatoris verba, sed laudati facta laudasti. De tuis etiam laudibus, quas in senatu eadem illa die protuli, ita sentias velim: tunc in te eximi-

(1) Epistolam hanc Maius subiunxit ei quæ secunda est in Ed. nostra, ad illam continere responsum ratus; cuius etsi speciem aliquam præfert, falsa tamen est species, quoniam iustum ac verum responsum inest in epistola de bello Parthico, quam in hunc ego librum recepissem, ni seorsim a ceteris collocatam Codex præberet, nec minus incommode disparata videremus epistolarum corpuscula, quæ discerpi alioque singulatim inseri iam non possunt. N.

(2) Ita Maius hic et infra aliquoties, e Cod. haud dubie, pro *nae*. Cf. Forcell.

am indolem fuisse, nunc summam virtutem: frugem tunc in segete florentem, nunc messem perfectam et horreo conditam: sperabam tunc, habeo nunc: spes in rem convertit. Quod autem mitti a me tibi postulasti, acceptis . . . . . .

2. *(Magistro meo)* (1)

1 . . . . . lio paululum et ex Ciceronis oratione (2) sed quasi furtim, certe quidem raptim; tantum instat aliud ex alio curarum (3); quom interim requies una librum in manus sumere. Nam parvolæ nostræ nunc apud
2 Matidiam (4) in oppido hospitantur: igitur vespera ad me ventitare non possunt propter auræ rigorem. Vale mi Domine magister. Dominus meus frater (5) et filiæ cum sua matre, cuius præ . . . . per . . . . avis ex animo (tibi) salutem dicunt.
3 Mitte mihi aliquid quod tibi disertissimum videatur, quod legam, vel tuum, vel Catonis, vel Ciceronis, aut Sallustii, aut Gracchi, aut poëtæ alicujus: χρήζω γὰρ ἀναπαύλης, et maxime hoc genus: quæ me lectio extollat et diffundat ἐκ τῶν κατει-

(1) Ita simpliciter Marcus, ex quo imperium adeptus est, omnes suas ad Frontonem epistolas inscripsit; ita igitur et hanc, cuius initium deest, inscribendam censui. *N.*

(2) De lege Manilia. Vid. infr. Epist. de bello Parthico 19. *N.*

(3) Severiani clades Elegiæ a. 162, ni potius 161, quæque inde consecuta est Parthorum in provincias Romanas incursio. *N.*

(4) De Matidia vid. ad Epist. huius libri septimam.

(5) Nondum igitur in Syriam Verus profectus erat. Ergo scripta epistola est a. 162. *N.*

ληφυιῶν φρεντίδων. Etiam si qua Lucretii aut Ennii excerpta habes εὔφωνα καὶ . . . . φρα, et sicubi ἤθους ἐμφάσεις [1] . . . . . .

3. MAGISTRO MEO [2]

ORATIONES desiderat sibi Dominus meus frater vel a me vel a te quam primum mitti. Sed ego (malo), mi magister, tu mittas; easque ut in promptu haberes, exemplaria, quæ apud nos erant, misi tibi. Ego mox alia conficiam . . . . . .
. . . . quæ . . . . sine . . . . in . . . . mora intercedenda [3] alia mihi scripsit. Vale, mi dulcissime magister. Nepotem saluta.

4. DOMINO MEO

. . . Has interea orationes mittito. In le . . . duas delig . . . post . . . per . . . quid . . . ing . . . nus . . . tibi et cud . . . ter . . . non . . . potes . . . nondum . . . tus. Nisi . . . res . . . ad . . . . . .

5. MAGISTRO MEO SALUTEM

. . . . ne . . . sum . . . . . .

(1) Extremæ epistolæ annexa hæc Editio Mediol. exhibet: *Vale, mi magister dulcissime. Nepotem saluta.* Quæ ipse Maius ut incaute huc invecta eximi hinc iussit Ed. suæ p. 315.

(2) Hæc fragmenta Maius ait p. 314. sero sibi occurrisse in folio pessime utrimque habito. Sane Epistola sexta scripta pro responso ad fragm. 3. videtur; nunc duæ epistolæ interpositæ fuerunt. *N.*

(3) Corr. *intercedente*, ut vulgo alias dicitur *nulla mora interposita. H.*

6. DOMINO MEO [1]

1 Pro cetera erga me benivolentia tua fecisti, quod orationum, quas frater tuus Dominus noster desideraverat, mittendarum me
2 gratiam inire voluisti. Adiunxi ultro ego tertiam orationem pro Demonstrato Petiliano, de qua illi scripsi[2]: „adiunxi," inquam, „orationem pro Demonstrato, quam cum primum fratri tuo optuli, didici ex eo, Asclepiodotum, qui oratione ista compelletur [3],
3 a te non inprobari. Quod ego ubi comperi, curavi equidem abolere orationem. Sed iam pervaserat in manus plurium quam ut aboleri posset. Quid igitur? quid [4]? inquam. [*Nisi*] Asclepiodotum, cum a te probetur, mihi quoque fieri amicissimum, tam hercule quam est Herodes summus nunc meus, quamquam extet oratio." Vale Domine dulcissime.

(1) In epistola ad L. Verum, ad quam hæc refertur, Fronto promptum ostendit animum ad historiam belli Parthici conscribendam, si commentarium acceperit. Causas ego in prima ad hunc librum nota exposui, quæ me epistolam hanc huc revocare coegerunt; coegerunt, inquam: nam nisi posterius est scripta, ante annum certe 163 scribi nullo modo potuit, atque Charisius quintum laudat Frontonis ad Antoninum Augustum Epistolarum librum. *N.*

(2) Confer Epistulam 8. ad Verum Aug. Omnia enim quæ hîc sequuntur, ex ea repetuntur. *Maius.*

(3) Immo *compellatur. H.*

(4) Ed. Mediol. *quid inquam*? Post *inquam* denuo distingui Latinus verbi usus postulabat. Iam quem non offendat istud *inquam* ita post voculæ *quid* iterationem illatum? Neque vero, quamvis statim cum Maio invito Codice *nisi* inculcaveris, in seqq. *fieri* illud habebit unde recte pendeat. Legendum coniicio, *Quid igitur? quid nunc faciam? Asclepiodotum curabo, cum a te probetur, mihi quoque fieri amicissimum* etc. *H.*

7. (*Domino meo Antonino Augusto* [1])

(1) Inscripsit fragmentum hoc Maius: *Extrema pars orationis de hereditate Matidiae*, parum scilicet ille a se inventum opinatus, ni orationes etiam invenisset eius viri, quem Eumenii testimonio Romanæ eloquentiæ non secundum, sed alterum decus fuisse credit. Epistolam hanc esse, quod Codex etiam testatur, non orationem, adeo manifestum est, ut argumenti quicquam addere pigeat. Fuit autem Matidia hæc Marcianae, Traiani sororis, neptis, maioris Matidiæ filia, ac Sabinæ, Hadriani uxoris, soror; per adoptionem igitur matertera, uti in titulis appellatur, Antonini Pii fuit, cuius filiam Faustinam testamento heredem scripserat (*uxoris tuae causa*, 6.) In qua hereditate quid impedimenti inciderit, declarat una ex Frontonis epistolis ad privatos scriptis (Ed. nostr. ad Amic. l. I. ep. 18.) Quippe grandævam mulierem captatores induxerant, ut magna iis legata conferret per codicillos; quos cum ipsa deinde rursus incidisset, isti tum, cum illa sine sensu ullo iaceret, ausi erant eius signo denuo obsignare: ausi etiam erant codicillos istos apud Marcum Imperatorem ut probe ac recte factos tueri ac defendere. Ea de re Fronto Faustinæ, ut ex Marci responso intelligitur, impulsu epistolam scripsit, cuius extrema hæc pars adhuc in Cod. Mediol. extat. In qua quid ille imperatori suaserit, etsi in hoc fragmento non diserte est scriptum, id tamen egisse eum apparet, ut irriti per imperatorem isti fierent, qui falsi perhibebantur, codicilli. Nec sane dubium est, Faustinæ eique, qui causam eius apud Marcum ageret, iusta et idonea fraudulentæ obsignationis indicia suppetisse, quippe aliter iustum verique tenacem Marci animum nulla arte flexuris. Verumtamen cum ipsam Matidiam olim codicillos istos scripsisse, illo igitur tempore legata captatoribus istis relinquere voluisse constaret (ad Amicos I, 18, 3), neque signi veritas in dubium posset vocari: habebat utique imperator in uxoria causa iudex, cur adversum ex sinistra rei interpretatione rumorem metueret. Ita dum aliquamdiu consilii dubius cunctatur, Frontoni fecit metum, ne quid philosophia perversi suaderet (ep. ad Amic. l. l., 4.) h. e. ne Marcus, repudiata pecunia, famam suam ab omni tueretur suspicione, malumque rectoribus provinciarum iudicibusque exemplum caveret. Quod si Faustinæ honestatem ipsam et Augustæ dignitatem respexisset, satis habuisset, legis Falcidiæ beneficio uti, quæ res vitio ei verti non potuit. Illa vero cum ampliorem hereditatis fructum expetens non posset nisi abolitis codicillis acquiescere: eius, ut diximus, instinctu Marco, ne Falcidia utatur, dissuadens Fronto levissimi momenti causas, manifesta muliebris ingenii commenta, affert, adeo inullum legis illius hac in causa usum concedens,

1 . . . abripere te præ [2] ut dicitur immo cellæ filios. Tantam de thensauris [3] Antonini pecuniam prodigi[4], quam nescio quæ ista altilis alumna accipiat, unde nihil Ega-
2 theus acceperit. Quanti vero rumores adversi, quantæ querimoniæ exorientur, bonis
3 lege Falcidia distractis? [5] Lineam istam famosam atque celebratam ceteraque tantæ pecuniæ ornamenta quis emet? Tua uxor si emerit, prædam invasisse et minimo ære eripuisse dicetur, eoque minus ad eos qui-

ut vel illud vereri se simulet, ne tota omnino hereditas repudietur, summoque genere et summis opibus nobilissima femina, de Marco eiusque uxore optime merita, intestata obierit. Quod sane omnium minime verendum fuit, quoniam tum quidem ad Faustinam, cui ab intestato heredi esse non liceret, ne minimum quidem hereditatis redisset. Tamen Fronto quod voluit effecit, adeoque quamlibet futilibus rationibus uxorium movit imperatoris animum, ut is securum iam esse posse se rescribat, cum quo nihil sibi sit optatius, concinentem cum vera ratione magistri sententiam secutus sit. Tale obsequium si quis latius ac per ipsa reipublicæ negotia manasse reputet, somniare iam desinet decantatam illam humani generis sub Marco felicitatem, nec iam Avidii Cassii criminationes subitumque iræ impetum mirabitur. *N.*

(2) Scr. *abripere terrae, ut dicitur, immo cellae filios,* ut ante exciderit *hereditatem* vel tale quid. *Terrae, immo cellae filios* nominat obscuros illos homines, servili conditione natos. Ille autem, quem deinde nobis produxit Maius, *Egatheus* quoquo modo in *legitimum heredem* transformari debet, sive, quæ Heindorfii est coniectura, hoc ipsum *legitimus* lateat in isto nomine ac deinde post *acceperit* oblitteratum sit *heres*, sive in terminatione *heus* vocem *heres* agnoscas, ut praeterea exculpendum sit aliquid ex litteris EGAT. *B.* Ego vero pro *Egatheus* legerim *Augustus*, cum imperatorem coheredem institui, in testamento præsertim cognatæ feminæ, mos exigeret, idque factum non fuisset. *N.*

(3) Ita Cod. *thensauris. Maius.*

(4) Cod. prima manu *prodigei. Maius.*

(5) Intelligitur hinc, totam hereditatem, excepto quod eius in numerato et nominibus relictum esset vendi solitam esse, ut tota inde confieret summa, atque ita et heredis quarta et residua legatorum constitui possent. *N.*

bus legatum erat pervenisse. An [1] non
emet ista ornamenta Faustina? Quis igitur 4
emet margarita *, quæ filiabus tuis legata
sunt? Iis margaritis collos [2] filiarum tua-
rum despoliabis, ut cuius tandem ingluvies
turgida ornetur? An hereditas Matidiæ a 5
vobis non adibitur? summo genere, summis
opibus nobilissima femina, de vobis optime
merita, intestata obierit? Ita prosus eveniet,
ut, cui funus publicum decreveris, ei ade-
meris testamentum. Adhuc usque in omni- 6
bus causis iustum te et gravem et sanctum
iudicem exhibuisti: ab uxorisne tuæ causa
prave iudicare inchoabis? Tum tu quidem
ignem imitaberis, si proximos ambures, lon-
ginquis lucebis.

8. R [3]

MAGISTRO MEO

Ergo magister meus iam nobis et patro- 1
nus erit? Equidem possum securus esse,
cum duas res animo meo carissumas secu-
tus sim, rationem veram et sententiam tuam.
Di velint, ut semper, quod agam, secundo
iudicio tuo, mi magister, agam! Vides quid 2

* *In margine:* Hoc margaritum et hæc margarita genere neutro, et genere feminino hæc margarita et hæ margaritæ, ut Cicero de Siguis (4), *nullam gemmam aut margaritam.*

(1) Scr. *At* sine interrogatione. *B.*

(2) *Collos* notatur etiam in margine Codicis, ob genus masculinum rarius usurpatum. Sane Quintilianus I. 6. ait: Nec *collos* mihi Calvus persuaserit. *Maius.*

(3) Nempe RESCRIPTUM. *Maius.* v. Maium ad Inscr. Ep. 6. ad Antonin. Pium.

(4) In Verr. 4, 1.

horæ (1) tibi rescribam. Nam post consultationem amicorum in hoc tempus collegi sedulo ea quæ nos moverant, ut domino meo (2) perscriberem faceremque eum nobis in isto quoque negotio præsentem. Tum (3) demum θαρσήσω τοῖς βεβουλευμένοις, cum fuerint ab illo comprobata. Orationem, qua causam nostram defendisti, Faustinæ confestim ostendam et agam gratias ei, quod mihi talis epistula tua legenda ex isto negotio nata est. Bone et optime magister vale (4).

(1) Legerim *hodie*, ut hoc dicat: vides quo iam hodie inclinet animus meus, tua auctoritate adiutus. Nam ad rem conficiendam nihil iam nisi fratris comprobationem requiro. *H.*

(2) Nempe *L. Vero. Maius.*

(3) Cod. *tuum* pro *tum. Maius.*

(4) Calci huius Epistulæ subiicitur in Codice hæc clausula:

Recognovi.

EPISTULAR.

M. FRONTONIS

EPISTULAR.

Lib. II.

Quæ clausula indicat desinere librum primum et incipere librum secundum Epistularum Frontonis ad Marcum. Primo autem libro Epistularum non apponitur numeralis nota sive in frontibus paginarum sive in calce ipsius libri: at secundo tum constanter in omni pagina, tum diserte etiam in calce adscribitur nota Lib. II. Recole etiam quæ observavi ad calcem Libri I. Epistularum ad Verum p. 104. (Ed. Mediol.) *Maius.*

M. CORNELII FRONTONIS
AD
M. ANTONINUM AUG.
EPISTULA
DE BELLO PARTHICO (1)

. . . . [*Mars*] tam [*etsi*] (2) genuit gentem 1
Romanam, æquo animo patitur fatisci nos interdum et pelli et volnerari. An cunctetur de militibus nostris Mars pater illa dicere:

Ego cum genui, tum morituros scivi et ei 2
rei sustuli.

Praeterea cum in (3) *terrarum orbem misi* (4) *ob defendendum imperium,*

Scibam me in mortifera bella, non in epulas mittere (5).

(1) Scriptum hoc quamvis futile insignem tamen ævi illius notam præfert. Nam quale istud ævum fuisse putemus, quo cladem exercitus Romani eam, quæ, dissoluta tum disciplina militari, totius Asiæ iacturam minaretur, ita æquo animo consularis Romanus ferret, ut vacare posset conscribendæ in imperatoris amici consolationem istiusmodi nugatoriæ ac puerili prope declamationi? Iam nemo miretur neque doleat exercitum mox summæ rerum dominum arbitrumque. *N.*

(2) Alius a Frontone scriptum coniectet, *Qui deus tantam genuit gentem Rom.* Istiusmodi in re plane incerta supplementis satius erat Editorem omnino abstinere. Hic quidem *Martis* vocabulum ne tolerari quidem sinit proxima *Martis patris* mentio. *H.*

(3) Cod. pro *in* habet *ob*. *Maius*

(4) Cod. *missi*, sed prior *s* videtur deleta. *Maius.*

(5) Hi versus petiti sunt ex Ennii Telamone paucis mutatis. *Maius.* V. Cicer. Tusc. Q. III. 13 (28).

3 Hæc verba Telamo Troiano bello de suis liberis semel elocutus est: Mars de Romanis sæpe multisque in bellis hoc carmine usus est, Gallico bello * apud Alliam, Samnitico apud Caudium, Punico ad Cannas, Hispanico apud Numantiam, Iugurthino apud Cirtam, Parthico ad Carrhas: sed semper et ubique ærumnas adoris (1) terroresque no-
4 stros triumphis commutavit. Sed ne nimis vetera alte petam, vestræ familiæ exemplis utar. Traiani proavi vestri ductu auspicioque nonne in Dacia captus vir consularis (2)? ** Nonne a Parthis consularis æque vir in Mesopotamia trucidatus (3)? Quid? avo vestro Hadriano imperium optinente ***

* *In margine:* Quibus bellis Romani malam pugnam pugnaverint.
** *In margine:* Quos duces Traianus amiserit.
*** *In margine:* Et de Hadriano.

(1) Ita Cod. pro *adoriis*. *Maius.* Vel potius pro *adoreis*.

(2) Vix mihi persuadeo, hunc virum consularem captum a Dacis alium esse quam *Longinum*, de quo Dio Lib. 68. 12. Tamen Dio eum non dicit consularem, sed τινὰ στρατοπέδου ῥωμαϊκοῦ ἐξηγούμενον. *Maius.* Dione auctore, Longinus cum per fraudem in colloquium illectus esset, captus est; hoc autem loco, ubi sermo est de clade Severiani, adversi prœlii potius exemplum videtur memorari debuisse. Nihilominus Maio assentimur Longinum significari h. l.; ut, quod ignominiosum in hoc casu fuerit, ipsius exercitus cladem silentio prætermiserit Dio. Neque enim desunt exempla graviter vexatarum et ad bellum in Romanos coactarum gentium, quæ, quamvis parta victoria, de felici tamen belli exitu desperantes nullum ex victoria fructum nisi tolerabilem pacem peterent: unde probabile fit, Longinum proelio a Dacis victum, ut Mancini illius exemplo foedus cum hoste faceret, ad colloquium venisse, *N.*

(3) Hic est *Maximus*, quem pugnantem in Mesopotamia cæsum a rebellibus narrat Dio 68, 30. Fuit autem Maximus consul cum Traiano anno Urbis 856. Apud Glandorpium Onomast. rom. p. 107. dicitur *L. Appius Maximus Norbanus. Maius.*

quantum militum a Iudæis, quantum ab Britannis cæsum [1]? Patre etiam vestro imperante *, qui omnium principum [2] . . . .
. . . . . .
Si Marso quis patre natus viperas, lacertas 5
et natrices timeret, nonne degenerare videretur [3]? . . . et gloriam Romani nominis 6
restituendam, et insidias fraudesque hostium . . . quæ . . . compa[r]ata . . . vendere . . . nuga(ci) . . . consulta sunt. Iam . . . con . . . iure meritoque . . . . neque . . . . vocent paratos progredi, regredi, remanere: porro, retro, ilic, [*istic*]. Haudquaquam uti- 7
le est homini nato res prosperas perpetuo evenire. Fortunæ variæ magis tutæ. Est opibus et omnium, quæcumque intenderat, sine offensione potitus. [4] Nihil in ætate

* *In margine:* Antonino Pio.

(1) Constat, Iudæorum sub Hadriano rebellionem multo Romanis quoque sanguine stetisse. De hac Britannorum unus hic locus testis est, veram fuisse seditionem nec levis momenti, neque initio quidem successu caruisse. Spartiani verba, cum Britannos teneri sub Romana ditione non potuisse dicit (Hadr. c 5.), Angli historici de turbulentis quibusdam motibus acceperunt atque adeo plerumque plane neglexerunt. *N.*

(2) Lacuna hic est non unius, ut videtur, paginæ; post *principem* statim intercidisse *felicissimus fuit* vel alia nonnulla in hunc sensum verba liquet. Atque Antoninum Pium Capitolinus c. 5. per legatos suos plurima bella gessisse scribit et nominatim bella ab eo cum Britannis, Mauris, Germanis, Dacis, Iudaeisque gesta commemorat. Verum una cum septuagesimo Dionis libro, qui Xiphilini iam ætate interierat, omnis rerum seu bene seu male sub eo gestarum memoria evanuit. *N.*

(3) Solinus Cap. 2. „Gentem Marsorum serpentibus „illæsam esse nihil mirum: a Circæ filio hi genus du„cunt et de avita potentia deberi sibi sciunt servitium „venenorum: ideo venena contemnunt". *Maius.*

(4) Locum hunc sine ullo in Cod lacunæ indicio ita interpolavit Maius, ut initio statim post *Est* inseruerit

agunda duri aut acerbi expertus esse dicitur: quin [1] sub manus cuncta prosus [2] beatis-
8 simus. Rex Amasis Aegyptius sapiens fortunatissimis consultus scriptis familiaribus litteris suasit, ut semet ipsum [3] voluntario aliquo damno multaret, eoque dolore[4] . .
9 Habebat (Darius) [5] anulo manupretio . . . (f)acie eximia, lapidem smaragdu(m) . . . . summo . . . Eum Polycrates anulum nave longa in altum provectus sponte in mare abiecit, unde numquam . . . . emergeret [6]. Tum quod sciens spon(teque) [*id fecisset*,]

hæc: *exemplo Polycrates Samiorum tyrannus ingentibus praeditus.* Lenius in promptu est remedium. Repone *Et opibus et omnium quaecunque intenderat, sine offensione Polycrates potitus nihil in aetate — esse dicitur. H.*

(1) Hæc sic expleta edidit Maius, nullam in Cod. lacunam significans: *quin sub manus cuncta* [*quae voluit*] *prosus* [*redegit evasitque*] *beatissimus.* [*Quibus de rebus*] *rex Amasis* etc. In quibus cum particula *quin* gravius aliquid indicet, quid aliud nisi molesta eorum, quæ dicta sunt, repetitio infertur? Ne quid dicam de hoc *prorsus* misere a proximo *beatissimus*, quo manifesto pertinet, distracto. Nos ita potius locum redintegrandum proponimus: *Cui, cum sub manus cuncta prorsus beatissimus redegisset, rex Amasis Aegyptius sapiens, fortunae peritissimus, consultus* etc. Istud, quod in textu est, *fortunatissimis* Maius haud dubie iungi posse putavit cum illo suo *Quibus de rebus. H.*

(2) Ita Cod. *prosus* pro *prorsus. Maius.*

(3) Ita in ipso Codice corrigi monuit in Addend. Maius, cum in textu dedisset *sempern(i)um H.*

(4) Post *dolore* Maius hæc a se excogitata in textu exhibuit: *invidum numen placaret. Id cum non improbasset Polycrates, cogitabat porro quid amittens maxime doleret . . .* Modestius alius hæc pauca suppleat: *deorum* (vel *fortunae*) *effugeret invidiam. H.*

(5) *Darius* mihi prorsus legere videor. *Maius.* Vix dubito quin Fronto scripserit, *Habebat aureo in anulo manupretio ingenti atque facie eximia lapidem smaragdum, quem diligebat summopere. H.*

(6) An *unde nunquam videretur posse emergere? H.*

abiectum . . . dolebat[1]. Piscator (quidam) 10
nactus indignum duxit ad venalis deferre, sed dignitati parens regi obtulit. Rex gratum acceptumque habuit, eumque (a famulis) apponi iussit: qui [*cultris*] [2] atque opera eum piscem contrectantes anulum in alvo repertum ad regem gaudentes detulerunt. Tum Polycrates litteras ordine de casu et 11
postliminio anuli perscribtas ad regem Amasim mittit. Amasis magnum et maturum malum Polycrati coniectans amicitiam hospitiumque renuntiat, ut alieni potius quam hospitis sui aut amici [3] fortunam commutatam (ipse) minus ægre ferret. Sed somnium filiæ Polycrati iam ante insigne optigerat. Patrem suum videre sibi visa erat 12
aperto atque edito loco sublimem ungui et lavi Iovis et Solis manibus. Harioli autem lætam et pinguem fortunam portendier somnio interpretati [4]. Sed omne contra eve-

(1) Coniicio, *Tum quod sciens sponteque abiecerat, abiectum tamen dolebat.* Post hoc *dolebat* orationem hoc emblemate Maii ingenium exornavit: *Ecce autem quinto sextove postquam haec acta sunt die, piscem satis grandem piscat.* etc. Ad sensum quidem non opus erat nisi huiusmodi fere supplemento: *Mox piscem piscator grandem nact. H.*

(2) Immo *cura. H.*

(3) Cod. *ut alieno potius suo quam hospite aut amico fortun . . . commutat . . . minus aegre ferret. Maius.* Iis Codicis vestigiis insistens legerim equidem: *ut in alieno potius homine quam in hospite et amico fortunae instantem commutationem minus aegre ferret. H.* Malim equidem minima mutatione servatisque Maii supplementis scribere: *ut alieno potius, suo quam hospiti aut amico fortunam commutatam ipse minus aegre ferret:* in quo sermone vox *suo* non sine affectu præversa nihil parit ambigui, cum præposita sic coniunctioni *quam* opponi superiori illi *alieno* nequeat. *B.*

(4) Cod. *interpraetati. Maius.*

nit. Nam deceptus ab Orœte Perse Polycrates captusque in crucem sublatus est. Ita ei crucianti somnium expe(ditum. Ma-
13 nibus) . . . [1] Huius (fabulæ) exorsus . . . bent . . . interdum . . . . [*Non est exsultandum in*] nimia et diutina prosperitate, nec, si quid malæ pugnæ acciderit, defetiscendum:
14 sed victoriam brevi spera. Namque semper in rebus gestis Romanis crebræ fortunarum mutationes exstiterunt [2]. Quis ita ignarus est bellicarum memoriarum, qui ignoret. populum Romanum non minus cadendo quam cædendo imperium peperisse? legiones nostras sæpe [*victas cap*]tasque ar[*tibus*] barba-
15 rorum esse? Quamvis . . . [*equidem ut ad colendas*] fruges, tauri subigi iungendo domarique potuere, [*ita*] [3] nostri exercitus sub iugum missi sunt: sed eosdem illos, qui sub iugum egerant, paulo post ante triumphum nostri egere et captivos sub corona
16 vendidere. Post Cannensem cladem Pœnus imperator anulorum aureorum, quos cæsis equitibus [4] Romanis Pœni detraxerant, tres

(1) Maius cum ex oblitterata Codicis lectione istud *manibus* eruisset, huic in textu de suo hæc addidit: *enim Iovis, cum plueret, lavabatur, solis autem manibus unguebatur, dum ipse e corpore humorem emitteret* . . . Adeone ineptire potuerit Fronto, ut imperatori hanc etiam somnii interpretationem suggesserit? Vellem exculpsisset nobis potius Maius probabile aliquid ex his *Ita ei crucianti somnium expe* . . . . , in quibus vide num talis fere scriptura delituerit: *Ita in cruce alta somnii vim expertum est eius corpus* (vel *cadaver*). *H.*

(2) Codex semper fere habet verbum *exto* sine intermedia *s*. Heic tamen et p. 345 interseritur *s*. *Maius.*

(3) Leg. *Quamvis viribus feroces tauri subigi iungendo domarique potuere; nostri exercitus sub iugum* etc. *H.*

(4) Cod. *aequitibus*. *Maius.*

modios cumulatos misit Carthaginem *. Sed non multo post Carthago capta est; illis qui (1) anulos detraxerant, catenæ inditæ sunt **. In ea pugna Scipio quantum hominum Pœnorum Afrorumque cepit aut occidit aut in deditionem accepit (2), si eorum linguas resecari imperasset, navem onustam linguis hostium Romam inegisset. (3)

Quod te vix quicquam nisi raptim et fur- 17
tim legere posse præ curis præsentibus scribsisti (4): fac memineris et cum animo tuo reputes, C. Cæsarem atrocissimo bello Gallico occupatissimum cum alia multa militaria, tum etiam duos *de analogia* libros scrupulosissimos scripsisse, inter tela volantia de nominibus declinandis, de verborum aspirationibus et rationibus inter classica et tubas. Qur igitur tu, Marce, non minore ingenio 18
præditus quam C. Cæsar, nec minus ordine inclitus (5), nec paucioribus exemplis aut documentis familiaribus instructus, non vincas negotia et invenias tibimet tempora non modo ad orationes et poemata et historias et præcepta sapientium legenda, sed etiam syllogismos, si perpeti potes, resolvendos? Nunc 19

* *In margine:* Tres modios anulorum cumulatos Hannibal cæsorum equitum romanorum apud Thrasymenum Carthaginem misit.

** *In margine:* Victa Carthagine, qui anulos detraxerant, catenas acceperunt.

(1) Ita Codex teste Maio in Add. Nam in textu Mediol. est *illisque qui.*

(2) Male exclamandi signo hic posito, novum sermonem a subsequenti *si* exorsus est Maius. *B.*

(3) An *misisset? N.*

(4) Patet, Frontonem respondere Marco ad ea quæ Ep. 2. 1. ad M. Antonin. Aug. scripserat. *Maius.*

(5) Codex videtur habere *inscitus. Maius.*

ut orationem istam Tulli, quam tibi legendam misi, paucis commendem; mihi profecto ita videtur, neminem umquam neque Romana neque Græcorum lingua facundius in concione [1] populi laudatum, quam Cn. Pompeius in ista oratione laudatus est: ut mihi ille videatur non ita suis virtutibus, ut Ciceronis laudibus *Magnus* cognominatus. 20 Tum præterea multa istic reperies præsentibus consiliis tuis capita apte considerata, de ducibus exercituum deligendis, de commodis sociorum, tutela provinciarum, de . . . tum [2] . . quibus artibus præditos esse oporteat imperatores (ob suam et ceterorum) . . . tractatus . . . quas . . . intentionem . . . 21 consuevi. Ne . . . sim . . . quid ego intento maiore, vel aliquando repræ . . . arbitror profuturas [3]; velis dumtaxat. Et si quis 22 . . . quod inper . . . Neque mihi succenseas, quod non mea manu tibi rescribserim, præsertim cum a te tua manu scribtas litteras acceperim. Digitis admodum invalidis nunc utor et detrectantibus. Tum hæc epistula multum verborum in(gerebat) [4], mea autem dextera manus hac tempestate paucarum litterarum.

M. FRONTONIS
DE BELLO [5] PARTHICO

Legi emendavi qui supra.

(1) Cod. *cognitione*, ut monet in Add. Maius.
(2) L. *disciplina militum* sine *de*. *B.*
(3) Doleo paginam hanc Frontoniani scripti pæne totam esse deletam. *Maius.*
(4) Conjecerim *multorum verborum indigebat*. Sed tum necessario post *tempestate* inserendum *est*. *B.*
(5) Codex pro *bello* habet *belo*. *Maius.*

M. CORNELII FRONTONIS
EPISTULAE
AD
M. ANTONINUM AUG.
DE ORATIONIBUS.

Tituli operis huius veritatem subscriptio in fine confirmat. Intelligimus autem præcipue ex prima epistola, Marcum, cum imperium esset adeptus, habitas a se in senatu orationes edictaque sua Frontoni misisse, qui scripti cuiusque dictionem suo severe æstimaret iudicio; veniam certe censuræ huius ei dederat imperator. Qui quamvis in istiusmodi libellis non posset quin rhetorum more aliquem adsciscceret sermonis ornatum, cum alibi dudum odiosa illa putidæ artis vincula aspernatus suo uteretur dicendi genere: tamen scholastico homini parum diligens in delectu posituque verborum videbatur. Nec tamen Marci animum offendere scriptorum eius castigator poterat, nec, si potuisset, non libenter tamen seni magistro censuræ illius voluptatem concessisset homo omnium φιλοσοφωτάτος. Iam enim illæ conticuerant turbæ, quas in libro de Eloquentia vidimus concitatas tum, cum Marcus eam, cui a pueris toto pectore deditus fuisset, rhetoricam abiicere coepisset; id nunc agere Marcus videtur, ut fidi sui piique animi declaratione subiratum adhuc senem placet; nec tamen omnem videtur abstergere posse offensam. Porro in ista Editionis Mediol. congerie fragmenta insunt duarum epistolarum vel dissertationum potius, quas nos ad Antoninum Augustum scriptis epistolis adnumeramus. Quorum ut altera Senecæ exagitat stilum, ita eundem ob dicendi genus Fronto in scriptis anno fere 161 epistolis Alsiensib. 3. 5. ioculariter irridet eum in modum, ut appareat, agitatam tum cum maxime inter utrumque hanc esse de philosophi illius oratione disceptationem, quippe quem æmulari Frontoni imperator videretur. Quo pertinent illa quoque *Rursus faxo me magistrum experiare.* Ac de altera (nobis tertia) ad initium eius dicemus. Pleraque autem ex hoc opere fragmenta singula sunt folia foliorumque fragmenta, non cohærentia inter se et graviter mutilata. Quæ etsi levem tantum et exiguam probabilitatem secuti in hunc ordi-

nem disposuimus, sic tamen disposita paullo apertiora ad intelligendum fore speramus quam sunt in Ed. Med. Ordinis autem hæc est diversitas:

Ed. nostr.		Ed Mediol.
Ep. I.	fr. 1.	de Orat. lib. II. fr. IV.
	fr. 2.	— lib. II. fr. II. a p. 257. v. 7. *alterum* ad fin.
	fr. 3.	de Feriis Alsiensib. IV.
Ep. II.	fr. 1.	ibid. V.
	fr. 2.	de Orat. lib. II. fr. V. usque ad p. 265. v. 8.
Ep. III.	fr. 1.	— lib. II. fr. II. a p. 255. v. 12. *sententias inopinatas* usque ad p. 257. v. 7. *versum*.
	fr. 2.	— lib. I. fr. IV.
	fr. 3.	— lib. II. fr. III. p. 262. a v. 4. *dicet* ad fin.
Ep. IV.	fr. 1.	de Orat. lib. II. fr. I.
	fr. 2.	— lib. II. fr. V. a p. 265. v. 9. usque ad fin.
	fr. 3.	— lib. II. fr. VI.

N.

I. ANTONINO AUGUSTO FRONTO (1)

1 PLERAQUE in oratione recenti tua, quod ad sententias adtinet, animadverto egregia esse, pauca admodsum uno tenu verbo corrigenda, nonnihil interdum elocutione novella 2 parum signatum. Quæ melius visum est particulatim scribere: ita enim facilius perpendes singula, et satis temporis ad inspiciendum habebis, ut qui plurimis negotiis aut 3 agendis occupatus sis, aut actis defessus. Igi-

(1) Cum, quam incerta sit et dubia fragmentorum totius huius libri coagmentatio, supra monuerim, non vereor, ne, quod tria quæ sequuntur fragmenta quasi unius epistolæ partes composui, nimis audacter fecisse intelligentibus videar. Alterum et tertium fragmentum, satis certum videtur, inter se cohærere. Ea primo diiunxi, ne certioribus destitutus argumentis epistolarum numerum augerem. *N.*

tur in prohœmio quæ egregie a te dicta putem, quæque arbitrer corrigenda, scribsi tibi. Scripturum deinceps pro amore in te meo confide cetera. Prima ergo pars tota mirifica est; multis et gravibus sententiis referta: in quibus eximiæ sunt . . . . Si recte . . . quo genere Cato . . . . primis . . . . et hoc genere . . . . moderatæ et . . . . nonnullo . . . . esse. Si parce et cum dignitate . . . . . Multo deinde gravior et severior subjuncta . . . Si nihil . . . nobis opinionis 4

2. . . . . alterum proprium *comes*, alterum translatum *opifex*; neque ulla verbis istis inter se communio inest neque propinquitas. Offendit igitur aures ingruens diversitas . . . (1) sapere . . . Sallustius (2) [*ait*] *quique manu, ventre, pene, bona patria laceraverat* . . . Vides quantum similitudine formæ verborum adsecutus sit, ut postremum verbum, quamquam parum pudicum, non indecorum esse videatur: ideo scilicet, quod . . . verba similia præcedant. Quod si ita hæc verba contra dixisset, *quique ea* (3) *pene bona patria laceraverat*; indita (4) ob- 1 2

(1) An *diversitas formae*, ut mox loquitur de similitudine formæ verborum? Statim post coniicio *Sapienter Sallustius*: *quique* etc. Nam *ait* istud cur tandem intrudatur? *H.*

(2) Bell. Catil. 10. *Nam quicunque impudicus adulter, ganeo, manu, ventre, pene bona patria laceraverat*; *quique* etc.

(3) Ita Cod. *quique ea. Maius.* Natum sine dubio hoc *ea* ex præcedente *e. H.*

(4) Cod. *ineditas. Maius. F. foeditas obscenae vocis appareret. B.*

sceni(tas) eis appareret . . . . . trat ais (*ventre*), *manu*, *venere* [1]. Ad . . . (aures, tertioque) . . . . . .

1 3. . . . . [2] nullius ante nisi unius Caii Sallustii trita solo [3], sensum dictu periculosum et pæne opstestricium pulcherrimo cultu et honestissimo ornatu protulisti.
2 Εὐφρανας, ὑπερευφρανας, σώζεο [4] μοι. Quod librari manu epistula scribta est, a labore gravi digitis consului, qui sunt iam in suspicione.

II. ANTONINO AUGUSTO FRONTO

1 Quid . . . . scrutetur . . . . qua . . . . . propera . . . . . Neque balbam virginem

(1) Cod. videtur habere *venire*. *Maius*. Immo *ventre*. Nam quod primo loco *ventre* posuit Maius, temere fecisse videtur. *B.*

(2) Fragmentum hoc et, quod proximum sequitur, epistolæ quartæ primum Maius inter Epistolas de Feriis Alsiensibus velut quartam quintamque recepit, quoniam illarum sexta (nobis 4) finem huius fragmenti respicit, et, quam ille quintam numerat, ea in eodem folio sequitur. Verum quominus hæc illuc in illam, quæ integra superest, epistolarum seriem referantur, ipsius obstat Codicis auctoritas (V Maius p. 194 Ed. suæ); cumque ex epistolarum inter Marcum Augustum et Frontonem commercio plura componerentur minora συντάγματα, fieri non potuit quin, quæ singulis insererentur epistolæ, in iis interdum inesset quod epistolam spectaret in aliud corpus propter summam argumenti redactam. Atque ipse etiam Maius dubitat p. 246. Ed. Mediol., annon fragmentis hisce locum assignare inter Epistolas de Orationibus oporteat. *N.*

(3) Lucret. 1, 925. *Avia Pieridum peragro loca, nullius ante Trita Solo*

(4) Suspecta vox ob dialectum.

quæ Vestalis sit capi fas est (1), neque sirbenam (2) . . . . Verba de balbutientibus ponenda varie . . . balbuttientium [*vitiu i*] his ferme verbis significatur *: vox impedita, vox vincta, vox difficilis, vox (fracta) vox inp rfecta, vox absona. His contraria quæ- 2
renti tibi subvenisse certum habeo: vox expedita, vox absoluta, vox facilis, vox (perita), vox (amabilis). Tua vox . . . vere . . . non . . . his omnibus . . . percensio sit . .
. . . . . .

2. *Oculos convenientes* (3) dixisti. Quis 1
clamor iteratur (4)? apparuit enim utrumque verbum quæsitum et inventum. Quod

* *In margine:* Quibus vocabulis appellentur sirbeni.

(1) Gellius I. 12. „Qui de Vestali virgine capienda „scripserunt, negaverunt capi fas esse quæ *lingua debili* „sensuve aurium diminuta aliave qua corporis labe in„signita sit. *Capi* autem virgo propterea dici videtur, „quia pontificis maximi manu prehensa ab eo parente, „in cuius potestate est, veluti bello capta abducitur.“ *Maius.*

(2) Maius, ut incognitam hucusque vocem nobis explicet, ad partes vocat græcum proverbium: *συρβηνεὺς* vel *συρβηνέων χορός*, quem Athenæus Lib. XV. p. 697. ita definit: *ὧν ἕκαστον τὸ δοκοῦν ἑαυτῷ κατᾶσαι δεῖ, προσέχοντα οὐδὲν τῷ προκαθημένῳ καὶ διδάσκοντι τὸν χορόν.* Cf. etiam Hesych Etym. M. Suid. Hinc effici putat Maius, ut *συρβηνεὺς*, *sirbenus*, sit *qui confuse et incondite loquitur.* Nobis neque hæc satisfaciunt neque suppetunt meliora. Tuetur autem vocem latinam lemma in margine. *B.*

(3) Cum in primo, quod præcessit, epistolæ huius fragmento de *balbutiendo* et de *voce impedita* fuerit sermo, ac de vocabulis contrarium significantibus, eademque de re Fronto etiam in Sect. 2. huius fragmenti loquatur, ut in prima et tertia de *oculis* qui dicantur *convenientes*: aptius hæc utique cohærebunt, si primam Sectionem secundæ postposueris. *N.*

(4) Expectabam *iteretur* vel *iterabitur? H.*

ubi verbum invenisti [1], cavere pulchre
2 sciv(isti). *Impediti voce* dicuntur qui balbuttiunt [2], et contrarium est *soluta et expedita voce*: multo melius apparuit *enodata*. Quæsisse te arbitror ex eodem isto loco, quod est ἀπὸ τοῦ ἐναντίου, cum *imperfecta vox* balbuttientium sit, potuisse dici *perfec-*
3 *tam*. Quæ ignoras . . . *oculos convenientes* dixisti . . . inprobatur hic locus . . . significatione est. Theodorus [3] ἀπὸ τοῦ . . . χῶς [4] λέγεσθαι appellat. Nam convenire, et decere [5], et aptum esse, et quod [6] Græci ἡρμοστηλε(ῖν) [7] appellant. Non dubito alia item verba percensuisse. Nam straboni oculi *dispares* sunt. Potuisse te [8] *pares* aut *impares* dicere. *Disconcinnos* hos, illos *con-*

(1) Cod. *investi*. *Maius*.

(2) Recole locum similem in Epistula quinta Alsiensi. Et quidem ea epistula videbatur collocanda inter has de Orationibus; sed me movit, ut ibi dixi, clausula quartæ Alsiensis (cui quidem attexebatur quinta) ad utramque in librum Alsiensium coniiciendam. Ceterum utrubi ea fragmenta duarum epistularum colloces, id denique parvi refert. *Maius*.

(3) De hoc Theodoro loqui Tullium opinor in Bruto c. 12 „Quod Theodorus esset in arte subtilior, in ora„tionibus ieiunior". Et in Oratore item c. 12. ubi de iis generibus orationum, quibus non ad iudiciorum certamen, sed ad voluptatem aurium utimur, dicitur: „Hæc „tractasse Thrasymachum Chalcedonium primum et „Leontinum ferunt Gorgiam: Theodorum inde Byzan„tium, multosque alios, quos λογοδαιδάλους appellat in „Phædro Socrates" etc. *Maius*.

(4) An πολλαχῶς? *H*.

(5) Cod. *dicere*. *M*.

(6) F *est quod Gr*. *H*.

(7) Ita prorsus in Codice ἡρμοστηλε(ῖν) literis omnibus præter ultimas conspicuis. Et nota vocabulum græcum. *Maius*. Id præter Maium agnoscat nemo. Monstrosa vox nata h. l. ex ἡρμόσθαι. quod librarius latinus scripserit HPMOSTHAI. *B*.

(8) An *Potuisses*? *H*.

cinnos dici potuisse, *comvenientes* [1] multo melius . . . . . .
. . . . . .

III. (*Antonino Augusto Fronto*) [2]

. . . . . .
. . . . . [*senten*]tias inopinatas aliis [*expec*]tatas. Tanto maius periculum sententiis inest, nisi figurationibus moderatis temperantur. Græcis verbis fortasse apertius significabo: τὰ καινὰ καὶ παραδοξα τῶν ἐνθυμημάτων εἰ . . . π ἑαυτὰ πλα . . . πε η πιθαν . . . δὲ τὸ οι . . . τὶ καὶ . . . πειπ . . . Hoc ego anim . . . nullis rationibus . . . liber * . . . rarus. Scias igitur in hoc uno 3
eximio [3] eloquentiam tuam claudere. Moneo igitur Marcum meum etiam atque etiam et ut meminerit obsecro, quotienscumque ἀδ(οξ)ότερον ἐνθύμημα animo conceperis, volvas illud, temet [4] diversis et variis figurationibus verses temptesque, et verbis splendidis excolas. Nam quæ nova 4
et inopinata audientibus sunt, periculum est,

* *In margine*: Mire.

(1) Ita Cod. *comvenientes* h. l. *M.*
(2) Coniunxi tria, ut ex eadem epistola, fragmenta, in quibus id agitur ut in universum demonstretur necessitas verba cum delectu quodam usurpandi. Hæc utrum ad Marcum Cæsarem an ad Augustum scripta fuerint, non puto nisi inspectis membranis diiudicari posse. Nam quod familiariter *Marcum* appellat Fronto fr. 1.3., idem facit in fragmento epistolæ sine dubio ad Augustum missæ ep. 4. fr. 3. *N.*
(3) Cod. videtur habere *eximum. Maius.* Ex quo refingi debebat *eximiam. N.*
(4) An *volvas illud tecum? H.*

nisi ornentur et figurentur, ne videantur absurda. Cetera omnia tibi in eloquentia expolita et (explanata) [1] sunt. Scis * verba quærere, scis reperta recte collocare, scis colorem sincerum vetustatis appingere, sententiis autem gravissimis et honestissimis abun-[*das*] [2] . . . . tralatum [3] . . . . tum . . . res ita impule(rint) . . . . vincas . . . Inesse . . . versum . . . . . .

1 2. . . . Ut plerumque loca, gradus, pondera, ætates, dignitatesque dinoscere [4]: ne in oratione præpostere ut in temulento ac perturbato convivio conlocentur: quæ ratio sit verba geminandi, et interdum trigeminandi, nonnumquam quæ duplicia [5] sæpe quinquies aut eo amplius superlata ponendi, sed ut certo ac sollerti termino uniantur.
2 Post ista omnia investigata, geminata, distincta, finita, cognita, verborum omnium, ut ita dixerim [6], de populo **, sicut in bello, ubi opus sit legionem conscribere, non

* *In margine*: Mire (7)

** *In margine*: De populo verborum, sicut in bello ubi opus sit legionem conscribere, non tantum voluntarios legimus sed etiam latentes, ita etiam in verbis non (8) obvia, sed etiam latentia elicienda sunt et indaganda.

(1) Immo *expedita*. *N.*
(2) Sic nos. Maius, abun[*dare*]. *N.*
(3) Ita Cod. *tralatum*. *Maius.*
(4) Ita Cod. notante in Add. Maio, non, ut editum, *dignoscere*.
(5) Mutandum hoc *quae duplicia* in *quadruplicia* quis non statim videat? *H.*
(6) *Ut ita dixerim, populo*, Cod. teste in Add. Maio, qui ediderat *ut ita dicam, de populo*. Necessarium sane *de* cum marginis nota confirmet, in textu reliquimus.
(7) Hic quoque *mirus* locus periit. *Maius.*
(8) Maius addidit *solum*.

tantum voluntarios legimus, sed etiam latentis militari ætate conquirimus, ita ubi verborum præsidiis opus sit, non voluntariis tantum, quæ ultro obvenerint, utemur, sed latentia eliciemus atque ad imperandum [1] indagabimus. Hic illud etiam, ut ego arbi- 3
tror, scite a nobis conventum [2], quibus rationibus verba quærantur, ut non hiantes oscitantesque exspectemus quando verbum ultro in linguam quasi palladium de cælo depluat, sed ut regiones verborum et saltus noverimus, ut, ubi quæsitis opus sit, per viam potius ad vestigandum, quam invio [3] progrediamur. Certa igitur hæc loca sunt 4
a vobis . . . [4] In primis oratori cavendum, ne quod novum verbum ut æs adulterinum percutiat; ut unum et id[*em*] verbum vetustate noscatur et novitate delectet . . . castella verborum . . . conciliabula verborum

. . . . . .

3.

Dicet aliquis: tu igitur præter ceteros nimirum verbis pulchris et insignibus utens [5]? Ego immo volgaribus et obsole-

(1) Cicero ad Famil. IX. Epist. 25. „Nunc ades „ad imperandum, vel ad parendum potius: sic enim an„tiqui loquebantur". Quo loco P. Manutius adnotavit: „Scripta veterum interiere, in quibus hic loquendi mo„dus crebrior fuit. Unius igitur Sallustii utemur testi„monio: *Iugurtha cum ad imperandum Tisidium vocare„tur.*" *Maius.*

(2) An *commentandum* vel *comminiscendum*? *H.*

(3) Nota adverbium *invio*. *Maio.*

(4) Fortasse *a nobis exploranda*. *H.*

(5) Scr. *uteris*. *N.*

tis. Quid igitur est? Nisi istud saltem scirem, deterioribus uterer.

IV. (*Domino meo Antonino Augusto Fronto*) [1]

1.

1 . . . . . Pauca subnectam fortasse inepta et iniqua. Nam rusus [2] faxo magistrum me experiare. Neque ignoras omnem hanc magistrorum [*turbam*] [3] vanam propemodum et stolidam esse: parum eloquentiæ, et sapientiæ nihil. Feres profecto bona [4] venia veterem potestatem et nomen magistri me
2 usurpantem denuo. Fateor enim, quod res est, unam solam posse causam incidere, qua causa claudat [5] aliquantum amor erga te meus, si eloquentiam neglegas. Neglegas tamen vero potius censeo, quam prave
3 excolas. Confusam eam ego eloquentiam ca-

(1) Si quis hæc ut partem posteriorem tertiæ epistolæ ei conjungenda existimet, non magnopere contradicam. *N.*

(2) Ita Cod. *rusus*, quod paulo recentior manus fecit *rursus*. Vid. ad Amic. 2, 3. *Maius.*

(3) Videbatur inserendum vocabulum *turbam*. Nisi malis emendare sic: *nomen hoc magistrorum vanum propemodum et stolidum esse. Maius.* Male. Nam post *nomen* inferri *magistri* debuit, non *magistrorum*. Coniicio equidem, *ordinem hunc magistrorum vanum — et stolidum esse.* Iam statim intelligas, ita cohærere sententias: rursus magistrum me experiare. Quod nomen cum usurpo, nihil iam magnum mihi assumo. Nam omne quod nunc est, genus, omnis hic ordo magistrorum, vanus propemodum et stolidus est. *H.*

(4) *buona* exhibuit Maius, in Add. monens litteram *u* videri in Cod. puncto confixam.

(5) Pro *claudicet*. *Maius.*

tachannæ [1] ritu, partim igneis [2] nucibus Catonis, partim Senecæ mollibus et febriculosis prunuleis insitam, subvertendam censeo radicitus, immo vero Plautino irato [3] verbo *exradicitus* [4]. Neque ignoro copiosum 4
sententiis et redundantem hominem esse: verum sententias eius tolutares video, quamquam [5] quadripedo concito cursu, tenere nusquam, pugnare nusquam: (ma)iestatem studere, [*et*] ut Laberius ait, *dictabolaria*, immo dicteria potius eum quam dicta continere. Itane existimas graviores sententias 5
(et eadem de re) apud Annæum istum repertu(m iri) [6], quam apud Sergium [7]? Sed

(1) Arborem huiusmodi multiplex fructuum genus ex insitis germinibus ferentem Marcus etiam Ep. ad M. l. II. ep. 13. *catachannae* nomine memorat. Certum igitur vocabulum est et notandum in iis, quæ inventæ hæ reliquiæ ad Latini sermonis copiam afferunt. De re ipsa Plinius et is quidem, nisi nos fallit memoria, ex veteribus scriptoribus unus loquitur. Extabat istiusmodi arbor prope Tibur, insitos multiplicis generis fructus gerens, paucis tamen annis emoriens. Hist. Nat. XVII, 26, quanquam locus Plinii ille admodum mutilus et depravatus est. *N.*

(2) An *ligneis* h. e. duris? *B.*

(3) Cod. *trato* vel *frato*. *Maius.*

(4) In editionibus Plauti Mostell. 5, 1, 63. est *eradicius*. *Maius.*

(5) Aliter longe equus currit qui tolutim quam qui quadrupedo cursu. Vid Forcellin. v. *tolutim* et Buttm. not. ad Marc. Ep. II, 4, 9. Igitur pro *quanquam* legerim *nunquam*. Tum media interpunctione posita, proxima sic scripserim: *tenere nusquam* (sc. lectorem), *pungere nusquam; maiestatem studere et, ut Laberius ait, dictabolari* (ἐπεισβολεῖν); *immo dicteria potius eum quam dicta continuare*. *H.*

(6) Alius expleverit *reperturum te*. *H.*

(7) Sergium Flavium latinorum verborum durum creatorem appellat Quintilianus Inst. VIII. 3. „Multa „ex græco formata nova ac plurima a Sergio Flavio, „quorum dura quædam admodum videntur, ut *ens* et „*essentia*." *Maius.*

non modulatas æque [1]; fateor: neque ita cordaces [2]; ita est: neque ita tinnulas [3];
6 non nego. Quid vero si prandium idem utrisque apponatur, at positas oleas alter digitis prendat; ad os adferat; ut manducandi ius fasque est, ita dentibus subiciat: alter autem oleas suas in altum iaciat; ore aperto excipiat; exceptas, ut calculos præstigiator, primoribus labris * ostentet? ea re profecto pueri laudent [4], convivæ delectentur; sed alter pudice pranderit, alter labellis gesticu-
7 latus erit. At enim sunt quædam in libris eius scite dicta, graviter quoque nonnulla. Etiam lamminæ interdum argentiolæ [5] in cloacis inveniuntur; eane re cluacas [6] pur-
8 gandas redimemus? Primum illud in isto genere dicendi vitium turpissimum **, quod eandem sententiam milliens alio atque alio amictu indutam referunt. Ut histriones quom [7] palleolatim [8] saltant, caudam cycni, capillum Veneris, Furiæ flagellum eodem pallio demonstrant, ita isti unam eandemque sententiam multimodis faciunt, ventilant, com-

* *In margine:* Primoribus labris. Facit nominativum singulare hoc primor labrum.

** *In margine*: Vitiosum dicendi genus eandem sententiam alio atque alio amictu induere.

(1) Nempe, *existimo* (immo *dixerit aliquis*) *repertum iri apud Sergium. Maius.*

(2) An *cordaceas* (ad cordacem aptas)? *H.*

(3) Cod. *atinnulas*, sed deleta, ut videtur, priore *a. Maius.*

(4) Videtur corrigendum *gaudeant. Maius.*

(5) Ita Cod. pro *argenteolae. Maius.*

(6) Ita Cod. etiamsi paulo ante scriptum sit *cloacis. Maius.*

(7) Cod. *quam. Maius.*

(8) Apud Plautum legitur in Pseud. 5. 1. 28. *palliolatim amictus. Maius.*

mutant, comvertunt [1]; eadem lacinia salutant; refricant eandem unam sententiam sæpius quam puellæ olfactoriæ sucina. Dicendum est de fortuna aliquid: omnis ibi Fortunas Antiatis, Prænestinas, Respicientis, balnearum etiam Fortunas [2] omnis cum pennis [3], cum roteis [4], cum gubernaculis [5] reperias. Unum exempli causa poetæ * prohœmium commemorabo, poetæ eiusdem temporis eiusdemque nominis: fuit [*enim*] [6] æque Annæus. Is initio carminis sui septem primis versibus nihil aliud quam *bella plus quam civilia* interpretatus est [7]. Nu(nc hoc) replicet [8] quot [9] sententiis. *Iusque datum sceleri*: una sententia est. *In sua vi-*

* *In margine*: Vituperat Lucanum.

(1) Ita Cod. *Maius.*

(2) Fortunis Antiatibus exstat inscriptio apud Gruterum p. LXXII. 3. Eædem sunt in nummo gentis Rustiæ. V. Eckhelium Doctr. num. vet. Tom. V. p. 298. Fortuna appellata est etiam Respiciens, scilicet *ad opem ferendam*, ut ait Cicero De Leg. II. Cap. 11. Balnearum Fortunæ exstat item inscriptio apud Gruterum p. LXXIII. 5. ob balneum curante quodam Frontone restitutum. DEAE FORTUNAE. VIRIUS LUPUS. LEG. PR. PR. BALINGIUM. VI IGNIS EXUSTUM. COH I THRACUM. RESTITUIT. CURANTE. VAL. FRONTONE PRAEF . . . TO ALAE. VETTO. *Maius.*

(3) In codice scriptum est *plenis*, tum emendatum *pennis*. Censeo dicendum *pinnis*. Et quidem de statua Fortunæ Reducis cum pinnis navium vide Gruterum p. LXXII 4. *Maius*

(4) Ita Cod. *roteis*, licet posterior manus videatur delevisse litteram *e*. *Maius.*

(5) Statua Fortunæ cum rota et gubernaculo edita est in Museo Pio-Clementino Tom. II. Tab. XII. *Maius.*

(6) Addidi *enim*. *Maius.*

(7) Cod. *interpraetatus*. *Maius.*

(8) Ita Cod. *replicet* *Maius.* Legendum videtur *Numerare placet, quot sententiis.* *B.*

(9) Cod. *quod*. *Maius.*

ctrici conversum viscera: iam hæc altera est. *Cognatasque acies:* tertia hæc erit. *In commune nefas:* quartam numerat. *Infestisque obvia signis* (1): [*appel*]lat (2) quoque quintam. *Signa, pares aquilas:* sexta hæc Herculis ærumna. *Et pila minantia pilis:* septima, de Aiacis scuto corium. Annæe, quis finis erit? Aut si nullus finis neque modus servandus est, qur non addis *et similes lituos*? addas licet *et carmina nota tubarum* (3): sed et loricas et conos et enses et balteos et omnem armorum supellectilem sequere (4). Apollonius autem, (non enim Homeri prohœmiorum par artificium est), Apollonius, inquam, qui Argonautas scripsit, quinque re . . . . (5) quattuor versibus narrat; παλαιγενέων κλέα φωτῶν: viros qui navigassent. οἳ Πόντοιο κατὰ στόμα: iter quo navigassent. βασιλῆος ἐφημοσύνῃ Πελίαο: cuius imperio navigassent. χρύσειον μετὰ κῶας: cui rei navigassent. εὐζυγον ἤλασαν Ἀργώ: navem qua vecti essent. Isti autem tam oratores quam poetæ consimile faciunt atque citharœdi solent unam aliquam vocalem litteram de [*Iu*]*none* (6) vel de *Aëdone* multis et variis accentibus (cant)are. Quid ego verborum sordes et illuvies, quid verba modu-

(1) Cod. *signa. Maius.*

(2) Aliud hic delituisse, declarat seq. *quoque* ante *quintam* positum. An *accumulat quartae quintam? H.*

(3) Inclinatis hæc et præcedd *et similes lituos* litteris expressimus utpote manifesto poetæ alicuius versum *Et similes lituos et carmina nota tubarum. N.*

(4) Immo *exequere* h. e. enarra. *N.*

(5) Haud dubie *res diversas. N.*

(6) Si quis hic quoque Græcum maluerit nomen, is reponat *Oenone. B.*

late collocata et effeminate fluentia? . . . . (tibi igitur) . . . . et aversantes . . . . nare hoc eloquentiæ genus. Clipeo te Achillis [1] 17
in orationibus . . μάλα [2] . . [*pugnare*] oportet, non parmulam ventilare, neque hastulis histrionum ludere. Aquæ de sipunculis concinnius saliunt, quam de imbribus . . . rem laudant(e) . . quærit . . quis istorum . . pandere . . apud . . . [3]

2. Dicas [4] fortasse: quid in orationibus 1
meis novicium, quid crispulum, quid (f)uscum [5], quid purpurisso litum, aut (tumidum, aut) pollutum [6]? Nondum quicquam, sed vereor . . . . eas prom . . . . . unt. Laudo censoris . . . . . ludos talarios 2
quod semet ipsum diceret, cum ea præteristi. Difficile dignitati servire, quin [7] ad 3
modum crotali aut cymbali pedem poneret.

(1) Nota genitivum *Achillis*, quum alibi Fronto scripserit *Achilli*. *Maius.*

(2) Nemo græcis istis litteris fidem habeat. Post Achillis clipeum Patrocli hastam aliquo modo significatam fuisse puto. Cf. Il. π, 130 sqq. *B.*

(3) Non exiguæ sane in his lacunæ esse atque plures versus plane videntur intercidisse. Sed tamen ut pro certo habemus, fragmentum hoc, quod alterum epistolæ caput posuimus, non aliunde, sed ex hac decerptum esse epistola, ita credere non possumus, inter primum caput et secundi huius initium plus periisse, quam quod in extrema pagina vetustas oblitterarit. *N.*

(4) Fragmentum hoc, quod ita lacerum et depravatum est, ut omnem fere emendatricis manus opem eludat, propter fragmenta aliorum scriptorum, quibus refertum videtur, meretur imprimis in Cod. MS. iterum diligenter inspici. *N.*

(5) An *coruscum* i. e. tremulum, velut apud Plautum Rud. 2, 6, 41. aliquis dicit, *omnia corusca prae tremore se fabulari? H.*

(6) Latere in his videtur *aut cerussa pollinctum.* Senec. de vit. beat. 7. *voluptas medicamentis pollincta. H.*

(7) F. *quum*, ut ad præced. *difficile* subaudiatur *erat. N.*

Tum præterea multa sunt in isto genere dicendi sinceris similia, nisi quis diligenter
4 examinat *. *Iusque datum sceleri* Q. (1) Annæus ait. Contra Sallustius *omne ius in va-*
5 *lidioribus esse.* Gallicanus quidam declamator (2), cum Macedones deliberantis (3), Alexandro morbo mortuo, an Babylonem . . . quid si utens *com . . . nes* inquit, *factum est:* eodem hoc verbo . . . *cla(udi)* ait, *fac-*
6 *tum est* (4) . . . . (commemo)rabile. *Tiberis* (5) *est tusce Tiberis quem iubes cludi*

* *In margine*: Multa sunt similia sinceris, nisi scrupulosius examinentur.

(1) *Marci* prænomen habuit.

(2) Suspicor, *Gallicanum* heic esse nomen gentile pro *Gallico*, et tacite innui *Gallicum* sophistam Favorinum Arelatensem, qui Frontonis fuit æqualis et familiaris. *Maius.*

(3) Dixerit fortasse aliquis in rhetorum libris versatus, quale hoc fuerit suasoriæ thema. Nos ut in universum ista suasoriarum argumenta novimus, non iniquius iusto de istis iudicare rhetoribus videmur, cum tale aliquid ab iis excogitatum coniicimus, num, mortuo Alexandro, incendenda sit Babylon, ut regi præbeat rogum. *N.*

(4) Perperam Maius hæc etiam *quid si utens* diverso charactere expressit, cum *utens* manifesto pertineat ad nominativum *Gallicanus.* In his autem *quid si* nomen latet figuræ, repetitionem verbi alicuius significans, quale est *apodosis* apud Donat. ad Ter. Andr. I, 5, 42; *prosapodosis*, *anadiplosis* apud Aquilam 32. 33. Ita laceri in his fili partes tamen aliquas restituas sic: „Gallicanus — „declamator cum Macedones — — an Babylonem . . . . „[induxisset] . . . si utens, *Com*[*milito*]*nes*, inquit, *fac-* „*tum est*: eodem hoc verbo [mox, *Duces*] *cla*[*rissimi*], „ait, *factum est. B.*

(5) In hac fragmenti parte magnæ sine dubio insunt lacunæ, quæque inter eas ut integra expressit Maius, ex parte quidem aliter longe legi in MS. videntur. Velut in *Ennii* nomine peccatum dicas; neque sane versus ulli concluduntur iis quæ pro illius poetæ versibus Maii textus venditat. Illud dubitationis habere nihil videtur, quin totus locus a verbis his *Tiberis est* usque ad illa *regnator undarum* continuo sermone cohæreat, quocirca

di (1). *Tiber amnis et dominus et fluentium circa regnator undarum* (2).

Ennius

Postquam consisti se fluvius qui omnium princeps

Qui sub civilia, ait. Peritia opus est, ut 7
vestem interpolem a sincera discernas. Itaque tutissimum est lectionibus eiusmodi apstinere. Facilis ad lubrica lapsus.

3. . . . . unum edictum tuum (3) memi- 1
ni me enim advertisse quod . . . scribseris . . . lo aliquo libro, cuius edicti initium (fuisset) *florere inlibatam iuventutem*. Quid 2
hoc est, Marce? Hoc nempe dicere vis, cupere te Italica oppida frequentari copia iuniorum. Quid in primo verbo et versu facit *florere?* Quid significat *inlibatam iuventutem?* Quid sibi volunt ambitus isti et cir-

hæc quoque *quem iubes* per inclinatam scripturam exhibuimus, secus quam factum est in Ed. Mediol. Manifestum certe locus habet declamatoriæ illius eloquentiæ colorem. Ac fortasse ad eundem hunc ea quoque pertinent, quæ sub Ennii nomine subsequuntur. *N.*

(1) Haud scio an hæc referantur ad Tiberis inundationem, quam Marcus coercendam lege aliqua iusserit. Certe sub initiis imperii Divorum Fratrum „Interpellavit (inquit Capitolinus in Marco p. 37. A) istam felicitatem securitatemque imperatoris prima Tiberis inundatio quæ sub illis gravissima fuit: quæ res et multa urbis ædificia vexavit, et plurimum animalium interemit, et famem gravissimam peperit. Quæ omnia mala Marcus et Verus sua cura et præsentia temperarunt.“ *Maius.*

(2) Videtur M. Aurelius imitatus locum Aeneidis VIII. 77. ubi Tiberis dicitur *Corniger Hesperidum fluvius regnator aquarum*. *Maius.*

(3) Si illud *enim*, quod sequitur, sincerum est, distingui debet *tuum*. *Memini* etc. *N.* Eruat hinc aliquis, *Memini me iam advertisse quaedam, quae scripseris, in illorum aliquo libro, cuius dictionem edicti initio imitatus scripsisti, florere* etc. Conf. sect. 3. init. *H.*

3 cumitiones? Alia quoque eodem edicto sunt eiusmodi. Revertere potius ad verba apta et propria et suo suco imbuta. Scabies, porrigo ex eiusmodi libris concipitur. Mone-
4 tam illam veterem sectator. Plumbei nummi et cuiuscemodi (1) adulterini in istis recentibus nummis sæpius inveniuntur, quam in vetustis (2), quibus signatus (3) est *Perperna* (4) vel *Tr(ebo)* (5). Quid igitur non malim mihi nummum Antonini aut Commodi
5 (6) aut Pii? Polluta et contaminata et varia et maculosa maculosioraque (7) [*haec* (8) *sunt verba.*] *quam nutricis pallium* (9). Omni ergo opera, si possit [*fieri*] ... linguam (communem) reddas. Verbum aliquod adquiras non fictum a te, nam id quidem absurdum est, sed usurpatum concinnius aut congruen-
6 tius aut accommodatius. *Tantum antiquitatis curaeque pro Italica gente, maioribus . . . fuit* (10), Sallustius ait. Antiquitatis verbum

(1) Ita Cod. *cuiuscemodi. Maius.* Pro *cuiusquemodi s. cuicuimodi.* Conf. Oudendorp. ad Appul Met. 8. p. 554. Cort. ad Sallust. Cat. 39 extr.

(2) Post *vetustis* intelligendum non *iis*, sed *ii*. Mox distinxerim *Quid igitur? Non malim — Pii?* Ut significet Fronto, malle unumquemque genuinos quam adulterinos nummos. Quamquam sic quoque friget sensus. *H.*

(3) Cod. fortasse habet *signitus. Maius.*

(4) Ita evidenter cod. *Perperna. Maius.*

(5) Ita mihi videor in Codice legere. Ceterum huius vocabuli *Tr(ebo)* pars posterior satis est obliterata et dubia, ut parenthesi appositâ fassus sum. *Maius.*

(6) L. Verum dicit, qui et *Commodus* fuit. *Maius.*

(7) Cod. *maculosioremque. Maius.*

(8) Latinitas postulat *ista*, et quis deinde sequens *verba* requirat? *H.*

(9) Ex Plauto Bacchid. 3. 3. 30. *Maius.*

(10) Sic ipse Maius ex Cod. hæc in Add. correxit, nisi quod pro *curaeque* dedit *curae* . . . Quod in promptu erat supplementum, præbet etiam Servius a Georg. 2, 209, Sallustii hæc ibi proferens, in quibus iam non

usitatum, sed nusquam (eo) sensu usurpatum (neque) probe adscitum. Nam volgo dicitur, quod potius sit, antiquius esse. Inde ipsa Sallustio derivata [1]. Et quoniam mi- 7
nus . . . et minus est verbum . . . sequenti verbo . . . (sec)tatus. Antiquitatis (eos æque) hoc modo *municipes sacrorum* * (actus) . . . Quid . . . arem . . . vale . . . poculum . . . ad hoc . . . mire . . . hoc genus verborum Accius Plautus sanus . . . numero uno . . . dere rem . . . le . . . væ . . . reno . . . de vire . . . . . .

M. FRONTONIS
AD M. ANTONINUM
DE ORATIONIBUS LIBER (2)

Legi emendavi qui supra.

* *In margine*: Municeps sacrorum.

suspicionem de corruptela movebit inauditus alias vocabuli antiquitatis usus. Vid. Lex. Forcell., ubi pro *caritate et amore* a Sallustio usurpatum perhibetur, cum potius studium curamque eam significet, qua quis aliquid ceteris omnibus antiquius habeat. Post *maioribus* haud dubie excidit *nostris*. Sallustium autem, vix dubium est, loco illo, unde decerpta hæc sunt, egisse de eo capite legis Liciniæ, quo liberi mercenarii in possessionibus agri publici haberi iubebantur. Simillima est animadversio Appiani de bell. civil. ed. Steph. p. 353. C. *N.*

(1) An *inde ista Sallustio derivatio*? *H.*

(2) Ex iis quæ ipse Maius ed. suæ p. 242 annotavit, in Codice non extare intelligimus quod Editio eius habet, *liber II*, sed ab Editore additam esse numeri notam. *N.*

M. CORNELII FRONTONIS
EPISTULAE
DE FERIIS ALSIENSIBUS (1)

---

1. MAGISTRO MEO

1 Ferias apud Alsium quam (2) feriatas egerimus, non scribam tibi, ne et ipse angaris et me obiurges, mi magister. (Lorium) (3) 2 autem regressus Cumnulam (4) meam . . . . febricitantem repperi. Medicus dicit, si . .

(1) Alsium fuit oppidum Etruriæ non longe ab ostiis Aronis fluminis. Antonini Itinerar. p. 300. „A Roma „in Portum M. P XVIIII. Fregenas M. P. IX. Alsio „M. P IX.“ Villas Alsienses memorant Cicero pro Mil. XX. ad Famil. IX. 6 Plinius Epist. X. Lib. VI. Valerius Max. Lib. VIII. Cap. I. *Damn.* 7. *Maius.*

Diuturnum Marci imperium primitus tantum securum fuit, reliquum totum fere plenum calamitatum, miseriarum sollicitudinumque. Lætioris temporis speciem epistolæ hae referunt, ut primis illis initi imperii mensibus scriptæ videantur *N.*

(2) i. e. *quam parum. B.*

(3) Ea villa sita erat inter Romam et Alsium. *Maius.*

(4) *Cumnulam.* Ita prorsus mihi legere videor in Codice. *Maius.* Post hæc verba Maius quattuor Marci filias (*Lucillam* quæ L. Vero Aug. nupsit, *Vibiam Aurelian Sabinam* ap. Gruterum p CCLII. 8. *Fadillam* ap. Murator. p. CCXLII. 3. *Domitiam Faustinam* ap Mabillonium Analect. pag. ed. nov. 363.) recensens, quintam hanc iis addere non dubitat *Cumnulam.* Ergo quem sonum, Cicerone judice, veteres Romani in illo *cum nobis* vel pronuntiare verebantur, eo filiolam appellaverit Marcus? Ego fidenter reponendum censeo *alumnulam*, quo verbo parvula aliqua e cognatis, quam secum habuerit Marcus, significari videtur Ita, si hoc afferre attinet, apud Chandlerum Inscr. 73. p 30 vir quidam et uxor Σωτηρὶς τοῦ θρεμματιου mortem lugent, unde lepido et ipse errore, Soterida Thremmatii f. Chandlerus nobis procudit. *B.*

. . cito nobis me . . . . tu qnoque . . . . valeas . . . . [*lœ*]tior sim. N(am) oculis spero te(cum lau)dem sanis, et . . . . Vale mi magister.

2. DOMINO MEO ANTONINO AUGUSTO

FERIAS Alsienses . . . . misi . . . ni . . . 1
in nobellæ quid cantetur viniæ atque . . . . quid multarum rusticarum: Catonem quoque 2
in oratione adversus Lepidum [1] verbum cantari solitum commemorasse, cum ait: *statuas positas Ochae atque Dionysidoro* [2] *effeminatis, qui magiras facerent* [3]. Id in 3
. . . . velint post redire . . . . . in ea . . . facit. Opportune . . . . brum . . . . rim cantandi ludendique initium capiunt. Et . . . . paravit . . . . . .
. . . . . .

(1) De Orationibus Catonis CL. quas legit Cicero, nonnisi LXX fere titulo tenus aut per fragmenta aliquot notæ sunt. Hæc in Lepidum oratio est ex iis, quarum hucusque ne ullum quidem vestigium superfuit. Videtur autem Lepidus is, in quem scripta est, fuisse *princeps senatus* ille; de quo si quis ambigat propterea, quod etiam in M. Fulvium, Lepido inimicissimum, orationem Cato habuit, et potius M Porcinam oratorem intelligere velit: is cum decimo demum post Catonis mortem anno consul factus sit, iunior, opinor, fuerit quam quicum Cato inimicitias exerceret. Porro omne nobilium genus sive amicorum inter se seu inimicorum Catoni odio habitum esse constat. *N.*

(2) Scr. *Dionysodoro*. *N.*

(3) Codex habet evidenter *magiras*. *Maius.*

3. DOMINO MEO ANTONINO AUGUSTO (1)

1 Quid? Ego ignoro ea te mente Alsium isse, ut animo morem gereres, ibique ludo et ioco et otio libero per quattriduum uni-
2 versum operam dares? Nec dubito quin te ad ferias in secessu maritimo fruendas ita compararis: in sole meridiano ut somno obœdires cubans; deinde Nigrum vocares, libros intro ferre iuberes: mox, ut te studium legendi incessisset, aut te Plauto expolires aut Accio expleres aut Lucretio delenires aut Ennio incenderes (2) in horam
3 ist(ic) (3) Musarum propriam quintam; re(dires) . . . inde libris . . . . mitteres; Ciceronis si sermones ad te detulisset, audires . . . . in devi(um) quantum poteris litus pergeres et raucas pa[*ludes*] ambires . . . . .

(1) Etsi epistola hæc non rescripta ad primam neque ad hanc quarta Marci videtur respondere, cum in hac nostra nulla valetudinis regiæ filiolæ mentio sit, discedere tamen nolui ab ordine Codicis MS., de quo nulla dubitatio esse potest. Vid. Maium p. 193. 194. ed. Mediol. *N.*

(2) Notatu dignum est, neque Virgilium neque quemquam omnino scriptorum Augustei ævi h. l. memorari a Frontone; quippe qui alio loco (ad M. Cæsar. de Eloq. fr. 3. 1. 2) ita existimet, eloquentiam Romanam sub Augusto consenuisse, sub Tiberio extabuisse; in hoc quoque adversatus Senecæ, qui vetustiores Romanorum litteras plane contempsisset, itemque a Quintiliani iudicio discedens, qui, quicquid doctrinæ eloquentiæque prior peperisset ætas, Augusteo sæculo ne comparandum quidem censuisset. Nimirum sub Hadriano ac per eum ipsum (Spartian. Hadr. c. 16.) priscæ illi rediit eloquentiæ et poesi honor, non quod prisci mores renati fuissent, sed quod pravitas sæculi fastidire cœperat eam, cui imitandæ impar esset, recentioris ævi elegantiam. *N.*

(3) F. *istam*. *N.*

vel, si videretur, aliquam navem conscende-
res, vel [1] æthere tranquillo in altum [*pro-*
vectus] portisculorum et remigum visu au-
dituque te oblectares: actutum inde balneas 4
peteres, corpus ad sudorem uberem commo-
veres; convivium deinde regium agitares
conchis omnium generum, Plautino *piscatu*
hamatili, ut ille ait [2], *et saxatili*, altilibus
veterum saginarum, mattiis [3], pomis, bel-
lariis, crustulis, vinis felicibus, calicibus per-
lucidis sine delatoria nota. Quid hoc verbi 5
sit, quæras fortasse: accipe igitur. Ut ho-
mo ego multum facundus et Senecæ Annæi
sectator [4] Faustiana vina [5] de Sullæ Fau-
sti cognomento felicia appello: calicem ve-
ro [6] sine delatoria nota cum dico, sine
puncto dico. Neque enim me decet qui
sim iam homo doctus, volgi verbis Falernum
vinum aut calicem acentetum [7] appellare.
Nam qua te dicam gratia Alsium maritimum 6
et voluptarium locum, et, ut ait Plautus,

(1) Legendum suspicor *ut*. *B.*

(2) Rud. 2. 1. 10. *Maius.*

(3) Ita Cod. *mattiis* pro *mattyis*. *Maius.*

(4) Cavillatio est in Marcum, in cuius scriptis aliquam Senecæ imitationem deprehendisse sibi visus esset Fronto. Serio graviterque eadem de re disserentem legimus rhetorem de Orationib. ep. 4. *N.*

(5) Faustiana vina celebrat Plinius H. N. 14, 8. *Maius.*

(6) *Vero* hoc ne quem offendat, qui post prægressum illud *ut* h. l. *ita* potius expectarit: priora illa sic iungi debent: *Ego ut homo multum facundus* etc

(7) Plinius H. N. 37, 10. ait: „Infestantur (crystalli) „plurimis vitiis: Quæ vero sine vitio sunt, puras esse „malunt, ACENTETA appellantes" *Contra* definit idem 16, 76. *duritiam clavo similem* Quo in loco vide et Harduinum. *Crystallina contra* iterum nominat Plinius 37, 39. Hæc sunt quæ dicit Fronto *delatorias notas*. *Maius.*

locum lubricum (1) delegisse, nisi ut bene haberes genio (2), utique verbo vetere *face-*
7 *res animo volup* (3). Qua(4), malum, *volup*? Immo, si dimidiatis verbis verum dicendum est, ubi (5) tu animo faceres *vigil*; vigilias dico: aut ut faceres *labo* aut ut faceres *mole*; labores et molestias dico. Tu umquam *volup*? Volpem facilius quis tibi quam vo-
8 luptatem conciliaverit. Dic, oro te, Marce, idcircone Alsium petisti, ut in prospectu maris esurires? Quid? tu Lorii te fame et siti et negotiis agendis adfligere nequibas? In apopsi ( ) . . . . . iucundiores
9 tibi esse videntur. Memini me ad (vos) . . . . . pueros in balneis esse . . . . . rescribas . . . liber . . . te non . . . per . .
10 quis . . . favor . . . ne . . . gravi . . . Mare ipsum aiunt, ubi Alcedonia sint, fieri feriatum. An alcedo cum pullis suis tranquillo otio dignior est, quam tu cum tuis
11 liberis? . . . At enim res plane iam postu-

(1) *Lubricum locum* in Plautinis, quæ extant, non reperias, sed *liberum* in Poen 1, 1, 49 et 3, 3, 43. *locum sibi velle liberum praeberier. N.*

(2) L. *genium.* Velut dicitur *curare genium, meliorem genium suum facere. H.*

(3) Plautus Asinar. 5, 3.

(4) Ita Codex *Qua. Maius.* Ser. *Qui. H.*

(5) Scr. *uti.* Hoc dicit: Qui, malum, de te homine a voluptate alienissimo dico, Alsium te delegisse, ut faceres animo *volup? Immo, si dimidiatis verbis verum dicendum est,* dicere oportet, *uti tu animo faceres vigil (vigilias dico): aut ut faceres labo* etc. Hæc, *vigilias dico,* et, *labores et molestias dico,* perinde interposita sunt h. l. atque illa infra sect. 17 *saturatum et feriatum dico. H.*

(6) Ita evidenter Codex. Ipso hoc vocabulo utitur Plutarchus (in Comparat. Cimonis cum Lucullo) ad indicandas Luculli *speculas*: τοὺς ἐν Νεαπόλει θαλάμους καὶ τὰς περιπλείστους ἀποψεις. Dicit igitur Fronto apopsim aliquam *speculam* regiæ villæ. *Maius.*

stulat; num (studium)? num laborem? num . . . . . [1] Quis arcus perpetuo intenditus [2], quæ fides perpetuo suo strictæ sunt? (Oculi coniugio . . . durant) [3] qui uno obnixi obtutu interissent. Hortus, qui crebro pangitur, ope stercoris indiget, herbas et holuscula nihili procreat: [4] frumento vero et solidis frugibus requietus ager deligitur *; ubertas soli otio paratur. Quid 12
maiores vestri qui remp. et imperium Romanum magnis auctibus auxerunt? Proavus vester [5], summus bellator, tamen histrionibus interdum sese delectavit, et præterea potavit satis [6] strenue; tamen eius opera populus Romanus in triumphis mulsum sæpius bibit. Avum [7] item vestrum, doctum principem 13

* *In margine:* eligitur.

(1) F. *At enim res plane iam postulat tuum studium, tuum laborem, tuum sudorem. H.*
(2) Sic Cod. *intenditus. Maius.*
(3) Quasi vero, qui luscus natus sit, ei non posset unius oculi acies ad extremam usque senectutem durare, aut non omnino absurda esset h. l. oculorum coniugii mentio. Quicquid hic in Codice evanuit, oblitteratæ scripturæ hunc fere sensum argumentationis tenor prodit: *non arcum perpetuo intentum, non fides perpetuo strictas suo fungi munere posse. Oculos naturam finxisse mobilissimos, qui uno obnixi obtutu interissent. H.*
(4) Leg. — *indiget, ut herbas — procreet. H.*
(5) Traianus. *Maius.*
(6) In Codice ipso interpungitur post *satis. Maius.* Nihilominus post *strenue* demum interpungi debebat. *H.*
(7) Charisius Instit. Gramm. I. p. 101. ed. Putsch. „Duum. Fronto ad Marcum Antoninum, *de ferro Ollien-*„*sibus duum.* Item, *vestrorum doctum principem et na-*„*vum modulorum et tibicinum odio fuisse divino tum sci-*„*mus.* Nævius in Tarentilla, *Salvi et fortunati duo duum* „*nostrum patres.*“ Quæ iam quivis sic emendet: *de Feriis Alsiensibus: Avum item vestrum duum doctum — studio fuisse devinctum scimus.* Non tamen inde istud *duum* obtruserim Frontoni, qui cum sect. 4. *Traiani proavi vestri*, s. 12. *maiores vestri* ac *proavus vester* dixerit,

et navum, orbis terrarum non regendi tantum sed etiam perambulandi diligentem, modulorum tamen et tibicinum studio devinctum fuisse scimus, et præterea prandiorum
14 opimorum esorem optimum fui-se. Iam vero pater vester, divinus ille vir, prudentia, pudicitia, frugalitate, innocentia, pietate, sanctimonia omnis principum virtutes supergressus, tamen et palæstram ingressus est et hamum * instruxit et scurras risit **.
15 Nihil de Caio Cæsare dico, acerrimo Cleopatræ hoste ***, nihil de Augusto Liviæ
16 viro. Romulus ipse urbis huius conditor (1) cum hostium ducem manu comminus conserta obtruncavit cumque spolia opima Feretrio vexit, suo (2) ne tenui victu usum putas? Profecto neque esuriens quisquam neque abstemius animum induxisset virgines adultas

* *In margine:* theatrum (3)

** *In margine:* Traianus histrionibus delectatus et vino. Hadrianus modulorum et tibicinum studio devinctus fuit. Antoninus et palæstram ingressus est et theatrum instruxit et scurras risit.

*** *In margine:* Caius Cæsar hostis Cleopatræ, post mœchus.

cur tandem h. l. pronomini adiecerit hoc *duum*? Ut de Vero, credo, moneret lectorem, dum de otio somnoque et de epulis loquitur *H.*

(1) Cod. *conditorem. Maius.* Hinc corrigendum *Romulum ipsum — conditorem, cum* etc. *N.*

(2) Codex videtur habere *suo*, sed fortasse legendum *tuo. Maius Suo* hoc est *eo quo uti quotidie solebat* pro illus ævi frugalitate; a quo interdum eum discessisse lautiusque ob rem bene gestam vixisse dicit Fronto. *H.*

(3) Ita emendavit nescio quis, cui scilicet *hamus* nihil ad hunc locum facere videbatur. Capitolinus tamen in *Pio* p 30. C. ait: „Amavit (Pius) histrionum artes, pi„scando se et venando multum oblectavit". *Maius* Quid si Fronto scripserit: *tamen et palaestram ingressus est et theatrum, et hamum instruxit et scurras risit? H.*

de spectaculis rapere. Quid? Numa senex 17
sanctissimus nonne inter liba et decimas
profanandas et suum taurilia (1) mactanda
ætatem egit, epulorum (2) dictator, cena-
rum ( ) libator, feriarum promulgator? Sa-
turatum et feriatum dico: (nunquid (4) tu)
esurialis ferias (5) celebras? Nec Chrysip- 18
pum * tuum prætereo, quem quotidie (6)
ferunt madescere solitum (7). Et pleraque
. . . . . (posci. Habebo) . . . . . So-
cratem ex Socraticorum sumposiis et dialo-
gis et epistulis (8) existimes hominem mul-
tum scitum et facetum fuisse. Socratem in-
telleges Aspasiæ discipulum, Alcibiadi magi-
strum.

Iam si bellum indixti (9) ludo, otio, satie- 19
tati, voluptati; at tu dormi saltem, quantum
libero homini satis est. Intensius ad supre-
mam . . . in . . . ad luminis . . . An tan- 20
dem si ignem de cælo nemo surrupuisset,

* *In margine:* De Chrysippo.

(1) Aut *solitaurilia* aut potius *suovetaurilia* s. *suovitaurilia*. *Suum taurilia* nemo dixit.

(2) Corrigendum arbitror *epulonum*, quamvis Cicero de Orat. 3, 19. a pontificibus demum veteribus tres viros epulones institutos esse narrat, cum essent ipsi a Numa, ut etiam illud ludorum epulare sacrificium facerent, instituti. *N.*

(3) Ita Cod. sine diphthongo. *Maius.*

(4) Immo *nunc quid*. *H.*

(5) Ex Plauti Captiv. 3, 1, 8. *Maius.*

(6) Sic Cod. hic. At alibi *cottidie* aut *cotidie*. *Maius.*

(7) Ebriosum hominem Chrysippum dicit etiam Laertius in eius vita, immo in extremum morbum ex ebrietate incidisse narrat. *Maius.*

(8) Socraticorum epistolas Frontonem pro genuinis habuisse, ex hoc loco probari observat Maius.

(9) Ed. Mediol. *indixisti*. In Add. e Cod. profertur *indixtei*.

sol non esset tibi satis ad iudicandum? Ne [1] cum animo tuo reputes, te mendacio adstringi, cum te diem cognitioni dare ais et nocte cognoscis [2], , tum [ ], sive condemnes sive absolvas, mendax futurus.
21 Si quempiam condemnas, P RUM CAVISSE VIDETUR [4], ais. Istuc quidem, si lucer-
22 næ removeantur, nihil videri poterit. At tu, obsecro, vel ioco vel serio te exorari a me patere, ne te somno defraudes, utique
23 terminos diei et noctis serves. Agere de finibus apud te iudicem duos claros et nobiles Vesperum et Luciferum * puta: utrique demonstrationem sui quisque limitis ostendunt: horum cognitioni interesse postulat somnus; nam se quisque [5] adfinem
24 esse negotio et adtingi iniuria ait. Vellem autem tantum mihi vigoris aut studii adesse, quantum adfuit cum illa olim nugalia

* *In margine:* De Lucifero, de Vespere, et Somno.

(1) *Ne* pro *nae*, ut sæpius. *Maius.* Immo scribendum *nec — reputas*, apposito iterum post *futurus* interrogandi signo. H.

(2) Hunc locum confirmant plane Dionis Excerpta Lib. 76. 6. Marcum nempe vacantem a bellis, ius constanter reddidisse, et latum spatium oratoribus ad dicendum concessisse: in causis diligenter perpendendis fuis e prolixum, deque una controversia dies sæpe 11 aut 12, aliquando etiam noctu cognovisse. *Maius.*

(3) Cod. *tuum Maius*

(4) Ita diserte Codex. Hanc autem fuisse formulam in condemnatione capitis, constat etiam ex Epitome Festi s. voce. Quem Festi locum male quidam corruperunt supponentes *patravisse*, ut iam notavit Scaliger. Ea corrupta formula recepta tamen est a Sigonio *de Iudiciis* Lib. II. Cap. 22. *Maius.* Formulam haud scio an respexerit Horatius in A. P. 353. *non ego paucis offendar maculis, quas aut incuria fudit, aut humana parum cavit natura.* H.

(5) F. *quoique.* N.

conscribsi, laudem fumi et pulveris. Ne ego somni laudem ex (1) summis opibus conscripsissem! (2) Nunc quoque, si tibi fabulam brevem libenti est audire, audi.

* Iovem patrem ferunt, cum res humanas 25
a primordio conderet, ævum vi (3) medium uno ictu percussum in duas partis undique paris diffidisse: partem alteram luce, alteram tenebris amicisse; diem noctemque appellasse, noctique otium, diei negotium tradidisse. Tum Somnus necdum natus erat et omnes 26
pervigiles ætatem agebant; sed quies nocturna vigilantibus pro somno fuerat promulgata. Paulatim deinde, ut sunt ingenia hominum inquieta, agitandi ac turbandi cupida, noctes diesque negotiis exercebant, horam otio nullam impertibant. Tum Iovem fe- 27
runt, ubi iam iurgia et vadimonia nocturna sisti et noctes quoque comperendinari videat (4), cum corde suo agitasse de suis germanis fratribus unum præficere, qui nocti atque otio hominum curaret. Neptunum 28
multas et graves curas maritumas causatum, ne fluctus terras totas cum montibus obruerent, neve moti venti cuncta funditus percellerent, silvas et sata radicitus haurirent.

* *In margine:* Fabula de Somno.

(1) Omissum in textu *ex* e Cod. in Add. profert Maius.

(2) Plane oblitus eorum videtur Fronto quæ supra in epistolis cum Marco iocatus est in laudando vituperandoque somno Nimirum ab illo tempore anni iam prope viginti intercesserant, neque vero illa iusti libelli instar in publicum exierant *N.*

(3) An *vitae*? *H.*

(4) Ita Cod. *videat.* Dic, si placet, *videbat. Maius.* Aut *videt* rescribendum aut *videret. H.*

29 Ditem quoque patrem causatum, multa opera multaque cura templa infera ægre coerceri, amnibus et paludibus et stagnis Stygiis Acheruntem ægre commœniri; canem denique custodem apposuisse umbris territandis, quæ aufugere ad superos cuperent, eique cani trinas latrandi fauces ac trinos hiatus
30 trinasque dentium formidines addidisse. Tum Iovem deos alios percontatum animadvertisse, gratiam vigiliæ aliquantum pollere; Iunonem plerosque partus nocturnos ciere; Minervam artium atque artificum magistram multum vigilari velle; Martem nocturnas eruptiones et insidias mutare iuvare [1]; Venerem vero et Liberum multo maxime per-
31 noctantibus favere. Capit tum consilium Iuppiter Somni procreandi, in deum numerum adsciscit, nocti et otio præficit [2], ei-
32 que claves oculorum tradit. Herbarum quoque sucos, quibus corda hominum Somnus sopiret, suis Iuppiter manibus temperavit: securitatis et voluptatis herbæ de cæli nemore advectæ; de Acheruntis autem pratis leti herba petita. Eius leti guttam unam aspersisse minimam, quanta dissimulantis la-
33 crima esse solet. Hoc, inquit, suco soporem hominibus per oculorum repagula inriga: cuncti, quibus inrigaris, ilico post procumbent, protinus viribus tuis immobiles iacebunt: tum tu ne timeto; nam vivent et paulo post, ubi evigilaverint, exsurgent [3].

(1) An *tutari et iuvare*? *H.*
(2) Cod. habet *praefecit*. *Maius* in Add.
(3) Ed. Mediol. *nam vi veniet paulo post. Ubi evigilaverint, exsurgent. N.*

Post id Iuppiter alas, non ut Mercurio ta- 34
lares, sed ut Amori umeros [1] exaptos Somno adnexuit. Non enim te (solis) [2] aut [3] talari ornatu ad pupulas hominum et palpebras incurrere oportet curruli [4] strepitu et cum fremitu equestri, sed placide et clementer pinnis teneris in modum hirundinum advolare, non, ut columbæ, alis plaudere. Ad 35
hoc, quo iucundior hominibus Somnus esset, donat et multa somnia amœna, ut quo studio quisque devinctus esset: ut histrionem in somniis fautor spectaret, ut tibicinem audiret, ut aurigæ agitandi [*strategemata*] [5] monstraret; milites somnio [6] vincerent, imperatores somnio triumpharent, peregrinantes somnio domum redirent. Ea 36
somnia plerumque ad verum [7] convertunt. Igitur, Marce, si quo tibi somnio hinc opus est, censeo, libens dormias tantisper dum, quod cupis quodque exoptas, vigilanti tibi optingat.

(1) Ita sine adspirata etiam alibi. *Maius.* Scr. *humeris. N.*

(2) Cod. videtur habere *solis. Maius.* Antiquæ scilicet verbi formæ *solum*) immemor Maius in textu edidit *soleis.*

(3) Potius *et. H.*

(4) Legerim, *oportet aut curruli* etc. *H.*

(5) Supplendum videbatur *strategemata* aut *artem*, aut aliud eiusmodi. *Maius.* Omnium minime *strategemata.* Legendum suspicor *ut auriga agitanti operam daret*; ni forte ut *monstrare alicui* pro *monere aliquem* Plauto dicitur, propria quædam locutio hæc fuit *monstrare aurigae* de fautore in circo aurigam acclamando monente et hortante. *H.*

(6) Cod. *somno. Maius.*

(7) Cod. *adversum.* Emendavimus *ad verum. Maius.*

4. MAGISTRO MEO SALUTEM

1 Modo recepi epistulam tuam qua confestim fruar. Nunc enim imminebant officia δυσπαραίτητα. Interim quod cupis, mi magister, breviter, ut occupatus, parvolam nuntio nostram melius valere et intra cubiculum discurrere.

2 Dictatis his, legi litteras Alsienses meo tempore, mi magister, cum alii cenarent, ego cubarem tenui cibo contentus hora noctis
3 secunda (1). Multum, inquis, cohortatione mea (2); multum, mi magister: nam verbis tuis adquievi, sæpiusque legam ut sæpius
4 adquiescam. Ceterum verecundia officii quam sit res imperiosa, quis te magis novit? Sed, oro te, illud quid est, quod in fine epistulæ manum consuluisse (3) dicis? Illa tenus dolueris, mi magister, si me compotem voti [*Di*] (4) boni faciunt. Vale, mi magister optime, φιλόστοργε ἄνθρωπε.

M. FRONTONIS
DE FERIIS ALSIENSIBUS

(1) In Excerptis etiam Dionis Lib. 71. 6. dicitur Marcus tenuissimo cibo usus, eumque ipsum noctu semper cepisse, numquam interdiu. *Maius.*

(2) Videtur in his *profeci* vel simile verbum intercidisse. *H.*

(3) Cod. *consoluisse.* V. Epist. IV. Alsiens. (ed. nostr. ad Anton. A. de Orat. ep. 1. fr. 3.). cui loco ut melius hic respondeat, scribendum *manui consuluisse. Maius.*

(4) Supplevi *Di. Maius.*

M. COR-

M. CORNELII FRONTONIS
EPISTULAE
DE NEPOTE AMISSO (1)

1. MAGISTRO MEO SALUTEM

MODO cognovi de casu. Cum autem in 1
singulis articulorum tuorum doloribus torqueri soleam, mi magister, quid opinaris me

(1) Luget Fronto in hoc Libro Nepotem amissum. Patet autem inferius hunc natum ex Aufidio Victorino genero et filia Frontonis, periisse in Germania, dictumque fuisse *Decimanum*. Ex Epistula autem VII. (8. Ed. n.) ad Verum Aug. constat eumdem periisse trimulum. Ex Aufidio Victorino et filia Frontonis duo saltem masculi liberi procreati sunt. Alter est is, de cuius obitu in hoc Scripto agitur: alter M. Aufidius Fronto, qui anno Urbis 952 cum P. Cornelio Anulino consulatum gessit. Huius filii, Frontonis pronepotis, sepulchrum extat Pisauri, cuius inscriptio est sexagesima nona in Marmoribus Pisaurensibus: M. AUFIDIO. FRONTONI PRONEPOTI. M. CORNELI. FRONTONIS. ORATORIS CONSULIS. MAGISTRI IMPERATORUM. LUCI. ET. ANTONINI. NEPOTIS. (corr. NEPOTI) AUFIDI. VICTORINI PRAEFECTI. URBI. BIS. CONSULIS. FRONTO. CONSUL. FILIO. DULCISSIMO. *Maius*. Nepos is, de cuius morte epistolae hae deplorant, mihi quidem trimus ille non videtur fuisse, cuius mortem una cum uxoris in Epist. ad L. Verum 8. memorat Fronto. Hunc, quem cum Maio Decimanum nominemus, avus nunquam viderat (Ep. 2, 19.); illum vero, qui trimulus obiit, cum L. Verus *nepotem dulcissimum* dicit, eum potius dicit, quem sinu suo educavit quemque ipse *dulcissimum* appellat avus mox Ep. 2, 18. Neque sane Fronto, dum vitae suae mærores plurimos commemorat (Epist. 2. init.), acerbissimam uxoris mortem silentio prætermisisset. Fuere igitur, qui postea consules facti sunt, M. Aufidius Fronto et C. Aufidius Victorinus tertius et quartus Frontonis nepos. *N.*

2 pati cum animum doles? Nihil conturbato mihi aliud in mentem venit, quam rogare te, ut conserves mihi dulcissimum magistrum, in quo plura solacia vitæ huius habeo. Quæ tibi tristitiæ istius possunt ab ullo contin-
3 gere? (1) Mea manu non scripsi, quia vesperi loto tremebat. Vale, mi iucundissime magister.

2. ANTONINO AUGUSTO FRONTO

1 Multis huiusmodi mæroribus fortuna me per omnem vitam meam exercuit. Nam, ut alia mea acerba omittam, qui- que amisi liberos miserrima quidem condicione tempo-
2 rum meorum. Nam quinque omnes unumquemque semper unicum amisi, has orbitatis vices perpessus, ut numquam mihi nisi orbato filius (2) nasceretur. Ita semper sine ullo solacio residuo liberos amisi, cum re-
3 centi luctu procreavi. Verum illos ego luctus toleravi fortius, quibus egomet ipse solus cruciabar. Namque meus animus dolori obnixe oppositus quasi solitario certamine
4 unus uni resistebat At nunc dolor dolore multiplicatur et cumulum meorum (3) luctuum ferre nequeo. Victorini mei lacrimis

(1) Ad hæc in Add. Maius: „Codex habet *quae*. Sed „tamen locus emendandus videtur ita: *in quo plura so-* „*lacia vitae huius habeo, quam tibi tristitiae istius possunt* „*ab ullo contingere*“

(2) Mirum *filius* pro *prole* in universum, nam nonnisi filiæ natæ sunt Frontoni. B.

(3) H. l. Maius in textum post *dolor* sponte inseruit *meus*, post *dolore* deinde *alieno*, tum verbo *meorum* addidit *alienorumque*.

tabesco, conliquesco. Sæpe etiam expostulo 5
cum Dis immortalibus et fata iurgio compello. Victorinum pietate, mansuetudine, veritate, innocentia maxima, omnium denique optimarum artium præcipuum virum [1], acerbissima morte fili adflictum? Hoccine 6
ullo modo æquum aut iustum fuit, si providentia res gubernat? Hoc idem recte provisum est, si fato cuncta humana decernuntur? Hoccine fato decerni? [2] Nullum ergo 7
inter bonos ac malos fortunarum discrimen erit? Nulla diis [3], nulla fatis diiudicatio, quali viro filius eripiatur? Facinorosus aliqui [4] et scelestus mortalis, quem ipsum numquam nasci melius foret [5], incolumes liberos educit, in morte sua superstites relinquit: Victorinus vir sanctus, cuius similes quam plurimos gigni optimum publicum fuerit, carissimo filio privatus est. Quæ, 8
malum, providentia tam inique prospicit? Fata a fando appellata aiunt: hoccine est recte fari? Poetæ autem colus et fila fatis 9
adsignant: nulla profecto tam sit inportuna et insciens lanifica, quæ erili [6] togæ solidum aut nodosum, servili autem subtile et tenue suptegmen neverit. Bonos viros luctu

(1) De Victorini moribus virtutibusque, quibus ipse se a Commodo tutatus est, v. Dion. LXXII. 11: de nomine eius etc. v. Marmora Pisaurensia p. 160. *N.*

(2) Post *decerni* textus in Ed. Mediol. a Maio inculcatum habet *par fuit.*

(3) Sic manifesto corrigendum *dies*, quod e Cod. edidit Maius. *N.*

(4) *Aliqui* pro *aliquis* non est admodum infrequens. Vide Interpretem nuper a nobis editum ad Orat. Tullii *pro Sylla* p. 80. cum nota 2. et p. 82. *Maius.*

(5) Malim *fuerat. H.*

(6) Ita sine adspirata, vetere orthographia. *Maius.*

adfici, malos re familiari incolumi frui, neque mensum neque pensum fatorum lanifi-
10 cum duco. Nisi forte alius quidam (1) nos error iactat et ignari rerum, quæ mala sunt quasi prospera concupiscimus, contra quæ bona sunt, pro adversis aversamur, et mors, quæ omnibus luctuosa videtur, pausam laborum adfert et sollicitudinum et calamitatum, miserrimisque corporum vinculis liberatos ad tranquilla nos et amœna et omnibus bonis referta, animarumque (2) conciliа-
11 bula travehit (3). Hoc ego fas esse facilius crediderim, quam cuncta humana aut nulla
12 aut iniqua providentia regi. Quod (4) si mors gratulanda potius est hominibus quam lamentanda: quanto quisque eam natu minor adeptus est, tanto beatior et Dis acceptior existimandus est; ocius corporis malis exutus, ocius ad honores liberæ animæ usur-
13 pandos exictus (5). Quod tamen verum sit

(1) Sic correxi. Maius edidit *quidem*. *N.*

(2) An *deorum animarumque?* Ut in Platonis Phædone p. 63. b. Socrates sperare se dicit ἥξειν πρῶτον μὲν παρὰ θεοὺς ἄλλους σοφούς τε καὶ ἀγαθούς, ἔπειτα καὶ παρ' ἀνθρώπους τετελευτηκότας ἀμείνους τῶν ἐνθάδε. Nisi, quod vix probabile, in *que* lateat *piarum* vel tale aliquid *H.* Mihi hæc ipsa loquendi forma a Frontone quæsita videtur: ut scilicet post adjectiva illa *tranquilla, amoena, bonis referta* (in quibus nondum *conciliabula* sed in universum *loca* intelliguntur), tandem ut quartum maximumque felicitatis caput per conjunctionem *que* ipsum substantivum subjunxerit, ad quod per leges grammaticas, sine conjunctione, adjectiva illa referri poterant. Plenius: *ad loca tranquilla* etc. *quaeque sint animarum conciliabula. B.*

(3) Ita Cod. *travehit*, ut in Epist. 2. Lib. II. ad Marcum *tramisimus*. Confer Cellarium Orthograph. lat. Edit. Patav. 1724. p. 39. *Maius.*

(4) Malim *Quare. B.*

(5) Si mavis, scribe *excitus. Maius.* An *evectus? N.*

licet, parvi nostra refert, qui desideramus amissos: nec quicquam [1] nos animarum immortalitas consolatur, qui carissimis nostris dum vivimus caremus. Istum statum, vo- 14
cem, formam, auram [2] liberam quærimus: faciem defunctorum miserandam mæremus, os obseratum, oculos eversos, colorem undique deletum. Si maxime esse animas im- 15
mortales constet, erit [3] hoc philosophis disserendi argumentum, non parentibus desiderandi remedium. Sed utcumque sunt 16
ista divinitus ordinata, mihi quidem neutiquam diutinam adferent sollicitudinem, cui tam propinqua mors. Sive in æternum extinguimur, olim cupienti mihi tandem . . .
. . . . . tu acerbi(ora)
. . . neque arborum, neque . . . eodem tem- 17
pore . . . (h)eres tuus . . . ad vindemiam
. . . . isto tempore . . . . aspe(rius) nequivi
præ fletu ac dolore. Meus etiam iam hinc 18
me [4] dulcissimus nepos [5], quem ipse sinu meo educo, hic est profecto qui me magis magisque lacerat prorsus et excruciat. Nam 19
in huius facie illum amissum contemplor, exemplum oris imaginor, sonum vocis eundem animo fingo. Hanc sibi dolor meus

(1) An *nequicquam*? *H.*
(2) Pro *animam*, nisi hoc ipsum scripsit Fronto. *H.*
(3) Maius edidit *consteterit*, *hoc etc.* *N.*
(4) An forte *Meus etiam hic mi dulcissimus*? *H.*
(5) Hic est (ut arbitror) M. Aufidius Fronto, Victorini filius, qui anno Urbis 952. consul fuit, ut dixi superius p. 145. n. 1. Hunc ipsum indicatum puto a M. Aurelio quum Frontoni scriberet (Epist. 3. Lib. I. ad Anton. Aug.): *Nepotem saluta.* Qui autem obiit trimulus frater, is natu minor fuisse ex hoc Epistulæ loco videtur. *Maius.* Sed vide quæ adiecimus notatis a Maio ad Ep. 1. *N.*

picturam commentatur. Verum defuncti voltum ignorans, dum verisimilem coniecto, ma-
20 ceror. Sapiet mea filia; viro suo omnium quantum est hominum optimo adquiescet; is eam consolabitur pariter lacrimando, pariter suspirando, loquendo pariter [*et*] con-
21 ticiscendo (1). Senex ego parens indigne consolabor; dignius enim foret (2) ipsum me ante obisse. Neque ulla poetarum carmina aut sapientium præcepta tantum promoverint, ad luctum filiæ meæ sedandum et dolorem leniendum, quantum mariti vox (3) e carissimo pectore et iunctissimo profecta.
22 Me autem consolatur ætas mea prope iam edita (4) et morti proxima. Quæ cum aderit, si noctis si lucis id tempus erit, cælum quidem consalutabo discedens, et quæ mihi
23 conscius sum protestabor: nihil * in longo vitæ meæ spatio a me admissum, quod dedecori aut probro aut flagitio foret: nullum in ætate agunda avarum, nullum perfidum facinus meum extitisse, contraque multa liberaliter, multa amice, multa fideliter, multa constanter, sæpe etiam cum periculo
24 capitis consulta. Cum fratre optimo concordissime vixi, quem patris vestri bonitate summos honores adeptum gaudeo, vestra

* *In margine:* Virum bonum qualem esse oporteat. Qualis Fronto fuerit.

(1) Ita Cod. *conticiscendo*. *Maius*. L. *loquendo pariter, pariter conticiscendo*. *H*.

(2) Iterum malim *fuerat*. *H*.

(3) Cod. *uxor*, sed videbatur omnino corrigendum *vox*. *Maius*.

(4) I. e. exacta. Conf. Gell. 3, 15. Appulei. de Deo Socr. p. 50. Elm. Cic. de Fin. 5, 2. *H*.

vero amicitia satis quietum et multum se-
curum video. Honores quos ipse adeptus 25
sum, numquam inprobis rationibus concupi-
vi. Animo potius quam corpori curando
operam dedi. Studia doctrinæ rei familiari
meæ prætuli. Pauperem me * quam ope
cuiusquam adiutum, postremo egere quam
poscere manlui (1). Sumptu numquam pro- 26
digo fui, quæstui interdum necessario (2).
Verum dixi sedulo, verum audivi libenter.
Potius duxi neglegi quam blandiri, tacere
quam fingere, infrequens amicus esse quam
frequens adsentator. Pauca petii, non pauca 27
merui. Quod cuique potui, pro copia com-
modavi. Merentibus promptius, immerenti-
bus audacius opem tuli. Neque me parum
gratus quispiam repertus segniorem effecit (3)
ad beneficia quæcumque possem prompte in-
pertienda. Neque ego unquam ingratis of- 28
fensior fui . . . eas . . . mihi . . . obæratos
. . . in re . . . cum . . . putavi. Cuperem
equidem . . . male . . . Finem . . . teneo
. . . male . . . quam . . . si vobis carere . . .
operam. Sentio . . . me proderes . . . quam 29
. . . leto (col)ens et statu mentis . . dole-
am . . . aliud . . . reperto . . . apud . . .
tis . . . sona mundum . . . solver . . . ve-
ritatis nostra . . . cum iis se indigere sola-

* *In margine:* Mire.

(1) Ita Codex *manlui* pro *malui*. *Maius*. Dicta hæc a Frontone de illo tempore intellige, cum nondum rhetor Romæ inclaruisset. Postea, ut statim ipse dicet, *non pauca meruit* ut qui balneis novis moliendis multo plus quam trecenta sestertia insumere posset. Gell. 19, 10. *H.*

(2) Ita Codex. *Maius*. Immo *quaestu*. *H.*

(3) Codex, teste Maio in Add., *efficit*.

cio . . . filiam . . . generum . . . mes . . . domo . . . bis . . . nunc de . . . quorum . . . vastitatem . . . Multum et graviter valui, mi Marce carissime. Dein casibus miserrimis nepotem in Germania[1] amisi: miserum me! Decimanum [2] nostrum amisi. Ferreus si essem, plura scribere non possem isto in tempore. Librum misi tibi, quem pro omnibus haberes.

M. FRONTONIS
DE NEPOTE AMISSO
Legi emendavi.

(1) Aufidius Victorinus missus est a Divis Fratribus in Germaniam contra Cattos eodem fere tempore quo L. Verus Parthicam expeditionem suscepit. Sic enim ait Capitolinus in *Marco* p. 37. B. „Fuit eo tempore etiam „Parthicum bellum — Imminebat etiam Britannicum „bellum, et Catti in Germaniam ac Rhætiam irruperant. „Et adversus Britannos quidem Calphurnius Agricola „missus est, contra Cattos Aufidius Victorinus". Aufidius Marco superfuit: et cum Commodo imp. consulatum gessit anno Urbis 936. Immo Victorinum bis fuisse consulem constat ex inscriptione a nobis superius laudata. Primo quidem tantummodo suffectum probabile est. Denique amplissimis magistratibus gestis (nam præfectus Urbi fuit, postquam Germaniam ac deinde Africam rexit) sub Commodo sua morte obiit, eique defuncto statua posita est v. Dionem LXXII. 11. *Maius.*

(2) En nomen nepotis amissi *Decimanus. Maius.* Quod insolitum nomen inditum puero in honorem legionis decimæ videtur, etiamsi ea tum, ut Dionis ætate, in Pannonia superiore castra habuerit, non in Germania, ubi bellum administrabat Victorinus. V. Dion. LV, 23. *N.*

M. CORNELII FRONTONIS

EPISTULAE

AD

IMP. CAES. L. AURELIUM VERUM AUG.

Ex hoc epistolarum syntagmate duo libros Maius fecit tituli specie in Codice ductus, de quibus ipse in fine primi sui libri p. 104. sic loquitur: „Post hanc Epistu„lam (l. 1. 10.—nobis Ep. ad M. Verum) scribitur in me„dia Codicis pagina AD VERUM. Tum sequitur statim „M. FRONTONIS AD VERUM IMP. AURELIUM „CAESAREM. Ergo in eadem pagina desinit Liber I. „et incipit II. ad Verum. Sed notæ Librorum vix aut „ne vix quidem in obliterata pagina apparent. Sæpe ta„men in hoc Codice inscriptiones tum desinentis Libri, „tum alterius incipientis conjunctim scribuntur.“ Demonstravimus nos supra (p. 16. 50. ed. nostr.), discrimen illud inter M. Verum, qui imperator appellari non potest, et L. Verum, qui Augustus demum Veri nomen habuit, Maium aut ignorasse aut immemorem neglexisse; luce igitur clarius est, falso interpretatam inscriptionem hanc imposuisse Editori, ut, qui unus liber totum cum L. Vero epistolarum commercium contineret, eum in duo dissecandum putarit. Atque ipsius verba testimonio sunt, nullas eum numerorum notas, nullam igitur secundi libri significationem in Cod vidisse. Epistolarum ordinem, qui ex ipsis earum argumentis constitui debebat, suo Maius iudicio sine ulla Codicis MS. auctoritate, immo diserte adversus eam constituit; alium nos sequendum iudicavimus, cuius hæc est diversitas:

	Ed. Mediol.	Ed. nostr.
I. 1.		10.
I. 2.		11.
I. 3.		1.
I. 4.		2.
I. 5.		6.
I. 6.		3.
I. 7.		8.
I. 8.	(usque ad v. 9. (p. 98.) inde usque ad finem.	9. (1—3) 12.

Ed. Mediol.		Ed. nostr.
I. 9.		ad M. Cæsarem II. 3.
I. 10.		ad M. Annium Verum.
II. 1.		5.
II. 2.		9. (4—13.)
II. 3.		4.
II. 4.	usque ad pag. 117. v. 9.	7. (1—7)
	usque ad pag. 119. v. 2.	13.(Fragm. Panegyrici.)
	usque ad pag. 121. v. 14.	fr. 3. ad M. Cæsarem de Eloq.
	usque ad pag. 122. fin.	7. (8—10)
Supplem ad II. 4.		7. (11—16)

Ed. nostr.	Ed. Mediol.
1.	I. 3.
2.	I. 4.
3.	I. 6.
4.	II. 3.
5.	II. 1.
6.	I. 5.
7. 1—7.	II. 4. usque p. 117. v. 9.
7. 8—10.	— a pag. 121. v. 14. usque ad fin.
7. 11—16.	Supplem ad Ep. II. 4 (p. 309—311.)
8.	I 7.
9. 1—3.	I. 8. p. 98. usque ad v. 9.
9. 4—13.	II. 2.
10.	II. 1.
11.	I. 2.
12.	I. 8. a pag. 98. v. 10. usque ad fin.
13.	II. 4. a pag. 117. v. 9. usque ad p. 119 v 2.

Si inscriptus in Cod. esset liber *ad Imp. Caes. Verum Aurelium*, ego sic collocata L. Veri nomina non aliter posuissem Inductum enim sub Flaviis morem constanter inde observari videmus præfigendi ita cognominis ante nomen familiæ (incommode etiamtum gentile dixeris); unde evenit ut antiquus ille prænominis usus negligeretur. Inde ille quoque, qui iam sub primis Augusti successoribus coeperat, mos invaluit fratres per diversa, sæpissime ex matrum familiis petita cognomina distinguendi Nullus in illa transpositione prænomini est locus. Recte ex posteriore illo usu *Crispum Sallustium* dixeris, non minus quam ex vetere *C. Sallustium Crispum;* perperam contra *C. Crispum Sallustium*, quamvis ita in omnibus fere Codicibus MS. legatur. Sed nominum Veri in Cod. nostro collocatio fœde est perturbata. *N.*

1. MAGISTRO MEO [1]

Est quod tecum graviter conquerar, mi 1
magister, et quidem uti querellam [2] dolor superet, quod ego te tanto post intervallo nec complexus neque adfatus sim; cum et in Palatium veneris, et postquam a Domino meo fratre vixdum discesseram. Equidem 2
multum fratrem meum obiurgavi, cur me non revocavit [3], neque culpam abnuere ausus est. Quantum, oro te, fuit ante mihi significare te ad fratrem meum [*ad*]esse [4], velle me quoque visere, postremo redire me iubere, uti confabularemur? Quid enim, si 4
me hodie domum arcessas? nonne, omnibus omissis, lubens curram, qui quidem ægerrime tulerim, quod non cotidie [5] ad te com-

(1) Nihil equidem dubito quin *lacrimarum* illa mentio, quæ mox fiet Ep. 2, 8, ad Antonini Pii obitum pertineat. De domestico luctu etiam virum et imperatorem lacrimari decebat, non item de publicis calamitatibus, quibus potius strenue remedia adhibere oportebat. Ergo duæ primæ epistolæ ad annum 161. referri debent. Iam quod Fronto Marcum in Palatio a. d. IV Kal. Apriles invisit (Ep. 2, 7. 9.), illud quoque mirifice congruit cum eo quod ante dixi, videri congressum illum primum fuisse post Pii obitum, qui quamvis dubium sit num in ipsas Nonas Martias inciderit, plures certe dies a. d. X. Kal. Apr. accidit. (Qua de re vid. Eckhel.) Nam *quatuor mensibus* illis Ep. 2, 8, spatium significatur, per quod Fronto discipulum non vidisset. *N.*

(2) Ita Cod. *querellam*, et vide dicta a nobis ad Orat. pro Scauro p. 5. n 4. *Maius.*

(3) Corr. *revocarit*. *H.*

(4) L. *te ad fratrem meum esse velle, velle me* etc. Exempla formulæ *esse ad aliquem* vid. in Gesn. Thes. s. v. *ad*. *H.*

(5) Ne miretur Lector modo *cottidie* excusum, modo *cotidie*: ita enim Codex habet, idque de multis eiusmodi dictum esto. *Maius.*

4 meem. Quin gravissimum stationis nostræ id esse arbitrer, quod veniendi ad te adeo . . . solus . . . ad te currissem (1). Nunc oro saltem dum mi . . . conte . . . quom . . . tument quin te . . . exter . . . lis expectem. Vale, mi magister, Vero tuo carissime et humanissime.

2. DOMINO MEO VERO AUGUSTO

1 Quod heri, cum in Palatium vestri visendi causa venissem, non (te vise)rim, non mea culpa evenisse ostendam paulo post.
2 Quod [*si*] libens (2) scienti animo [*hoc officium*] non persolvissem, tamen (3) haudquaquam me pæniteret. Fuit (enim) fuit (hæc) [*causa quamobrem tu tam*] familiaribus lit-
3 teris mecum expostulares. Neque tanto opere gauderem, si, cum ad te venissem, summo cum honore ad te appellatus essem, quam nunc gaudeo tanto me iurgio desideratum. Namque tu pro tua singulari humanitate omnes nostri ordinis viros, ubi

(1) Ita Cod. Et quidem *currisli* habet Tertullianus de Fuga in Persecut. cap. XII. Hoc *currissem* addi iam potest auctoritati Tertulliani in Forcellini Lexico. *Maius.* Hæc, *quod veniendi — expectem*, in medium venit ea explere: *quod veniendi ad te adeo* [*pauca tempora suppetunt. Ego vel in*] *soleis*, [*si me vocasses,*] *ad te currissem. Nunc oro, saltem, dum mi*[*hi non vacat ad te*] *conte*[*ndere, rescribas*] *quom*[*odo valeas. Nec diu iam impedient negotia, quamvis*] *tument, quin te* [*revisam aut d*]*exte*[*ra salvum*] . . *lis expectem. H.*

(2) Male Maius inseruit *et.*

(3) Ad hunc versum Maius in Add.: „Codex videtur „habere etiam (*me osten*)*dere tes*(*ter*)." An *tamen ea de re testarer haudq. me paenitere.* Mox legendum *a te appellatus. H.*

præsto adsunt, honorifice adfaris, non omnes magno opere requiris absentes. Hæc 4
denique culpa est, in qua malim te mihi graviter irasci, quam libenter ignoscere. Irasceris enim quanto desiderantius desideras: [*iniuriam autem condona*]bis (1), si amare desieris. Enimvero cum tu tuusque frater in tantis opibus locati, tanta multitudine 5
omnium generum omniumque ordinum, in quos amorem vestrum dispergitis circumfusum (2), mihi quoque partem amoris vestri impertiatis; quid me facere oportet, cuius spes opesque omnes in vobis sunt solis sitæ? Non ei tum pectus meum . . . . . quid 6
aut ubi . . . . præstare possim, quam ut vos illis anteponam. Sic enim profecto merebor, ut vos quoque illos mihi anteponatis. Sed ne diutius defensionem meam differam, 7
nulla, ut dixi, mea culpa accidit, ut te non convenirem. Nam ex hortis ego redii Romam ante diem quintum kal. Aprilis diluculo, ut . . . . si possem te longo post tempore con[*venirem*]. Sed eo (rem) . . . . est 8
. . . . ne in tanta . . . . pergerem . . . . ut facerem? (3) satin salve (4) ut percontarer?

(1) *Iniuriae* nullus hic locus. Satis erat *condonabis* vel *veniam dabis*. *H.*

(2) Scr. *circumfusi*. *H.*

(3) In his *ut . . . . si possem — — ut facerem*, quamvis non singula Frontonis verba, sensum tamen assecutus mihi videor lacunis sic fere explendis: *ut* [*fratrem tuum, et,*] *si possem, te longo post tempore con*[*venirem*]. *Sed eo rem*[*orari visum*] *est* [*aliquantisper,*] *ne in tanta* [*vestra occupatione statim ad vos*]*pergerem*. [*Quid*] *ut facerem?* Postremum hoc *quid ut facerem?* dictum est perinde ut supra p. 103. *Iis margaritis collos filiarum tuarum despoliabis, ut cuius tandem ingluvies turgida ornetur?* *H.*

(4) Scr. *salvae*.

an ut complecterer? an ut exosculare? an ut confabularer? An ego quarto post mense lacrimas vestras spectatum measque ostenta-
9 tum venirem? Quid igitur postero die feci? Non sum ausus neque fratri tuo neque tibi scribere me ad vos esse venturum; sed ad libertum vestrum Charilam perscripsi his, si
10 recte memini, verbis: εἰ ημερον εἰ καιρόν ἐστιν (1) ἀφικέσθαι με πρὸς αὐτούς, σύ μοι δηλωσον ὡσανεὶ ἔμφρων· κἀμοὶ ὤμοσεν, καὶ . . . υ . . . . ni ego in Palatium . . . . . .

3. DOMINO MEO VERO AUGUSTO (2)

1 Lamiam, Imperator, esto erga me ut voles utque tuus animus feret. Vel tu me neglegito vel etiam spernito: nihil denique honoris inpertito, [*in*] postremis, si videbitur,
2 habeto. Nihil est ita durum aut ita iniurium, quod (3) . . . facere adversum . . . vestræ pro re nata occu[*pationes*] . . . desideretur is honor. Quo pariter quisque expe-

(1) Scr. *εἰ σήμερον εὔκαιρόν ἐστιν. H.*

(2) Scripta est hæc epistola, cum Romæ Verus esset, igitur aut ante eius discessum in Syriam 162, aut post reditum 166. Ceterum satis elucet, quam diversus fuerit utriusque fratris in Frontonem animi affectus et quam diversa familiaritas. Quippe Verus, imperatorem non dissimulans, principalem favorem Frontoni exhibebat. *N.*

(3) Apparet, tale aliquid a Frontone scriptum fuisse: *quod a te ego perpeti iam nolim.* In proximis huiusmodi fere sensum fuisse, arguunt sequentia: *Nolui ego facere adversus sensum communem, cum sciam quantae sint vestrae pro re nata occupationes, et quantopere desideretur is honor* (sc. vos alloquendi) *quoniam pariter quisque* etc. *H.*

tit, si quid honoris aliis impertitum videat. Probasti me laudastique consilium, neque 3
tamen triduo amplius vel quattriduo id a te optinere potuisti, ut mihi verbo salutem responderes, sed ita excogitasti: primum me intromitti in cubiculum iubebas; ita sine cuiusquam invidia osculum dabas; credo, ita cum animo reputans: mihi, cui curam cul- 4
tumque tradidisses oris atque orationis tuæ, ius (quo)que osculi habendum, omnisque eloquenti(æ) magistros sui (lege)(1) fructum cap(ere saltem)(2) in vocis aditu locatum(3). Morem denique saviandi arbitror honori 5
eloquentiæ datum. Nam cur os potius salutantes ori admovemus, quam oculos oculis aut frontes frontibus aut, quibus plurimum valemus, manus manibus, nisi quod honorem orationi impertimus? Muta denique animalia oratione carentia etiam osculis carent. Hunc ego honorem mihi a te habi- 6
tum (reor)(4) maximo et gravissimo pondere. Plurima præterea tua erga me summo cum meo honore et dicta et facta sensi. Quotiens tu me manibus tuis sustinuisti, adlevasti ægre adsurgentem, aut difficile progredientem per valetudinem corporis pæne portasti? Quam hilari vultu semper et placatissimo nos adfatus es? quam libenter consevisti(5) sermonem? quam invitus termi-

(1) Fortasse *sui laboris*. *N.*
(2) Immo *ca(pere debere)*. *H.*
(3) Cod. *locato*. *Maius.*
(4) Vereor ut Latine dicatur *reor aliquid maximo pondere*; alioquin id *reor* inserendum foret post *pondere*, ubi exciderit facillime. Vide num ibi potius exciderit *pendo*. *H.*
(5) Corr. *conseruisti*. *N.*

7 nasti[1]? quæ ego pro maximis duco. Sicut in extis diffisa plerumque minima et tenuissima maximas significant prosperitates; ut formicularum et apicularum ostentis res maximæ portenduntur: ita vel minimis et levissimis ab uno et vero [2] principe habitis officii et bonæ volentiæ [3] signis significari arbitror ea, quæ amplissima et exoptatissi-
8 ma inter homines sunt, amor honorque. Igitur quæcumque a Domino (meo) tuo fratre petenda fuerunt, per te petita atque impetrata omnia malui.

4. (*Domino meo Vero Augusto*) [4]

1 . . . . . animi mei perturbatione non possem. Sed acceptis litteris tuis ea re iam primum bona spes mihi ostentata est, quod tua manu scripseras: deinde quod post apstinen-

(1) Capitolinus in *Vero* p. 52. A. postquam huius principis magistros, quos inter Frontonem, enumeravit, hæc addit: „Hos omnes amavit (Verus) unice, atque ab „his invicem dilectus est". *Maius.*

(2) Quum scribat ad Verum, videtur hoc loco Fronto uti duplici sensu huius vocabuli *vero*. *Maius.*

(3) In margine, ubi hæc repetuntur, scribitur *benivolentiae*. *Maius.*

(4) Ex Epistula hac ipsa colligitur eo tunc morbo laborasse Verum, quem narrat Capitolinus in eius vita p. 54. C. „Profectum (Verum) ad Parthicum bellum Mar„cus Capuam prosequutus est. Quumque inde per om„nium villas se ingurgitaret, morbo implicitus apud „Canusium ægrotabat, quo ad eum visendum frater con„tendit". Et Marcum quidem adfuisse fratri ægrotanti, patet etiam ex clausula huius Epistulæ. Neque hic agitur de extremo Veri morbo apud Altinum. Nam postquam ibi apoplexi est correptus, mutus triduo supertuit: dicit autem hoc loco Fronto, se ab eo iam recreato litteras autographas accepisse *Maius.* Verissima sunt hæc. Scripsit igitur epistolam Fronto a. 162. *N.*

stinentiam tridui et sanguinem satis strenue et prompte demissum [1] liberatum esse te periculo inpendentis valetudinis nuntiabas. Respiravi [2] igitur et revalui et apud om- 2
nes foculos, aras, lucos sacros, arbores sacratas, nam rure agebam, supplicavi. Et nunc expecto cognoscere ex tuis litteris quantum medici isti dies promoverint ad vires reficiendas. Enimvero nunc maiore multo 3
cura diligentiaque opus est, ut paulatim temet compleas nec properes ad detrimenta virium resarcienda. Nam id quidem omnium opinione compertum et traditum est, sanguinem, ubi abundet, incursim detrahendum, postea pedetemptim esse reparandum. 4
Fac, oro te et obsecro, Domine, quod tuo egregio ingenio decet, temperes et reparcas et modificeris desideriis omnibus, quæ nunc acriora solito et procaciora existere necesse est post apstinentiam, qua necessario in tempore usus es. Fratrem Dominum saluta, quem salvum habebis, si tu salvus eris. Vale Domine dulcissime.

5. (*Magistro meo*) [3]

. . . . . [*necessa*]rio correcta, vel in tem- 1
pore provisa, vel celeriter curata, vel sedulo instructa, prædicare ipsa [4] apud te su-

(1) Corr. *emissum*. *H.*
(2) Cod. *respirabi*. Sic in Epist. sequente *adiubant* pro *adiuvant*, et in Epist. 1. Libri I. ad Amicos *ubam* pro *uvam*. *Maius.*
(3) Epistola hæc a Vero in Asia scripta est ante res bene in Armenia gestas (infr. 5.); incidit igitur in priores menses anni 163. *N.*
(4) Immo *ipse*. *H.*

2 persedi. Da verecundiæ veniam, si urgentibus curis præpeditus negotia in manibus (1) præversus sum, speque tuæ erga me benignissimæ facilitatis interim in scribendo ces-
3 savi. Fiduciæ amoris ignoscito, si piguit consilia me singularum rerum forsitan in dies mutanda sub incerto adhuc exitu dubia existimatione perscribere. Causam quæso
4 tam iustæ cunctationis accipias. Cur igitur aliis quam tibi sæpius? Ut breviter absolvam; quoniam quidem, nisi ita facerem, illi irascerentur, tu ignosceres: illi tacerent, tu flagitares: illis officium officio repensabam,
5 tibi amorem pro amore debeam (2). An velles ad te quoque me litteras invitum, querentem, festinantem, quia necesse erat potius quam quia libebat, dare (3)? Cur autem, inquies, non libebat? Quia nequedum quicquam eiusmodi effectum erat, ut te lu-
6 beret ad gaudii societatem vocare: curarum vero, quæ me dies noctesque miserrimum habuere et prope desperationem summæ rei perduxere, facere participem hominem carissimum et quem semper lætum esse cupe-
7 rem, fateor, non lubebat. Nec enim illud lubebat, aliud dolere aliud loqui. Simulare Lucium quicquam adversum Frontonem, a

(1) Ita Cod. teste Maio. Cum recte dicantur *negotia in manibus* τὰ πρὸ ποδῶν ὄντα, et loquendi hoc genus *praeverti aliquid* ex lexicis notum sit, non erat quod in ipso textu Maius rescriberet *negotia inanibus*, in nota emendandum proponeret *negotiis immanibus*. *H.*

(2) Ita Cod. *debeam*, et bene. *Maius.* Immo aut *debebam* scribendum aut *debeo*. H.

(3) Vitiose Ed. Mediol. *darem.*

quo ego prius multo simplicitatem [1] verumque [2] amorem, quam loquendi polite disciplinam didicisse me prædico? Equidem 8
pacto quoque, quod inter nos iampridem intercessit, satis me ad veniam impetrandam paratum esse arbitror: denique [3], quamquam mihi lacessitus a me sæpius numquam rescripsisses, dolebam hercules, sed pacti [4] memoria non suscensebam [5]. Postremo 9
quid plura? Ne potius defendere me, quam orare te videar: peccavi, fateor; adversus quem minime decuit, id quoque fateor; sed tu melior esto. Satis pœnarum lui, pri- 10
mum in eo ipso quod peccasse me sentio: mox quod tantis terris disiunctus, qui te in vestigio exorare potuissem, tot interea mensibus, dum meas litteras accipis, dum ego tuas recipio, cura discruciabor. Adhibeo tibi 11
deprecatores humanitatem ipsam: nam et delinquere humanum est, et hominis maxime proprium ignoscere . . . . . .
. . . . . .

(1) Veri candidam simplicitatem testatur etiam Capitolinus in eius vita p. 51. C. „Erat (Verus) morum „simplicium, et qui adumbrare nihil posset". Tum p. 52. D. „Amavit Antoninus Pius (in Vero.) simplicitatem „ingenii, puritatemque vivendi". Et in Marci vita p. 50. C. dicitur: „Marco datum vitio quod et fictus fuisset, nec tam simplex quam videretur, aut quam vel „Pius vel Verus fuisset". Notat tamen idem Capitolinus p. 42. C. „Verum ingenito vitio laborasse simulandæ callide severitatis". *Maius.*

(2) L. *verique. H.*

(3) *Denique* idem est h. l. quod *saltem, certe. H.*

(4) Cod. *facti*, sed emendandum fuit *pacti* ex superioribus. *Maius.*

(5) Ita Cod. pro *succensebam. Maius.*

6. VERO AUGUSTO DOMINO MEO [1]

1 QUANTA et quam vetus familiaritas mihi intercedat cum Gavio Claro, meminisse te, Domine, arbitror. Ita sæpe de eo apud [2] te ex animi mei sententia sum fabulatus. Nec ab re esse puto, memorem te tamen
2 admonere. A prima ætate sua me curavit Gavius Clarus familiariter, non modo iis officiis quibus senator ætate et loco minor maiorem gradu atque natu senatorem probe colit ac promeretur; sed paulatim amicitia nostra eo processit, ut neque illum pigeret neque me puderet, ea illum obœdire [3] mihi, quæ clientes [4] quæ liberti fideles ac laboriosi obsecuntur; nulla hoc aut mea insolentia aut illius adulatione; sed mutua caritas nostra et amor verus ademit utrique nostrum in officiis moderandis omnem de-
3 trectationem *. Quid ego memorem negotia in foro nostra minima maximaque ab eo cu-

* *In margine*: Mutua caritas nostra et amor verus ademit utrique nostrum in officiis moderandis insolentiam et adulationem.

(1) Epistola hæc commendaticia cum missa sit ad Verum in Syria agentem (infr. §. 7.), intra spatium illud ab anno 163 ad annum 166 scriptam esse necesse est; accuratius definiri tempus non potest. *N.*

(2) In Codice modo *apud* scribitur, modo *aput*. Nos constanter expressimus *apud*. *Maius.*

(3) Ita Cod. *oboedire*, quod etiam in Mss. Plautinis Pers. 2, 4, 2. et 3, 1, 50. observavit Pareus. *Maius.*

(4) Fuere igitur, qui a libertinis diversi essent, clientes Antoninorum adhuc ætate, ad quam omnino multa ex vetere more duraverunt. *N.*

rata aut domi? quod [1] si uspiam recte clausum aut opsignatum aut curatum aut confectum quid vellem, me uni huic mandasse et concredidisse? Sed quod alumnus 4
meus ægre toleraret, valetudini meæ curandæ ita semper studuit, tantam omni tempore etiam operam dedit, ut excubaret etiam ægro mihi, et, ubi meis ego uti manibus per valetudinem non possem, manu sua cibos ad os meum adferret. Postremo, si 5
quid humanitus absente Victorino et Domino fratre meo [2] mihi accidisset, huic iusta corpori meo curanda mandavi. Præsentibus etiam illis, ab hoc potissimum corpus meum contrectari volui, quo minus doloris ad fratrem et generum meum ex contactu corporis mei perveniret. Hæc mihi cum Gavio 6
Claro iura sunt. Iam ego, si res familiaris mihi largior esset, ne quid ad senatoris munia facile toleranda deesset, omni [3] ope subvenirem. Neque [4] . . . . ego huius negotii causa eum trans mare proficisci paterer. Nunc et nostræ res haud copiosæ et 7
huius paupertas artior me compulerunt, ut eum invitum expellerem in Suriam ad legata, quæ ei in testamento hominis amicissimi obvenerunt, persequenda. Quæ paupertas 8
Claro meo nulla ipsius culpa optigit. Sed neque paterna ulla neque materna bona fru-

(1) Scr. *aut domi quoties uspiam* etc. Istud *si* post *quod* de suo se inseruisse, fatetur in Add. Maius. *H.*
(2) Vide Epist. ad Marcum II. 7. et de nep. amisso 2. 24. *Maius.*
(3) Legerim *omni ei ope. H.*
(4) Videtur huiusmodi aliquid deesse: *ut aliunde subsidii aliquid sibi pararet. H.*

enda percepit, eaque fine heres patri fuit, ut creditoribus paternis ægre satisfaceret. 9 Ceterum parsimonia et officiis et frugalitate onera quæstoria, ædilicia et prætoria perfunctus est. Et [1] quidem per apsentiam eius divus pater vester sumptum prætura de fisco vestro cum expendisset [2]; ubi primum in urbem Clarus reconciliata sibi valetudine 10 venit, omne fisco vestro persolvit. Nihil isto homine officiosius est, nihil modestius, nihil verecundius. Liberalis etiam, si quid mihi credis, et in tanta tenuitate, quantum 11 res patitur, largus. Simplicitas, castitas, veritas, fides romana plane: φιλοστοργία vero nescio an romana; quippe qui nihil minus in tota mea vita Romæ repperi, quam hominem sincere φιλόστοργον [3]. Ut putem, quia reapse nemo sit Romæ φιλόστοργος, ne nomen quidem huic virtuti esse Romanum[4]. 12 Hunc tibi, Domine, quantis possum precibus commendo. Si umquam me amasti sive amaturus umquam es, hunc a me fidei tuæ atque opi traditum tuearis. Quæres fortasse quid pro eo . . . . . .

. . . . . .

(1) Codex pro *et* videtur habere *cum*. *Maius*. Scr. *Cui*. *H*.

(2) Mos is fuit Antonini Pii, uti testatur Capitolinus in eius vita p. 29. A. „Ita ut et magistratus adiuvaret, „et senatores Urbis ad functiones suas". *Maius*.

(3) Quo pertinet illud, quod Marcus a Frontone didicisse se dicit, ὅτι οἱ καλούμενοι παρ' ἡμῖν σύπατρίδαι ἀστοργότεροί πως εἰσίν (M. Ant. 1, 11.) *N*.

(4) Cf. Ep. 5. lib. I. ad Amicos. *Maius*.

7. (*Domino meo Vero Augusto*) [1]

. . . . . [2] si maxime velis possis, quin 1
ego ex te gaudiis amplissimis abundem. Virtutes tuas bellicas et militaria facinora tua atque consulta me nunc laudare tu forsitan putes, ut est. Quibus ego rebus, tam- 2
etsi sunt pulcherrimæ in rem publicam imperiumque populi Romani optimæ, amplissimæ, tam [3] iis ego rebus lætandis virilem cum ceteris portionem voluptatis capio: ex 3
eloquentia autem tua, quam scriptis ad se-

(1) Quæ supra diversum in utraque et nostra et Maii Editione epistolarum ordinem exhibet, pagina 153. monstrabit in hac epistola inter septimam atque octavam sectionem ed. nostr. duo aliena plane ab h. l. atque adeo diversorum librorum fragmenta a Maio inculcata, quibus exturbatis, iam tenor et continuatio quædam epistolæ rediit. Scripsit eam Fronto non alio consilio nisi ut L. Veri in scriptis ad senatum litteris eloquentiam collaudaret, in cuius comparationem epistolarum exempla etiam ex historicorum scriptis adhibet. Duo autem illa fragmenta, quæ intrusa huc exhibet Editio Mediol., nemo non intelligat, quantum sint inter se ipsa quoque et argumento et oratione diversa. Quorum prius Sallustianum illum *Principiorum Historiae* stilum referens elato quodam dicendi genere depravatam apud legiones Romanas in Syria disciplinam notat, et pars Panegyrici ad ipsum Aug. dicti fuisse videtur; alterum, quo demonstratur, quam necessarium sit imperatori Romano rhetorices studium, remissum illum exprimit docentis disputantisque sermonem, adeoque eundem, quem fragmenta libri *ad Marcum de Eloquentia*, dictionis colorem habet, ut non verear, ne quis intelligentium lectorum, ubi posui, incommodo ibi loco positum existimet. Ceterum ex illata s. 15. mutati Armeniæ regni mentione eodem anno scriptam epistolam coniicias, quo facta est illa mutatio, h. e. a. 164.; præponendam autem duabus sequentibus etiam propterea iudicavi, quod nona in Cod. secundum ipsius Maii testimonium (p. 83.) proxima decimam præcedit. *N.*

(2) Supplere possis, *non iam tu facere*. *H.*

(3) Ita Cod. *tam* pro *tamen*, qui est archaismus. V. Festum. *Maius*. Conf. Lex. Forcellin. *H.*

natum litteris [1] declarasti, ego iam hic tri-
4 umpho. Recepi, recepi, habeoque teneoque omnem abs te cumulatam parem gratiam: possum iam de vita læto animo excedere, magno operæ meæ pretio percepto magnoque monumento ad æternam gloriam relicto.
5 Magistrum me tuum fuisse aut sciunt omnes homines, aut opinantur, aut vobis credunt. Quod equidem parcius mihimet adrogarem, nisi vos ultro prædicaretis: (id) quoniam (vos prædicatis) [2], ego nequeo nega-
6 re. Bellicæ igitur tuæ laudis et adoriæ [3] multos habes administros, multaque armatorum milia [4] undique gentium accita victoriam tibi adnituntur et adiuvant [5]: eloquentia (vero) [6], ausim dicere, meo ductu, Cæ-
7 sar, meoque auspicio nata est . . . . . frustra [7] sed ad . . . . us fidei commemoratæ. Ceteros ars ac . . . das re . . . ac me . . . opes . . . quo . . . binos egenum . . . meminisse . . . . . .
. . . . . .
8 Extant epistulæ (variæ) [8], ... partim

(1) Intelligit litteras laureatas, quas attulit Romam Iunius Maximus tribunus, ut in Epist. 10. Lib. I. ad Amicos videre est. *Maius.*

(2) Immo (*vos*) *quoniam* (*praedicatis*) *H.*

(3) Ita Cod. pro *adoreae.* Et quidem cum i est etiam apud Servium ad Aeneid. X. 677. *Maius.*

(4) *Milia*, ut sæpe in antiquis monumentis. *Maius.*

(5) Cod. *adiubant. Maius.*

(6) Nihil opus erat hoc *vero. H.*

(7) Non possis, nisi inspecto codice, diiudicare, huccine hæc sectio an ad memoratum supra fragmentum ex *Panegyrico Veri* pertineat, utpote a Maio in epistolæ huius initii et fragmenti illius confinio collocatum. *N.*

(8) Hæc ita explevetim: *Extant epistulae* (*veteres*) *in historicorum libris, partim ab ipsis ducibus scriptae, partim ab auctoribus historiarum vel interpolatae vel compos. N.*

. . . partim . . . historiarum vel . . . compositæ, ut illa Thucydidi nobilissima Niciæ ducis epistula ex Sicilia missa. Item apud 9
C. Sallustium ad Arsacen regem Mithridatis auxilium inplorantis litteræ criminosæ. Et Gn. Pompei ad senatum de stipendio litteræ graves. Et Aderbalis apud Cirtam obsessi 10
invidiosæ litteræ [*quibus*] omnes (patres) postulabat, breves nec ullam rerum gestarum expeditionem continentes in longa (1) . . . . . inlatæ autem . . . . . quo scribsisti 11
tu. Extant Catuli (2) litteræ, quibus . . . . a se ma (3) . . . . dico . . . . historia tamen . . . . scribenda, si ad senatum scriberetur . . . . sensi horum suorum si in turmam epistulæ contulisset necessario . . . . expeditius et de . . . . quod Pater(culus) res . . . inornatius scribsisse. Tuæ litteræ et (4) elo- 12
quentes sunt ut oratoris, strenuæ ut ducis,

(1) Statim post hæc *in longa . . .* sequuntur in Edit. Mediol. (l. 2. ep. 4. p. 122.) et epistolam hanc finiunt laceri hi versus: . . . . *extant Catuli litterae . . . . ad senatum . . . . laborum suorum sunt . . . tuae litterae . . . . si re . . . .* Eos primus peperit editoris conatus legendi folii, quod deinde, cum felicius lectio cessisset, velut supplementum epistolæ huius separatim expressum dedit p. 309. nobis s. 11. seqq. Ibi igitur in ipso fere initio iidem versus ita leguntur: *Extant Catuli litterae — si in turmam — si ad senatum scriberetur . . . . sensi horum suorum tuae litterae — strenuae.* — Ceterum hinc clare perspicias, in Editione Mediol. eodem punctorum numero, quo interdum unius syllabæ aut vocis unius defectus notatur, sæpe etiam totum versum totamque sententiam oblitteratam significari. *N.*

(2) Ut nominatæ ante epistolæ ex Sallustii operibus extant adhuc, ita sine dubio Catuli hæ litteræ in eiusdem Historiarum libris legebantur, de bello adversus Lepidum, fortasse de prælio ad Cosas referentes. *N.*

(3) *F. sena(tu).* Mox pro *in turmam*, leg. *in formam. N.*

(4) Delendum hoc *et. H.*

graves ut ad senatum, ut de re militari non redundantes. Nam neque . . . . eius . . . . de . . . . brevitatis . . . . . coartatis . . . .
13 fuit. Quis imperator [*ali*]quid ad senatum (quom) debet loqui epistulam scriberet? Eaque tibi . . . . . cultas . . . . . de quibus scribendum erat, cum . . . . . dum . . . . .
14 Se denique cum . . . . . sicui priusquam [*ali*]quam prov(inciam) . . . . . ad populum [*di*]cere, et crim . . . . . quod. . . . . vos . . . . . exercitus insup[*er*] aut . . . . . meo . . . non ipse . . . vel quod . . . nos-
15 (tros) . . . . Vel quod Sohæmo (1) potius quam Vologæso regnum Armeniæ dedisset, aut quod Pacorum regno privasset (2), non-
16 ne oratione [*hui*]usmodi explicarent? Et dedere num . . . minore . . . bello in . . . . de re . . . . operam gestantes . . . scribtæ . . . . Summum eloquentiæ genus est de sublimibus magnifice, de tenuioribus frugaliter dicere . . . . . .

(1) De regno Armeniæ ad Sohæmum translato vid. Eckhel. T. VII. p. 91. *N.*

(2) Capitolinus (in Marco p. 29. C.) Pacorum dicit a Pio regem datum Ladis seu Lazis. Hic bello Parthico hostium fortasse partes secutus, a L. Vero regno privatus fuisse videtur. *Maius.* Inscriptio Gruteri p. MXCI. n. 10. nominat *Aurelium Pacorum*, regem Armeniæ magnæ, una cum fratre Meridate. Nomen Aurelii indicat, regem hunc hac vixisse ætate, clientemque Divorum Fratrum et civem Romanum fuisse, qui Romæ vivere cogeretur, ubi inventus est inscriptionem illam exhibens sarcophagus. Qui, fortasse Lazorum ille rex, a Parthis aliquamdiu tum victoribus Armeniæ regno auctus, a Vero eodem privatus fuisse videtur, cum Sohæmus et Vologæsus ambo tiaræ candidati essent. *N.*

8. DOMINO MEO VERO AUGUSTO (1)

FATIGATUM me valetudine diutina et præ- 1
ter solitum gravi ac gravissimis etiam luctibus pæne continuis adflictum; nam in paucissimis mensibus et uxorem carissimam et nepotem trimulum amisi; [*ex hisce*] me malis perpulsum (2) recreatumque tamen aliquantum fateor, quod te meminisse nostri et quædam nostra desiderasse cognovi. Misi igitur quæ Dominus meus frater tuus litteris tuis admonitus mittenda censuit. Ad- 2 3
iunxi præterea orationem pro Demonstrato (3), quam cum fratri tuo primum optuli, didici ex eo, Asclepiodotum, qui oratione ista compelletur, a te non inprobari. Quod ego 4
ubi comperi, curavi equidem abolere orationem: sed iam pervaserat in manus plurium, quam ut aboleri posset. Quid igitur? quid inquam? [*Nisi*] Asclepiodotum, cum a te probetur, mihi quoque fieri amicissimum: (4) tam hercule, quam est Herodes summus nunc meus, quamquam extet oratio. Egit præte- 5
rea mecum frater tuus inpense, quod ego multo inpensius adgredi cupio, et, ubi primum commentarium (5) miseris, adgrediar ex summis voluntatis opibus: nam de facultate tute videbis, qui me idoneum censuisti.

(1) Epistola hæc una cum eo quod sequitur Veri responso post magnas belli Parthici victorias incidere in a. 165 videtur. *N.*

(2) Ita, *me malis perpulsum recreatumque*, in Cod. scriptum extare, in Add. testatur Maius, cum in textu dedisset *me malis recreatum tamen.* Corr. *his me malis perculsum erectum recreatumque* etc. *H.*

(3) V. L. I. ad M. Anton. Aug. ep. 6. *Maius.*

(4) V. not. ad L. I. Ep. ad Anton. Aug. 6. p. 100. *H.*

(5) De rebus a L. Vero gestis. V. Ep. seq. *Maius.*

9. MAGISTRO MEO [1]

1 CERTUM esse te, mi magister carissime, etiamsi reticeam, nihil dubito, quantæ mihi acerbitatis [2] sit tua omnis vel minima tri-
2 stitia. Enimvero cum et uxorem per tot annos caram et nepotem dulcissimum pæne
3 simul amiseris maxi . . . magistrum doctis dictis consolari audeam [3] . . . tuam enim . . . tum . . . delibera . . . Nunc ad reliqua litterarum tuarum convertar. Delectatus . . .
4 . . . . . illi suis litteris subdiderunt. Ea vero quæ post meam profectionem gesta sunt, ex litteris a me [4] scribtis a negotio cuique præpositis ducibus cognosces. Earum exemplaria Sallustius noster nunc
5 Fulvianus [5] dabit. Ego vero, ut et consi-

(1) In epistola hac, quæ rescripta est ad proxime præcedentem, postquam Verus dolorem suum de domestico Frontonis luctu significavit, *convertitur ad reliqua* Frontonis *litterarum* (§. 3.), ad illud nimirum, quod Fronto promiserat, belli a Vero cum Parthis gesti historiam se scripturum, ubi primum sibi missus esset scriptionis materiem suppeditans commentarius (ep. 8, 5.) cui promisso responsa a Vero continet fragmentum a Maio libri secundi epistolæ secundæ loco positum, quod principio suo mutilum non minus commode cohæret cum iis, quibus a nobis adiunctum est, quam tot alia in his fragmentis, quæ propter oblitteratos aliquot versus divulsa loco suo Editio Maii exhibet. Contra quæ huic epistolæ (nonae nobis, in Ed. Mediol. 1, 8.) post verba *Nunc ad reliqua litterarum tuarum convertar. Delectatus . . . .* assuta sunt a Maio, ea in Frontonis epistola quæ præcedit nihil prorsus habent quo referantur, neque ullo modo cum initio epistolæ coeunt. *N.*

(2) Corr *acerbitati*. *H.*

(3) Facile in mentem venit hæc ita explere: *amiseris, maxima tibi vitae solatia, quibus ego mag.* *H.*

(4) Corr. *ad me*. *N.*

(5) Ad Fulvianum scripta est Ep. 23. L. I. ad amicos. *Maius.*

liorum meorum rationes commemorare possis, meas quoque litteras, quibus, quidquid gerendum esset, demonstratur, mittam tibi. Quod si picturas quoque quasdam de- 6
sideraveris, poteris a Fulviano accipere. Equidem quo magis te quasi in rem præ- 7
sentem inducerem, mandavi Cassio Avidio Martioque Vero (1), commentarios quosdam mihi facerent, quos tibi mittam, ex quibus mores hominum et censum (2) eorum cognosces. Quod si me quoque voles aliquem 8
commentarium facere, designa mihi qualem velis faciam, et ut iubes faciam. Quidvis enim subire paratus sum, dum a te res nostræ inlustrentur (3). Plane non contemp- 9
seris et orationes ad senatum et adlocutiones nostras ad exercitum. Mittam tibi et sermones meos cum barbaris habitos. Multum hæc tibi conferent. Unam rem volo 10
non quidem demonstrare discipulus magistro, sed existimandam dare. Circa causas et initia belli diu commoraberis, et etiam ea quæ nobis absentibus male gesta sunt:

(1) De his scribit Capitolinus in *Vero* p. 55. A. „Bel„lum Parthicum duces confecerunt Statius Priscus et „Avidius Cassius, et Martius Verus per quadriennium, „ita ut Babylonem et Mediam pervenirent, et Armeniam „vindicarent: partumque est ipsi (Vero) nomen Arme„niaci Parthici Medici". *Maius.*

(2) An *sensum*? ut iunxit Horatius *sensus moresque* Sat. I, 3, 97. *H.*

(3) Omnino Verus hac epistula imitatus videtur Ciceronis Epistulam ad Lucceium (Lib. V. ad Fam, 12.). Sic enim et ille præstantem historicum rogat, ut de rebus suis in consulatu gestis quamprimum scribat: „Ar„deo cupiditate incredibili, nomen ut nostrum scriptis „illustretur et celebretur tuis . . . . Si suscipis causam, „conficiam commentarios rerum omnium". *Maius.*

11 tarde ad nostra venies. Porro necessarium puto, quanto ante meum adventum superiores Parthi fuerint, dilucere, ut, quantum nos 12 egerimus, appareat. An igitur debeas, quomodo πεντηκονταετίαν Thucydides exposuit, illa omnia corripere, an vero paulo altius(1) dicere, nec tamen ita, ut mox nostra, dis- 13 pandere, ipse dispicies. In summa, meæ res gestæ tantæ sunt quantæ sunt scilicet, cuoiquoimodi sunt: tantæ autem videbuntur, quantas tu eas videri voles.

10. DOMINO MEO VERO AUGUSTO

1 QUAMQUAM me diu (2) cum ista valetudine vivere iampridem pigeat tædeatque, tamen, ubi te tanta gloria per virtutem parta reducem (3) videro, neque incassum vixero, neque invitus quantum vitæ dabitur vivam. 2 Vale, Domine desiderantissime (4). Socrum et liberos vestros (5) saluta.

(1) An *latius*? *H.*

(2) Expectabam *diutius* vel *tamdiu*. *H.*

(3) Ad L. Verum e Parthica expeditione redeuntem scriptam apparet hanc Epistulam a Frontone: nam et in Codice ea consequitur L. Veri Epistulam ex Asia, ut videtur scriptam, quam nos fecimus secundam Libri alterius ad Verum. *Maius.* Hæc autem illi est prima primi. Scripta epistola est a. 166. Maii hanc notam testimonio mihi et præsidio esse velim, si quis forte eius auctoritatem in ordinanda reliquiarum harum serie sequendam contenderit. Ceterum illud intelligere non possum, cur, cum Codicis ille sui ordinem tenere nollet, postremas omnium ætate epistolas in ipso principio collocaverit. *N.*

(4) Vid. notata ad Ep. ad M. Cæs. 1. 9. p. 42. *H.*

(5) Liberos de Lucilla (Marci et Faustinæ filia) suscepisse Verum nondum aperte scriptores prodiderant. Id tantum ex nummis Lucillæ inscriptis FECUNDITAS et IUNONI LUCINAE (ap. Eckhelium VII. p. 99.) con-

11. MAGISTRO MEO

Quidni ego gaudium tuum mihi repræsentaverim, mi magister carissime? Equidem videre me (1) et arte (2) complecti et multum exosculari cotidie videor mihi toto . . . . . .

12. (*Magistro meo*) (3)

. . . . . veri. Quid (or)as mi magi- 1
ster? . . . . nisi qui a me munus, aut no
. . . mus defendisset, qua si deficis . . . quid
. . . . aliud ego doctior quidquam aut expeto, aut somnio . . . . nostro, Calpurnium 2
dico, contentio est: quem ego facile et omnibus spectantibus, et te, si spectaveris, te-

iiciebatur. Veri tamen et Lucillæ filiam incerti nominis profert Eckhelius (Doctr. Num. Vet. Tom. VII. p. 98 — 99.) de qua vide Dionem LXXII. 4. *Maius.* Non vidit Maius illud quod ipsum ambigitur in hac re. Lucillæ filiam iam a. 183 nupsisse, nemo dubitat, eamque in Lucillæ cum Vero, non cum Claudio Pompeiano matrimonio natam esse, ipsa temporum ratio evincit; sed nomen eius ignotum est. *Liberos vestros* quod dixit prisci sermonis ubique imitator Fronto, non est necesse ut plures intellexerit; unam potius hanc ipsam filiam intellexisse probabile est, cum a. 166. scriberet, et prisci scriptores Romani de uno etiam filio unave filia plurativum verbi numerum usurpassent, certe eum apud illos usum agnosceret cum grammaticis suis posterior hæc Frontonis ætas. V. Gell. 2, 13., qui quod ibi ex Sempronii Asellionis libro testimonium profert, sane parum est aptum. *N.*

(1) Corr. *te.* *H.*

(2) Ita Cod. pro *arcte.* Sic *artior* et *artius* alibi, quæ est scriptura sollemnis in antiquis codicibus. *Maius.*

(3) Quoniam in hac epistola mentio fit Apolausti, quem ex Asia Verus secum duxit Romam, ubi innotescere nomen eius prius vix potuit, fragmentum hoc ut post Veri reditum annumque 166 scriptum extremo libro posuimus. *N.*

ste revincam, Pyladem[1] magistro suo istum tanto meliorem esse, quanto sit Apolausto[2] similior. Sed quod sine ioco[3] dicatur, iube Valerium istum Antonium dare mihi libellum, uti rescriptione quoque nostra gratia sententiæ nostræ fiat. Epistulam tuam summa cum voluptate et solita cum admiratione legi. Vale, mi magister, Vero tuo dulcissime et carissime.

12.

(1) De duobus huius nominis et ætatis Pantomimis agitur in Inscr. ap. Gruterum CCCXXXI. 1.
P. AELIUS. AUG. LIB. PYLADES. PANTOMIMUS HIERONICA INSTITUIT. L. AURELIUS. AUGG. LIB. PYLADES. HIERONICA. DISCIPULUS. CONSUMMAVIT. *Maius.* *Augg.* Lib. Pylades apud Gruter. MXXIV. 8. idem est haud dubie; quæ inscriptio magno eum in honore habitum declarat. Est etiam idem quem deperibat matrona illa, Galeno, cum is nomen illius apud eam prolocutus esset, amorem suum arteriæ pulsu prodens. V. Galen. de progn. p. 457. ed. Bas. *N.*

(2) Capitolinus in *Vero* ait: „Habuit (Verus) et „Agrippum histrionem, cui cognomentum erat Memphi, „quem et ipsum e Syria veluti tropæum Parthicum „adduxerat, quem Apolaustum nominavit". Hic sub Commodo imp. occisus est. Athenæus etiam Lib. I. p. 20. ait, sua memoria extitisse Memphim saltatorem: qui sine dubio est Apolaustus L. Veri. Immo de hoc loquitur Inscriptio apud Gruterum CCCXIII. 8.

L. AURELIO. APOLAUSTO. MEMPHIO
AUGG. LIB. HIERONICAE. CORONATO etc.

quæ Inscriptio in loco citato Gruteri ad alium hominem detorquetur, secus ac censuit Casaubonus. Verus hoc hominum genere mirifice delectabatur. Quare ait Capitolinus in eius vita p. 56. B. „Adduxerat secum (Roma) et fidicinas et tibicines et histriones, scurrasque „mimarios et præstigiatores, et omnia mancipiorum genera, quorum Syria et Alexandria pascitur voluptate, „prorsus ut videretur bellum non Parthicum sed histrionicum confecisse". *Maius.*

(3) Cod. *loco.* *Maius.*

13. *Fragmentum Panegyrici, ut videtur, L. Vero dicti.* (1)

. 1

. . . His te consiliis, imperator, a prima pueritia tua non circus profecto nec lorica, sed libri et litterarum disciplinæ inbuebant. Cum multa huiusmodi consiliosa exempla in historiis et in orationibus lectitares, ad rem militarem magistra eloquentia usus es. Exercitus tibi traditus erat incuria et lasci- 2
via et otio diutino corruptus (2). Milites Antiochiæ adsidue plaudere histrionibus consueti: sæpius in nemore vicinæ ganeæ (3), quam sub signis habiti. Equi incuria horridi, equites volsi: raro brachium aut crus militum hersutum. Ad hoc vestiti melius 3
quam armati, adeo ut vir gravis et veteris

(1) Fragmentum hoc Maius septimæ ad L. Verum epistolæ (ed. Mediol. II. 4.) inseruit, ubi dici vix potest quantum a reliqua epistola et argumento et sermone discrepet. Quamvis enim Fronto mediocris, immo futilis sæpe scriptor sit, non tamen ita ab incepto tenore statim ad aliud dicendi genus desciscere potuit. Manifesta quippe hæc est Sallustii imitatio, quapropter ego fragmentum in *Principia historiae* redegissem, ni in hoc L. Verum alloqueretur eique de ipsius exercitu narraret Fronto. Est autem hic ipse mos Panegyricorum, quorum qui primum obtinet locum, Eumenius Frontonem adeo miratur, ut putari hunc imitatus esse debeat. Fronto autem cum consul in Antoninum Pium panegyricum dixisset, quidni idem eundem in modum senator triumphatorem reducem salutaverit? *N.*

(2) Marcus imperator in Epistula ad præfectum suum, quam Vulcatius in vita Avidii Cassii profert p. 60. D.—61. A. „Avidio Cassio legiones Syriacas dedi diffluentes „luxuria, et Daphnicis moribus agentes, quas totas ex„caldantes se reperisse Cæsonius Vectilianus scripsit". Cf. ibidem responsionem præfecti ad Marci Epistulam. *Maius.*

(3) In silva Daphne. *Maius.*

disciplinæ Lælianus Pontius [1] loricas partim eorum digitis primoribus scinderet, equos pulvillis instratos animadverteret . . . . . .

(1) Exstat inscriptio in honorem M. Pontii Læliani, reperta in Foro Traiani, apud Gruterum p. CCCCLVII. 2. (ubi tamen perperam legitur *L.* Aetiano pro Læliano), ex qua apparet, fuisse eum sodalem Antoninianum Verianum, legatum Aug. pro prætore Syriæ et Pannoniarum, comitem divi Veri, donatum donis militaribus bello Armeniaco et Parthico, aliisque præterea muneribus amplissimis functum: huic denique senatum, auctore M. Antonino Aug., statuam poni habitu civili in Foro Traiani pecunia publica censuisse. *Maius.*

M. CORNELII FRONTONIS

EPISTULARUM

AD AMICOS

Liber I.

INDEX (1)

* * *

Cl. Severo.
Commendandi mos.
Lolliano Avito.
Montanum Licinium.
Victorino Genero.
Has saltem.
Accri(lio Pl.) Ariano.
Iulium Aquilinum.
Cl. Iuliano.
Cuperemus profecto.
Avidio Cassio.
Iunius Maximus.
Aufidio Victorino.
Antonius Aquila.
Passieno Rufo.
Aemilius Pius.
Caelio Optato.
Sardius Saturninus.
Petronio Mamertino.
Sardius Saturninus.
Velio Rufo Seni.
Figurae orationis.
* Aufidio Victorino (2).
Litteras (quas) Domine.

(1) Acephalus est in Codice hic Index. *Maius.* Singulis his in hoc Indice epistolarum inscriptionibus Maius numeros præfixit, quos, ne in errorem inducant, delevimus. *N.*

(2) Quas Epistulas asterisco notamus, eæ vel in mutilo nostro Codice desiderantur, vel legi propter oblitterationem non queunt. *Maius.*

* AUFIDIO VICTORINO.
Graviter oculos dolui.
AUFIDIO VICTORINO.
Ad (maius) tempus.
PRAECILIO POMPEIANO.
Verum ex me mi.
* PRAECILIO POMPEIANO.
Lege carissime mihi.
* CL. IULIANO.
Habuisti igitur domi.
* CL. IULIANO.
Nescio quo pacto fit.
FULVIANO.
Ego (genus) hoc epistularum.
SARDIO SATURNINO.
Gravissimum casum.
* IUNIO MAXIMO.
Humani casus homini.
* SARDIO SATURNINO.
Hortatus sum con . . .
IUNIO MAXIMO.
Per Ulpium nos.
SQUILLAE GALLICANO.
Tibi Domine Frater.

---

1. (*Fronto Aufidio Victorino salutem*) (1)

(1) Hanc epistolam et quæ proximæ duæ sequuntur, initio primi huius ad amicos libri eam ob causam posui, quod neque notatis in indice epistolis interseri possunt, nisi quis, spreta omni auctoritate, suo agere arbitrio velit, neque extremo libro adiungi, quoniam notatus est in codice libri finis. Contra et ipsius collectionis et indicis initium deest. Ac prima quidem epistola manifesto ad Victorinum scripta est; utramque autem, et hanc et alteram quæ in eodem est folio, in hoc fuisse libro, quis dubitet, cum teste indice primus hic liber plures ad Victorinum, nullam alter continuerit? Nam secundam quoque ad eundem scriptam fuisse probabile est, inscriptione hac Codicis *Fronto . . . or . . . .* sic redintegrata: *Fronto Victorino.* Iam utique illud quæri potest, annon utraque hæc epistola ad illas XVI—XVIII pertineat, quæ omnes ad Victorinum scriptæ fuerunt, et quarum priores duæ totæ interciderunt, tertiæ deest initium. Sane enim hanc XVIII. ex eo tantum agnoscere

. . . . [1] meremur et mihi filiam et tibi 1
uxorem, ut recte proveniat, favebunt, et familiam nostram liberis ac nepotibus augebunt, et eos qui ex te geniti sunt eruntque, tui similes præstabunt. Cum isto quidem sive Victorino nostro sive Frontone cotidianæ mihi lites et iurgia intercedunt. Quum 2
tu nullam umquam mercedem ullius rei agendæ dicendæve a quoquam postularis, [2] Fronto iste nullum verbum prius neque fre-

potuit Maius quod finem eius statim inscriptio decimæ nonæ sequitur. Deest autem, ut diximus, initium idque plurium fortasse paginarum, primaque epistolæ verba ab eo nonnisi ex indice suppleta sunt. Iam cum in primis illis verbis *Ad* (*maius*) *tempus* unci, quibus Maius mediam vocem sepsit, oblitteratam pæne, ambiguam certe in indice scripturam significent, haud absurde aliquis in his agnoscere sibi videatur *AM* illud, a quo secunda libri huius epistola incipit. Ita secunda hæc fragmentum fuerit ex deperdito decimæ octavæ principio; prima autem quæ nunc est, clauserit decimam septimam, cuius initium fuerit *Graviter oculos dolui.* Quæ tamen suspicio, licet probabilis, incertior est, quam ut ei tribuendum quidquam in constituenda fragmentorum horum serie videretur. De tertia autem epistola ad initium eius dicemus. Ceterum prima hæc videtur scripta, cum prole auctus absens gener esset. Clarius certe nihil est quam cui sit scripta, neque minus certum est, Frontonem eum, de quo senex loquitur, huius nepotem esse, cui illius temporis more materni avi cognomen una cum patris inditum esset; quibus appellaretur nominibus, cum antiquum prænomen dicis causa teneret. Aliter tamen visum est Maio, qui epistolam hanc decimæ loco in librum ad Pium inseruit, a Pio scriptam ad generum Marcum iudicans; Pium in hac iocari de consulari Frontone sene (s. 4.). Ad senem enim hunc refert, quæcunque de infante h. l. narrantur, atque adeo in Comment. præv. p. LXXIV, „Duodecima," inquit, „festivissimis iocis „condita est Piique prorsus indolem prodit, qui familia„rissime cum amicis, rure præsertim, vitam agitavit". *N.*

(1) Ante hæc huiusmodi fere verba videntur intercidisse: *Conservabunt di boni, si mer.* Deinde scribendum *et ut recte prov. H.*

(2) De hac abstinentia Victorini huius vid. not. ad Ep. de Nep. amisso.

quentius congarrit, quam hoc *da*. Ego contra quod possum aut chartulas ei aut tabellas porrigo, quarum rerum petitorem eum
3 esse cupio. Nonnulla tamen et aviti ingenii signa ostendit. Uvarum avidissimus est. Primum denique hunc cibum deglutivit nec cessavit per totos pæne dies aut lingua lambere ubam [1], aut labris saviari [2], aut gin-
4 givis lacessere aut ludicrari. [3] Avicularum etiam cupidissimus pullis gallinarum, columbarum, passerum oblectatur. Quo studio me a prima infantia devinctum fuisse sæpe audivi ex his qui mihi eductores aut magistri fuerunt. Senex etiam quanto perdicum studio tenear, nemo est qui me leviter no-
5 verit, qui nesciat. Nullum est enim factum meum dictumve, quod clam ceteris esse velim: quin cui rei mihimet ipse conscius sim, ceteros quoque omnes iuxta mecum scire velim . . . .

2. FRONTO . . . OR . . . [4]

1 Am . . . nullus dolor . . . aut . . in . . teris aut internati oriebantur inter nativum, Græci ἱερὸν ὀσοῦν, Suetonius [5] Tranquillus

(1) Ita Cod. *ubam* (at superius *uvarum*). *Maius.*
(2) Ita Cod. *saviari*. *Maius.*
(3) Vox corrupta.
(4) Hoc quoque Fragmentum videbatur collocandum in Libro Epistularum ad Antoninum Pium, quia exstat in eodem Codicis folio, atque superius Fragmentum. *Maius.* Inscriptionem supplendam esse *Fronto Victorino*, monuimus in nota prima ad Ep. I. *N.*
(5) Cod. *Seetonius*. *Maius.* Primus ergo et fortasse unus Suetonius *sacram* dixit spinam, quæ vulgo et a medicis simpliciter *spina* nominaretur. *Spinam* Glossæ vett. explicant ἀκανθαν καὶ ἱερὸν ὀσοῦν ἢ ῥάχιν. *H.*

spinam sacram appellat. Ego me neque 2
græcum neque latinum vocabulum ullius
membri nosse mallem, dum istius doloris
expers vitam degerem . . . . . .

(3. *Fronto Cl. Iuliano* (1) *salutem*)

. . . . omnes provinciales loqui. Multa 1
etiam laboriosius facere, quam ipsa res po-
stulat: acta cognitionum, epistulas omnes
denique ad provinciam adtinentes. Te iuva- 2
bunt tuisque . . . . adsidue munera obires
. . . . [*cum ho*]nore provinciales tractare: ut
verum sit quod antiqui (2) veteres dixerunt
τοῦ αὐτοῦ εἶναι καὶ παίζειν καὶ σπουδάζειν.
Valerianum (3) . . . . bonus si . . . . stude-

(1) De hoc fortasse loquitur inscriptio apud Grute-rum XXXII. 6. SOLI. SACR. PRO. SAL. CL. IULIA-NI P. V. PRAEF. ANNONAE. TI. IULIUS. BALBIL-LUS. S. SOL. DED. XIII. KAL. FEB. L. ANNIO. FA-BIANO. M. NONIO. MUCIANO. COS. Porro Fabia-ni et Muciani consulatus incidit in annum Urbis 954. quo tempore adhuc superesse potuit is qui familiaritate Frontonis usus fuisset. *Maius.* Non sane idem hic est Iulianus, cum consulatus ille quadraginta prope annis posterior sit tempore eo, quo scripta hæc est epistola. Conf. s. 3. Ceterum recte Maius, quo nona (nobis) du-cebat epistola, hanc ad Cl. Iulianum inscripsit, perperam ante nonam et libro huic inseruit et notavit in Indice, ubi hoc quidem loco nulla eius extabat mentio. Titulum igitur posuit in Indice, pro primis epistolæ verbis puncta apposuit. Nobis vero, quamquam minime negamus fieri potuisse, ut aut XXI aut XXII epistolæ, quæ duæ, ut ex In-dice cognoscimus, ad Cl. Iulianum scriptæ olim in hoc libro extabant, pars fuerit hoc certa sede destitutum fragmentum, tamen præstare visum est, hoc quoque pari-ter ut illas ad Victorinum scriptas epistolas ponere libri initio. Ad Naucellium quendam scripsit etiam litteras, uti in Add. animadvertit Maius, Symmachus in lib. III. *N.*

(2) An *Attici? B.*

(3) Valerianum Pertinacis Imp. amicum, quicum *fa-bulas litteratas* habebat, memorat Capitolinus in illius vita c. 85. C. *Maius.*

bam conclusus: nec me Valerianus noster videre potuit. A Dominis nostris Imperatoribus non propter aliud amari me opto, quam ut te quoque participem mei corporis et animi diligant: et cum bonitate eo-
4 rum certus sum ita fore. Quom tibi scriberem, paulo commodius valebam. Adhuc quidem eo tempore eram ex longissima mea
5 valetudine, quam contra curam . . . . male mulcavit. Recitavi in senatu satis . . . . re-
6 peterem, postularetur. Fac, mi Naucelli [1], valetudinis tuæ curam geras, ut fortis ad nos venias. Di præstabunt ut me quoque
7 forticulum invenias. Valerianus noster magnas ad te plagas rettulit, quas ab omnibus . . . . . gravius eum tractavi . . . . . quam Stratonabian (aut Pyrallum) [2]. Stragu(la
8 mihi) linea . . . (quæ germani) . . . Munus hoc ab ineunte ætate infrequens habui et pæne neglectum: nec quisquam est hominum, nisi . . . . qui rarius quam ego scripserit ad amicos aut rescripserit. Nec quisquam de . . . . quam . . . . noscitur . . . .

(1) Ex hoc loco eruimus inscriptionem acephalæ Epistulæ, siquidem in sequente (nobis 9.) Epistula, quæ diserte in Codice inscribitur *Cl. Iuliano*, idem dicitur *Naucellius*. Porro Fronto sicuti Cl. Iuliano addit cognomen *Naucellii*, ita Cornelio Repentino *Contuccii* in Epist. IV. Lib. II. ad Amicos. *Maius*.

(2) Locus hians, ut alii multi, et conclamatus. Ita tamen in Codice mihi legere videor. *Pyrallis* cognomentum fœminæ non semel occurrit in Inscriptt. apud Gruterum, semel etiam apud Murator. MCDXCIII. 8. *Pyrallus* quoque in Indice Grutert. Dubitabam etiam num in Codice legendum esset *Pyladem* pro *Pyrallum*. *Maius*.

4. FRONTO CL. SEVERO (1) SALUTEM

(1) Cum amicorum, ad quos in his libris scripsit Fronto, plerique nusquam alibi apud veteres memorentur, contra accidit in hoc Claudio Severo, qui quis fuerit, haud facile definias propterea quod Marci ætate plures nominis huius viri extiterunt, certe videntur extitisse, quos aut exploratum aut admodum verosimile est eo functos esse munere, quale epistola hæc significat; proconsulis dico. Quapropter non alienum putavi hoc loco de Claudiis Severis, qui tum fuere, disputare accuratius. Ac Frontonis quidem epistolæ ad familiares eæ, in quibus mentio fit temporis quo sint scriptæ, ut tertia et decima octava, scriptæ sunt sub Divis Fratribus; in quam ætatem cum et eæ referri commode queant, quæ nullam habent temporis significationem: Claudium Severum hunc, cui scriptæ sunt hæ litteræ, nos ponendum iudicamus inter eos qui illis annis consules fuere, omisso Cn. Claudio Severo, qui consulatum gessit a. 146, quoniam nemo sane multis demum post consulatum annis provinciam rexit. Qui quod in Fastis a. 173. consul iterum commemoratur, errorem hunc convicit Norisius Ep. Cons. p. 459. B. Tom. XI. Thes. Græv. Quippe falsum ibi est nomen pro M. Aurelio Severo. Enimvero idem animadvertit Norisius, Galenum de Prognosi (p. 453 B. 459 D. Ed. Bas.) narrare de familiaritate sua cum Peripatetico Claudio Severo, qui consul fuerit, dum Verus in Asia bellum administrat, Galenus primum Romæ commoratur; duorum quippe mensium, non ordinarius consul. Qui Peripateticus, nemo dubitet, quin sit Marci magister ille ap. Capitolin. c. 3., neque dubitationem afferre illud debet, quod Galenus eius ut nobilis cuiusdam philosophiæque studiosi viri, non ut de schola hominis mentionem fecit, aut quod tum demum adeptus est consulatum, tot post Frontonem et Herodem annis; nam Rustici quoque nomen illa demum ætate in Fastis reperitur, neque puerum Marcum instituisse ad philosophiam putandus est ille Severus. Nimirum hunc ego philosophum eum esse iudico ἀδελφὸν Σευήρου, unde novisse se illos libertatis vindices, Thraseam, Helvidium, Catonem, Dionem, Brutum profitetur Marcus (in Comment. 1. 14.) et imaginem concepisse civitatis liberæ, quæ κατ' ἰσότητα καὶ ἰσηγορίαν administraretur, principatusque libertate civium antiquius nihil habentis; ubi philosophum quendam dici, vel ex interposita inter Catulum ibi et Maximum eius mentione intelligitur. Iam quod ibi ἀδελφὸν appellat eum imperator, adeo id viros doctos offendit, ut lenissimo scilicet remedio pro Σευήρου reponi ibi voluerint Οὐήρου; quasi vero illa discere Marcus a Vero fratre potuerit et multo se iuniore et homine mollitie luxuriaque effeminatissimo. Nihil illa offendet fra-

1 Commendandi mos initio dicitur benivolentia ortus, cum suum quisque amicum ali(1)

tris appellatio, si memineris Capitolini de Marco hæc c. 18. narrantis: *Cum in amore omnium imperasset, atque ab aliis modo frater, modo pater, modo filius, ut cuiusque aetas sinebat, et diceretur et amaretur;* atque tempore illo invaluisse hunc prioris quoque ævi morem æquales suos fratres salutandi, quem in Minucio perperam Christianis solis adscribunt interpretes, ex his ipsis Frontonis epistolarum libris clare intelligitur. Verum enimvero illud utique notabile est, quod præter ceteros amicos unum Severum honorifica hac appellatione insignivit ibi Marcus. Quæ res ipsa, ni fallor, indicio esse poterat, eundem esse hunc Claudium Severum, quem Dio Cassius l. 79. p. 1355. ut magni nominis virum, immo iuxta Marcum nominat. Marco is fuit affinis, siquidem Annia Faustina, uxor Pomponii Bassi, quem Elagabalus interfecit, ἀπόγονος ἀμφοῖν τούτοιν fuit. V. Dion. l. l. ad quem locum præter morem suum hallucinatur Reimarus. Equidem Severi filio nuptam fuisse coniicio minorem Marci filiam, unde proprie ἀδελφὸν illo loco dixerit Marcus, quem si generum ipsum habuisset, haud dubie γαμβρὸν dixisset; hunc porro Severi filium non alium fuisse quam illum, quem obiter supra nominavi, M. Aurelium Severum, consulem ordinarium a. 173: qui usitatissimo illius temporis more et prænomen et familiæ nomen ab imperatore socero adscivisset. Atque idem etiam, qui hic Claudius Severus, fuit haud dubie Σεβῆρος ἀνὴρ ὕπατος, qui Marcum a. 176. in Græciam comitatus est (Philostrat. de Vit. Soph L. II. Adrian. p. 585. C. ed. Morell.); nam ὑπάτευν nomen de consulari etiam Galenus usurpat. Illud contra iure dubites, num idem is quoque fuerit Severus, Asiæ proconsul, quem Phrygem et ἄνδρα καὶ μάλα τῶν γνωρίμων fuisse auctor est Aristides (Orat. Sacr. IV. ed. Iebb. I. p. 323). Nimirum nomina hæc, Tiberius Claudius, tantum non omnium civium Romanorum in Asia vicinisque provinciis indigenarum etiam per totum secundi sæculis patium fuere, plane ut Iulii nomen apud Gallos; neque a vero abhorret, plenum Phrygis huius nomen fuisse Ti. Claudium Severum. Cuius proconsulatus cum ex certa Iebbii computatione in annum inciderit 169, quinquennio certe post Peripatetici Severi consulatum, neque sane, si philosophus et affinis Marco fuisset, id memorare neglexisset Aristides: nobis quidem nulla relinquitur dubitatio, quin sit hic pro alio habendus. *N.*

(1) *ali* pro *alii*. *Maius.*

amico suo demonstratum conciliatumque vellet. Paulatim denique iste mos progressus 2
est, ut etiam eos qui publico vel privato iudicio disceptarent, non tamen inproba res videretur iudicibus ipsis aut iis qui consilio adessent commendare: non, opinor, ad iustitiam iudicis labefactandam vel de vera sententia deducendam; sed iste in ipsis iudiciis mos inveteratus erat, causa perorata, laudatores adhibere, qui id, quod de reo existimarent, pro sua opinione cum fide expromerent. Item istæ commendantium litteræ 3
laudationis munere fungi visæ sunt. Quorsum hoc tam ex alto prohœmium? Ne me 4
existimasses (1) parum considerasse gravitatem auctoritatemque tuam commendando Corneliano Sulpicio (2), familiarissimo meo, qui propediem causam apud vos dicturus est. Sed, ut dixi, veteris instituti exemplo necessarium meum laudare apud te ausus sum. Industrius vir est, strenuus, ingenio libero 5

(1) Corr. *existimassis*. *H.*

(2) Corneliano Phrynichus suam *dictionum atticarum Eclogen* dicavit. Idem de Corneliano loquitur magnifice in prohœmio operis: tum in voc. *βασίλισσα* dicit eum scribendis Imperatorum epistulis adscitum. Præcipue vero commendat in voc. *πρέσπα*, quo in loco dicit eumdem: „purum et antiquum oratorem, immo solum qui „post Demosthenis ætatem facultatem dicendi in vete„rem formam atque elegantiam revocaverit, universis „Græcorum negotiis expediendis præfectum ab Impp., „atque adeo ab iisdem adiutorem imperii regendi ele„ctum". Iam vero Phrynichus sub principibus floruit Marco et Commodo eius filio, ut narrat Photius Cod. CLVIII. Fronto quoque in Ep V. (nobis 4) græca iisdem fere laudibus Cornelianum prosequitur, quibus a Phrynicho honestatur. Fronto autem in utraque Epistula, latina nimirum et græca, dicit hunc *Cornelianum Sulpicium*: qui Cornelianus videtur ille Phrynichi esse. *Maius.*

ac liberali, patriæ amantissimus, innocentia fretus magis quam confidens [1], litterarum
6 studio et bonarum artium elegantia. Mihi ad . . * . . Iam . . . . qui cum mi(hi) . . . . [*in*]tercedit. Neque forte aut temere necessitudine ista sumus copulati, nec ultro me amicitiam Korneliani adpetisse fatear. [2] Laus ad me de ingenio eius iam pervaserat, quam veram ad aures meas accidisse, usu didici multisque documentis expertus sum.
7 Habitavimus una, studuimus una, iocum seriumque participavimus, fidei, consilii periculum fecimus; omnibus modis amicitia nostra et voluptati nobis et usui fuit. Quamobrem quantum plurimum possum, tantum [*te rogo*], [3] ut carissimo mihi homini in
8 causa faveas . . . . [4] citarit ad accusationem nostri ordinis virum. Sed lectis concilii commentaris [5] . . . . (propul)sare conisus est. Sollicitudo (animi) mea . . . . limitis eum verbis [6] commendare: sed fidum amorem nostri spondet. [*Spero autem, ubi*

* *In margine:* Iusso, non iussu, quia pluraliter his iussis facit (7).

(1) Sensu postulante, distinxi post *confidens*, sequentia proxime sic fere explenda ratus, *litterarum studio et bonarum artium elegantia mihi acceptissimus . . . H.*

(2) Malim *fateor. H.*

(3) Hoc *te rogo* certe deinceps poni post *faveas* debebat.

(4) Hic epistolæ exitus vix videtur ad ea quæ præcesserunt, quadrare. Num in eodem fuit folio, quo illa continentur, an in eo, quod quintam epistolam habet? *N.*

(5) Ita Cod. pro *commentariis. Maius.*

(6) F. *Sollicitudo . . . mea prohibet multis eum verb. com. H.*

(7) Vocabulum *iusso*, amissum in pagina oblitterata, servatum est in margine. *Maius.*

cogitaveritis] quid postulem [1], orationem vobis unum meum verbum visum iri.

5. FRONTO LOLLIANO AVITO [2] SALUTEM

MONTANUM * Licinium: ita te reducem 1
complectar, quo iureiurando mea tuaque salus æque continetur: sic diligo, ut non temere, quemquam eorum, quiscum mihi hospitii iura sunt, Montano meo anteponam. Quotienscumque Romam venit, in meo con- 2
tubernio [3] fuit, meis ædibus usus est; una nobis mensa semper, postremo omnium pæne rerum consiliorumque communicatio et

* *In margine:* De amicitia.

(1) Electis, quæ Maius inseruit de suo, legerim *nostri* (Cf. ep. 8, 3.) *spondet, qui postulem* etc. *H.*

(2) Lollianus Avitus consulatum gessit A. U. 897, anno post Frontonem, Pii imperii septimo; dicitur vir Consularis a Capitol. in Pertinace p. 78. D. Coram Lolliano Avito ait publice se disseruisse Apuleius (Apolog. p. 443. Ed. Paris. anni 1688.). Proconsulem Africæ fuisse patet iterum ex Apuleii Apologia p. 549—550. ubi et eiusdem litteræ citantur laudesque amplissimæ scribuntur. Denique ab Ulpiano in Pand. Lib. L. Tit. II. de Decur. 3. citatur Divorum Fratrum Marci et Lucii Rescriptum ad Lollianum Avitum Bithyniæ præsidem. *Maius.*

(3) *Contubernii* vocabulum dictum h. l. apparet pro *hospitii*, quippe vetere illo sancto mutuoque hospitio vix ista adhuc ætate locum obtinente. Hospitis igitur significatu intelligendum est *contubernalis* in Antoninorum ævi sermone; apud Frontonem nostrum; apud Minucium Felicem init., iisque, quos ibi Gronovius attulit, Appuleii locis; ubi falsa est Gronovii explicatio. Obiter monemus, dicendi quoque apud Minucium usum cum Frontonis usu comparantibus dubium videri non posse, quin, quod censuit Blondellus, referri ille ad Antoninorum ætatem debeat; non, ut vulgo putatur, ad Septimiorum. *N.*

3 societas fuit. Huic tantum honorem haberi a te velim, quantum tuo [1] . . . . contubernali consiliari(oque) [*haberi*] tuo postu-
4 lares . . . . Bonarum artium sectator est . . . . Montanus: tum doctrina et facundia est eleganti. Etsi sentio me meo artificio nimium favere, quod ipse nihil eloquentiæ antetulerit [2] . . . . apud me antiquissimum locum laudis eloquentia possidet * . . . . ex
5 summis benignitatis opibus tribuas. Nihil postulabit pro sua verecundia, nisi quod probum honestumque sit et tibi datu et sibi postulatu . . . . Frugi, probus, philostorgus, cuius rei nomen apud Romanos nullum est . . . . facundissimo omnium, quæ
6 tua nobilitas est . . . . ægre abstractum contubernio meo, quod pectoris valetudine correptus le[*vari isto*] cœlo posse [*magno o*]pere videatur. Quod ut fiat, opto. [3] [*Cum*] eum inter paucissimos diligam, fac mihi cape . . . . eum præsentem accipias et propi-

* *In margine:* Laus eloquentiæ (4)

(1) Etsi pleræque in epistola hac lacunæ unius sunt verbi, certe paucorum admodum, tamen in Ed. Mediol. pluribus etiam notatæ sunt punctis quam eæ, in quibus dimidia sæpe pagina evanuit. *N.* Velut h l. post *tuo* nihil videtur oblitteratum nisi *tu ipsius*; istud autem intrusum paullo post *haberi*, quo sequens *tuo* molestissime a præced. *consiliarioque* distrahitur, ne tolerat quidem Latinitas. *H*

(2) Protasis fortasse sic restituenda: *Etsi sentio me meo artificio nimis favere, qui, quod ipse nihil eloquentiae antetulerit, propterea eum collaudem. H.*

(3) Accesserunt hæc *Quod — opto* ex Add. in Ed. Mediol.

(4) Totus hic Epistolæ locus *de eloquentia* evanuit in Codice. *Maius.* Equidem ex hoc certe lemmate non coniecerim, Frontonem hic fuisse in eloquentiæ laudem exspatiatum. *H.*

cia . . . . iuxta . . . . salutem . . . . cupio . . . . ita generatus est . . . . [1] . . . . . .

6. * * *

VENETUS venalis est. Scis [2] hoc perpetuum Venetis fatum esse, ut numquam venierit, veniat [3] semper . . . .

7. (*Victorino genero*)

HAS saltem [4] . . . . das curare. Rescribit mihi litteras se nullas accepisse . . . . . loquar. . . . . Ita instituimus amiciti-

(1) Hanc epistolam in Ed. Mediol. sequitur scripta Victorino genero, quæ incipit a verbis *Has saltem*, (nobis mox septima), eique velut ipsius fragmentum et clausulam Maius adiunxit hæc: *Venetus venalis est* etc., de quibus ipse in annotatione „Quæ sequuntur" inquit, „verba (*Venetus venalis* etc.) non pertinent ad hanc epi„stolam; nam in Codice præcedunt eius initium. Ea „tamen heic subteximus, quia sola supersunt in pagina „prorsus obliterata" Sane fragmentum hoc vix potest pertinere ad epistolam Lollianó scriptam, quæ in Indice Codicis proxima præcedit hanc *Has saltem*; id quod argumento est, aut indicem hunc non vacare vitio aut Maium, quod ex evanidis in eo litteris eruisset, pro certa et liquida scriptura exhibuisse. Quale autem istud esse putemus, quod, quæ in Codice epistolæ initium præcedunt, ea ille subtexere epistolæ sustinuit? *N.*

(2) Censeo hoc a Frontoni dici non de gente, sed de factione Veneta. L. Verus favebat Prasinis contra Venetos turpissime, ut narrat Capitol p. 54 B. *Maius.*

(3) Ita Cod. pro *venrat.* Sic in Inscript apud Murator. p. MCCCXI. 2. legitur *veniet* pro *venibit. Maius.*

(4) Sectio hæc *Has saltem — loquar* apud Maium fragmento nostri ordinis sexto adiuncta est, posita igitur fuit in Codice (v. not. 1. h. p.) ante initium epistolæ ad Victorinum, quartæ ed. Mediol. quæ et in indice et in ipso textu incipit *Has saltem.* Quippe ex eo quod epistolæ *Iulium Aquilinum* initium in eodem extat folio perspexit quo quæ residua adhuc in oblitterata pagina supersunt pertinerent. Ipse hic quoque, ut ad ep. h. l. 23. notabimus, et titulum et prima verba ex indice transtu-

2 am, ut hæc vulgata officia neglegeremus, vero amore contenti .... Cum amico omnia amara et dulcia communicata velim ..... savia .... nis. Eo pervenit, ut esset mihi non tantum carissimus sed pæne solus ... .

8. FRONTO ACCR(ILIO PL.) ARIANO (1) SALUTEM

1 Iulium Aquilinum (2), virum, si quid mihi credis, doctissimum, facundissimum, philosophiæ disciplinis ad optimas artis, eloquentiæ studiis ad egregiam facundiam ex iure (3) eruditum commendo tibi quam pos-
2 sum studiosissime. Decet a te gravissimo et sapientissimo viro tam doctum tamque elegantem virum non modo protegi, sed eti-
3 am provehi et inlustrari. Est etiam, si quid mihi credes, Aquilinus huiusmodi vir, ut in tui ornamentis æ(que ac) nostri merito numerandus sit. Non dubitabis ita esse ut dico,

lit; nostra autem verba neglexit, eademque temere his *ita instituimus* præfixit. *N.* Iam si ingenio ludere liceat, tali fere filo sermonem continuatum fuisse divinet aliquis: *Has saltem litteras, mi Victorine, aliquando velim te ad . . . adferendas curare. Rescribit mihi litteras se nullas accepisse a me plures iam menses. De quo quid sentiam loquar. Ita instituimus — — contenti. Quamvis enim ego cum amico — velim, tamen crebrae epistolae, congressus, salutationes, savia, non sunt meae consuetudinis Eo* etc. *H.*

(1) Legendum suspicor *Plariano*. Et nomina quidem *Plarius* et *Plaria* occurrunt apud Gruterum et Muratorium. *Maius*

(2) Iulius quidam Aquilinus memoratur in Inscriptione reperta iuxta fontem Timavi non longe ab Aquileia. V. Gruterum CXV. 7. Murator. DCCCLXXXVIII. 6. *Maius.*

(3) F. *eximie*. *N.*

dico, si eum audire (dispu)tantem de Platonicis disciplinis dignatus fueris. Perspicies 4
pro tua prudentia intelligentiaque summa
[*haud*] (1) minorem fama *, luculentissimum
verborum apparatu, maxima frequentia sententiarum. Quom hæc ita esse deprehende- 5
ris, scito amplius esse in hominis moribus:
tanta probitate est et verecundia. Maximi 6
concursus ad audiendum eum Romæ sæpe
facti sunt. Plurimi nostri ordinis viri facundiam eius non modo probant, sed etiam
admirantur. Officio necessario inductus est 7
ut (hinc) proficisceretur ad consolandam
consobrinam suam casu gravi adflictam. Quantumcumque Aquilino meo honoris tribueris,
id te mihi tribuere existimato.

9. FRONTO CL. IULIANO SALUTEM

Cuperemus profecto, mi Naucelli (2) ca- 1
rissime, eo nos fato præditos, ut, si mihi liberi etiam virilis sexus nati fuissent, eorumque ætas hoc potissime tempore ad munia militiæ fungenda adolesceret, (3) quo tempore tu provinciam cum exercitu administrares, uti sub te mei liberi stipendia merent. Non longe aberit quin hoc quod 2

* *In margine:* Laus Aquilini.

(1) Addidi *haud*. *Maius*. Immo pro *minorem* legendum *maiorem*. *H*.

(2) Ita hic et supra ep. 3. ex Cod. in Add. correxit Maius, cum edidisset *Naticelli*.

(3) In antiquis Codd. scribitur promiscue *adulesco* et *adolesco*, sed illud sæpius. *Maius*.

uterque cuperemus evenerit. Nam Faustinianum [1] Sta(tirni) [2] mei filium non minus diligo neque minus eum diligi cupio, quam si ex me genitus esset. Is nunc sub te me-
3 rebit. Tu . . . dium meliore bono an . . . Quantum ex tua benivolentia Faustinianus ornamenti adsequetur, tantum tu voluptatis ex Faustiniani elegantia capies. Quam doctus sit, mihi crede; quam rei militaris peritus,
4 prædicant omnes, sub quibus meruit. Sed tum demum doctrinæ industriæque suæ fructum se percepisse putabit, ubi se tibi probarit. Fac periculum * in militiæ muneribus, fac periculum in consiliis iudiciariis [3], fac periculum in litteris, omni denique prudentiæ et facilitatis usu vel serio vel remisso: semper et ubique eum parem sui inve-
5 nies. Patrem vero eius egregium virum nisi tute nosses, satis ego laudare non possem. Quin aliquanto minus dixerim, tametsi plurimum dixero: prosus [4] ego Sta(tirni) mei filium qualemcumque diligerem tam hercule, quam Faustiniani mei [5] patrem qualemcumque carum haberem. Nunc

* *In margine:* Laus exercitationis.

(1) (Cerellius) Faustinianus recensetur a Spartiano in Severo p. 101. D. inter nobiles Senatores, quos Severus Imp. causa indicta occidit. *Maius.*

(2) Ita prorsus *Statirni*, et non v. g. *Saturnini*, videor mihi legere in Codice hic et inferius in hac Epistula. *Maius.* Scr. *Statiani.* *B.*

(3) Cod. *iudicaris.* *Maius.*

(4) *Prosus* pro *prorsus.* Confer Epist. 5. Lib. II. ad Amicos. Sed tamen in Epist. sequente huius Libri I. legitur *prorsus.* *Maius.*

(5) Cod. *Faustiniani mei filium patrem.* Sed tolle *filium.* *Maius.*

vero uter utri plus apud me gratiæ conciliet, ignoro; nisi quod utrumque impensius alterum alterius gratia diligo.

10. FRONTO AVIDIO CASSIO [1] SALUTEM

Iunius Maximus [2] tribunus, qui laureatas 1
Romam adtulit litteras [3], non publico tantum munere strenue, sed privato etiam erga te officio amice functus est; ita de laboribus et consiliis tuis et industria et vigilantia prædicator ubique frequentissimus extitit. Ad me quidem minus valentem cum 2
in suburbanam villam venisset, numquam cessavit in vesperum usque fabulas [4] nectere itinerum tuorum et disciplinæ ad priscum morem institutæ ac retentæ [5], tum in agmine ducendo et manu conserenda strenuissimi vigoris tui et consultissimæ opportunitatis. Prorsus ut nullus miles Plautinus de 3
suis, quam [6] hic de tuis virtutibus gloriatur, prædicaret; nisi quod Plautus de suo milite cum lepore, hic de te cum amore et

(1) Avidius ille Cassius, cuius vita extat a Vulcatio Gallicano conscripta. *Maius.*

(2) Ad Iunium Maximum scriptæ sunt Ep. 25. 27. h. l. *Maius.*

(3) Victoriæ Parthicæ nuncias. *Maius.*

(4) Nempe *sermones.* Sic Capitolinus in *Pertinace* p. 85. C. ait: „Adhibebat (cœnæ Pertinax) Valerianum, ut „cum eodem qui docuerat, fabulas litteratas haberet". *Maius.* Cf. Forcellin.

(5) De Avidii Cassii in regendis militibus severitate fuse agit Vulcatius in eius vita. *Maius.*

(6) Sic Codex non præcedente *tam*: quam quidem loquutionem alia antiqua exempla confirmant. *Maius.*

4 cum summa fide. Dignus est quem diligas et suffragiis tuis ornes. Tuæ propriæ gloriæ addideris, quantum dignitati prædicatoris tui adiunxeris.

11. FRONTO AUFIDIO VICTORINO SALUTEM

1 Antonius Aquila (1) vir doctus est et facundus. Quod tu dicas (2), audistine eum declamantem? non medius fidius ipse audivi, sed credidi adfirmantibus id doctissimis et honestissimis et mihi carissimis viris, quos et iudicare recte posse et ex animi senten-
2 tia testimonium perhibere certo scio. Velim, Domine, ut adiuves eum, quo facilius in civitate aliqua istius provinciæ (3) publi-
3 ce instituendis adulescentibus adsciscatur. Impense istud a te peto: factum (4) enim Aqui-

(1) Aquila ex orientali Galatia oriundus discipulus Chresti, qui sub Hadriano Imp. floruit, dicitur rhetor probatissimus a Philostrato Soph. II. in *Chresto*. Alius est Aquila Romanus cuius extat *De figuris sententiarum et elocutionis libellus* ex Alexandro Numenio expressus, qui Alexander item ut Chrestus sub Hadriano claruit. Sed de Aquilæ Romani ætate definite non constat. Aquila orator nominatur a P. Consentio apud Putschium p. 2026. *Maius.* Confudit Maius Adrianum Sophistam Tyrium, qui τὸν Ἀθηνῆσι θρόνον anno fere 176 tenebat, cum imperatore Adriano. *N.*

(2) Structura sermonis eadem est h. l. quæ ante Ad M. Cæs. de Eloq. Fr. 3, 3. p. 83. *Quod quis dicat, non enim didicerant: cur ergo imperabant?* Ubi item, ut h. l., expungi a nobis debuit vocula *si*, quam post *quod* inseruit Maius. Conf. Laud. Negleg. §. 3. *H.*

(3) Litterarum in Gallia sedes secundum Frontonis apud P. Consentium fragmentum Remis (Durocortoro) videtur fuisse. Aufidius præses erat in Germania Romana. *N.*

(4) Immo *fautum*. Quod verbum tum commode repe-

læ volo honoris eorum causa, qui pro eo studiose laborant, nec ita ei studerent, [*nisi*] protectionis (1) dignum tanto studio arbitrarentur; nec, nisi facundiam eius magnopere (2) probarent, tibi eum commendare tantopere postularent, quom te gravissimum et prudentissimum iudicem cum aliarum rerum, tum vel præcipue eloquentiæ sciant. Ego 4 vero etiam nomine hominis faveo *, ut sit ῥητόρων ἄριστος, quoniam quidem Aquila appellatur.

12. FRONTO PASSIENO RUFO SALUTEM

ÆMILIUS Pius cum studiorum elegantia, 1 tum morum eximia probitate mihi carus est. Commendo eum tibi, Frater. Nec ignoro, 2 nullum adhuc inter nos mutuo scribtitantem (3) usum fuisse; quamquam ego te op-

* *In margine:* Faveo illa re.

tetur mox s. 4. *Ego vero etiam nomine hominis faveo*, ubi vel *nomine* antique positum pro *nomini* arbitror, uti ap. Horat. Ep. 1. 16, 31, vel subaudiendum *ei*. Nam quæ hinc notata est in margine constructio *Faveo illa re*, non sane verior est illa accusativi *Faveo te*, quam sine ulla scriptoris cuiusquam auctoritate profert Charisius Inst. Gramm. V. ed. Putsch. p. 265. *H.*

(1) Scr. *studerent profecto, nisi dign.* Mox f. *commendari. N.*

(2) Sic Cod. *magnopere* et inferius *tantopere*. At alibi *quanto opere* et *tanto opere*. *Maius.*

(3) Ita codex, neque ego sum ausus substituere *scribtitandi*, quod equidem mallem. *Maius.* Aut hoc reponendum, aut potius *scriptitantium*, quo genitivo Tacitum præcipue usum reperi. Ann. 2, 1. *Phraates quanquam depulisset exercitus ducesque Romanos, cuncta venerantium officia ad Augustum verterat.* Hist. 1, 4. *Finis Neronis — laetus primo gaudentium impetu fuerat.* Agric. Vit. 4. *Arcebat eum ab illecebris peccantium praeter ipsius bonam*

timum virum bonarumque artium sectatorem communium amicorum fama cognossem, et tu fortasse aliquid de me secundi
3 rumoris acceperis: sed nullum pulchrius [*tempus*] (1) amicitiæ copulandæ reperire potui, quam adulescentis optimi conciliandi ti-
4 bi occasionem. Ama eum, oro te. Cum ipsius causa hoc peto, tum mea quoque. Nam me etiam magis amabis, si cum eo (2)
5 familiarius egeris. Novit enim Pius nostra omnia, et in primis quam cupidissimus sim amicitiarum quom (3) eiusmodi viris, qualis tu es, copulandarum.

13. FRONTO CAELIO OPTATO SALUTEM

1 Sardius Saturninus artissima mihi familiaritate coniunctus est per filios suos doctissimos iuvenes, quos in contubernio mecum
2 adsiduos habeo. Magnopere eum tibi, Frater, commendo, et peto, si quid negotii eum ad te eduxerit (4), carissimum mihi virum

—*naturam, quod statim parvulus sedem—studiorum Massiliam habuerit* etc. Dial. de Eloq. 29. *Colligunt discipulos non severitate disciplinae nec ingenii experimento, sed ambitione salutantium et illecebris adulationis*, ubi Acidalius et Schelius maluerunt *salutationum*, probante Ernestio. *H.*

(1) Apage istud *tempus* importune inculcatum. *Nullum* h. l. positum videtur pro *nihil*, *nulla res*, qui usus in obliquis verbi casibus satis frequens est; illa autem *amicitiae copulandae* vulgari dativi usu dicta sunt pro *ad amicitiam copulandam*. *H.*

(2) Codex pro *cum eo* habet *cupio*. *Maius.*

(3) *Quom* pro præpos. *cum*, ut supra.

(4) Expectabam *duxerit* vel *deduxerit*. *H.*

omni honore dignum iudices et ope tua protegas.

14. FRONTO PETRONIO MAMERTINO [1] SALUTEM

SARDIUS Saturninus filium habet Sardium 1
Lupum, doctum et facundum virum, de mea domo meoque contubernio in forum deductum, ad omnis bonas [2] artis a me institutum frequentissimum auditorem, tuum(que) maximum laudatorem . . . minus (augerem) 2
habuit . . . egregias . . . gravissim(um) . . . mihi . . . cum Sardio Saturnino qui aliq . . nostræ numeres ac diligas.

15. FRONTO VELIO RUFO SENI [3] SALUTEM

FIGURAE orationis sunt quæ maxime ora- 1

(1) Petronius Mamertinus consul fuit cum Trebellio Rufo anno Urbis 935. Hunc narrat Lampridius in *Commodo* p. 71. A. occisum ab hoc imperatore cum filio Antonino, quem Mamertinus ex filia Marci imp. susceperat. *Maius.* Hic quoque diversos confudisse Maius videtur; verosimilius enim est, epistolam hanc Frontonem ad patrem generi Marci scripsisse. *N.*

(2) Cod. *bonis* pro *bonas*, non secus ac *omnis artis* pro *omnes artes:* de quo exemplo pro libito suo quisque iudicet. *Maius.* Mendum correximus.

(3) Velium Rufum memorat Marcus Aurelius in Opere *De rebus suis* XII. 27. Velium item Rufum consularem occisum sub Commodo Imp. narrat Lampridius in *Commodo* p. 69. A. *Maius.* Diversi inter se hi duo, quorum ille iam mortuus erat, cum librum scriberet Marcus. Is secundum illam imperatoris mentionem videtur divitiis abundans in villa per otium et delicias vitam transegisse. *N.*

tionem ornant. Duplex autem genus est figurarum: aut enim verborum figuræ sunt aut sententiarum. In figuris verborum est
2 tropos metaphora. Hac figura usus sum cum figuram (1) dixi de corpore, in quo neque sincerus (2) neque aqua pura neque ullus umor (3) liquidus, sed ita, ut in pa-
3 lude, corrupta omnia. Quod autem plerosque (fugit), [*cum*] (4) te hominem vehementem, et cum doctrina, tum multo magis natura validum (scirem artes) eius modicæ . .
4 . . as aliter dicenti fidem habere. Orationem istam pro Bithynis (5) ante annum fere in manus sumpseram et corrigere institueram. Tibi etiam Romæ tunc agenti nonni-

(1) Manifesto mendosum est hoc *figuram*. Liquet verbum requiri, quo per metaphoram corruptum penitus ægroti hominis corpus significetur, ut *sentinam*, ut *vomicam* vel eiusmodi aliud. *H.*

(2) L. *neque sanguis sincerus*. *N.*

(3) Ita Cod. sine adspiratione, teste Maio in Add.

(4) An forte: *Quod autem plerosque offendit, quod dixi te hominem vehementem: cum doctrina, tum multo magis natura validum dixi . . . .*, ut rursus de figura aliqua loquatur Fronto, in oratione pro Bithynis ab ipso usurpata? *H.*

(5) Orationem *pro Bithynis* Fronto appellat *Orationem Bithynam* in Ep. h. l. 18. ad Aufidium Victorinum. *Maius.* Maius, quo flagrat studio scriptorem suum operibus augendi, ut Bithynam ei vindicaret orationem illam quam Plinius minor memorat IV. ep. 9., prolixam h. l. disputationem adiunxit, ob spatii angustias a nobis prætermissam. In qua duo eum deterrent, quominus *diserte* eam Frontoni nostro adscribat: unum quod annis XLII ante eius consulatum (LX fere ante scriptam hanc epistolam) Frontone ergo puerulo, oratio habita fuerit; alterum quod Fronto noster *pro* Bithynis, ille de quo Plinius loquitur, *contra* eos pro accusato ab iis Basso dixerit. Porro illud animadvertendum monet, quod, teste alio Plinii loco VI. ep. 13, Catius Fronto contra Bithynos pro Rufo quodam (Vareno) dixerit: Cornelius autem Fronto etiam ad Rufum quendam (Velium) de oratione pro Bithynis habita scribat. *N.*

hil de ista oratione promiseram. Et qui- 5
dem, si recte memini, cum sermo inter nos
de partitionibus orationum ortus esset, dixe-
ram et præ me tuleram, satis me diligenter
in ista oratione coniecturam, quæ in crimi-
ne mandatæ cædis verteretur, divississe ar-
gumentis ac refutasse. Interea nervorum do- 6
lor solito vehementior me invasit et diutius
ac molestius solito remoratus est. Nec pos- 7
sum ego membris cruciantibus operam ul-
lam litteris scribendis legendisve inpendere,
nec umquam istuc a me postulare ausus
sum: philosophis etiam mirificis hominibus
dicentibus, sapientem virum etiam in Phala-
ridis tauro inclusum beatum nihilominus fo-
re, facilius (1) crediderim beatum eum fore, 8
quam posse tantisper amburenti (2) in aheno
prohœmium meditari, aut epigrammata (3)
scribere. Reconciliata deinde mihi longo 9
post tempore commoda valetudine, alias egi
res potius: adversus istam orationem aliena-
to animo fui, nec pudebit me fateri odium
ac simultatem . . . . . Rediit igitur 10
post repudium renuntiatum oratio domum
meam et mecum mansitavit . . . *

* *In margine:* Ab anu anucella *(4)*

(1) Male distinxit Maius *fore. Facilius* etc. *H.*

(2) Maius edidit *tantis(per) peramburenti. H.*

(3) L. *epichiremata.* Nam de orationibus sermo est h. l. *N.*

(4) Hoc vocabulum in ipsa epistola oblitteratum est. *Maius.*

16. AUFIDIO VICTORINO

LITTERAS quas Domine . . . . . .

. . . . . .

17. AUFIDIO VICTORINO

GRAVITER oculos dolui . . . . . .

. . . . . .

18. (*Fronto Aufidio Victorino salutem*)

1 AD (maius) tempus [1] . . . . . .

2 et Varianis [2] alumnis masculis feminisque sestertium deciens singulis reliquit, usurarium proprius [3] quam propri(um); nam quinquagena annua [4] ab Augusta [5] singu-

(1) Apparet hanc epistolam Maium ex eo tantum agnovisse, quod primi duo versus epistolæ ad Præcilium Pompeianum in eodem folio sequerentur; initium huius totum defuit; atque tria, a quibus incipit, verba sunt ab eo ex Indice petita. Quippe ante ea, quæ continuo tenore servata supersunt, nimis multa periere. Atque ita sane fieri queat, ut, quæ nobis sunt epistolæ prima et secunda, eædem fuerint, quæ in Indice verbis his *graviter oculos dolui* atque his *ad maius tempus* notentur. *N.*

(2) Dubitabam num legendum esset *Vananis* pro *Varianis*. Nam scriptura est aliquantum ambigua. *Maius.*

(3) Ita Cod. evidenter. *Maius.* Scrib. *potius. B.*

(4) Quæ est usura quincunx sortis prædictæ. Usuræ huius quincuncis meminere Persius Satyr. v. 149. Scævola in Digestis Lib. 46. Tit. 3. L. 102. §. 3. *Maius.* Ex his Frontonis itemque ex iis, quæ de usuris quincuncibus Scævola l. l. dicit, hunc usitatum sub Antoninis fuisse colligas usurarum modum. Trientarium fenus tum minimæ fuerunt usuræ. Jul. Capitol. in Pio. c. 2. *N.*

(5) Faustina Marci. *Maius.*

lis dari iussit. Plerique omnes, qui eam 3
curaverant, frustra fuerunt. Ne libræ [1]
quidem singulis ponderatæ sunt. Ausi ta- 4
men sunt nonnulli navi scilicet et strenui
viri codicillos, quos iampridem Matidia in-
ciderat, obsignare, cum illa sine sensu ullo
iaceret: ausi [2] etiam sunt, codicillos istos
apud Dominum N. [3] ut probe ac recte fa-
ctos tueri ac defendere. Nec sine metu fui, 5
ne quid philosophia perversi suaderet [4].
Quid ad eum de re scripserim, ut scires,
exemplum litterarum misi tibi.

In Oratione Bithyna [5], cuius partem 6
legisse te scribis, multa sunt nova addita, ut
arbitror, non ut inornate [6]: locus in pri-
mis de acta vita, quem tibi placiturum pu-
to, si legeris quid [7] in simili re M. Tul-
lius pro L. Sylla [8] egregie scribtum reli-
quit: non ut par pari compares, sed ut æ-
stimes, nostrum mediocre ingenium quan-

(1) Locus in Codice sic habet: *ne libris quidem singulis ponderati sunt. Aut si tamen ponderati sunt nonnulli* etc. quæ, nisi fallor, est lectio mendosa. Puto autem Frontonem loqui de libra aurea romana, quæ quidem ætate octava a Nerone ad Caracallam valuit libras argenteas gallicas, 787. 10. V. Romé de l'Isle, Metrologie p. 143 *Maius.*

(2) Cod. *autsi*, sed deleta deinceps *t.* *Maius.*

(3) Nempe *nostrum.* *Maius.*

(4) Vid. notata a nobis ad L. 1. ep. 7. ad M. Anton. Aug. *N.*

(5) De qua oratione v. supra ep. 15.

(6) Ita Cod. *non ut inornate.* Est autem *ut* vel pleonasmus vel mendum. Fortasse scribendum est *non ita inornate. Maius.* An *non, ut arbitror, inornate? H.*

(7) Corr. *quod.* *H.*

(8) In Codice scriptum est perspicue *pro L. Sylla.* Est autem illa Oratio pro Publio quæ extat. *Maius.*

tum ab illo eximiæ eloquentiæ viro abludat [1].

19. FRONTO PRAECILIO POMPEIANO SALUTEM

VERUM ex me, mi Pompeiane, uti res est audies: velimque tu mihi verum . . . . . .
. . . . . .

20. PRAECILIO POMPEIANO

LEGE carissime mihi . . . . . .
. . . . . .

21. CL. IULIANO

HABUISTI igitur domi . . . . . .
. . . . . .

22. CL. IULIANO

NESCIO quo pacto fit . . . . . .
. . . . . .

(1) Cod. *abluat. Maius.* Idem in Additam.: „In Co„dice pro *abluat* videtur legendum *abfuat*, quod positum „putem pro *absit*, sicuti occurrit *fuat* pro *sit*.“

23. (*Fronto Fulviano* [1] *salutem*)

EGO (genus) hoc epistularum 1
ultro citroque . . . . tibi . . . . est 2
tamen . . . . amicis et comitibus . . . quod
. . . non . . . post . . . quæ . . . neque du-
co, neque umquam querar. Quid igitur? 3
Non(ne) illud quoque evenire solet, ut is
qui (diu) amaverit quem(piam), subita vel
levitate morum vel copia novorum amico-
rum desinat amare? Scis sæpenumero hoc 4
multis evenisse, sed non nostræ mensuræ
hominibus . . . hoc . . . alias . . . amicis
. . . dilige(ntiæ) . . . nostræ mediocritas re-
tinet.

24. FRONTO SARDIO SATURNINO SALUTEM

* GRAVISSIMUM casum tuum recenti malo 1
consolari nequivi, periculosa valetudine ipse
et in hoc usque tempus conflictatus, cum

* *In margine*: Consolatoriæ (2)

(1) Animadvertere Maius neglexit, ubi non nisi titulum primaque epistolæ verba posuit, ut 16. 17. 20. 21. 22., ea se ex Indice sumpsisse. Quanquam id per se quisque facile videt. Hic vero atque in ep. 7. 18 et 27, ubi illa fragmento præfixit, res notari debuit, quoniam inter initii verba primaque fragmenti vel totæ paginæ intercidere potuerunt. Ceterum huius quoque epistolæ initium ex Indice ab eo suppletum esse, declarat titulus prorsus hic, ut in Indice, uno verbo *Fulviano* præter perpetuum totius prioris huius libri morem constans. *N.*

Fulviano eidem fortasse, qui antea Sallustius dictus est. Is videtur versatus in exercitu L. Veri bellum Parthicum gerentis. Cf. ad Verum Aug. ep. 9. 4. *Maius.*

(2) Nempe plures sequebantur in Codice Epistulæ consolatoriæ. *Maius.*

quidem mihi languore fesso plurium ægritudinum (venit) nuntius amissi iuvenis nostri, quem tibi optimum filium fors iniqua abstulit, mihi iucundissimum contubernalem [1].
2 Quamobrem quamquam reciperata sit commoda valetudo, tristitia tamen inhæret animo meo, magisque in dies augetur mærore [2] Lupi nostri [3] fratrem optimum misere
3 desiderantis. Quom præsentem ac loquentem vix consolarer [4], sentio quam [*sit*] difficile te absentem per litteras consolari. Neque postulo ut mærere desinas, sed ut mode[*ratius*] . . . . . .

25. IUNIO MAXIMO [5]

HUMANI casus homini . . . . . .
. . . . . .

26. SARDIO SATURNINO

HORTATUS sum con [6] . . . . . .
. . . . . .

27. IUNIO MAXIMO

1 PER Ulpium [7] nos . . . . . .

(1) Cf. Epp. 13 et 14. h. l.
(2) Ita Cod. cum *ae*. *Maius*.
(3) De Lupo Saturnini f. vide Ep. 14. h. l. *Maius*.
(4) Ita Cod. sed videtur emendandum *consoler*. *Maius*. L. *Quem quum praesentem vix consoler*. *H*.
(5) Cf. Ep. 10. h. l. *Maius*.
(6) F. *con*(*tubernalem*), Lupum so. Saturnini f. *N*.
(7) Ulpium Marcellum iuris peritum memorat Capitolinus in *Pio* p. 31. A. Ulpium item Marcellum sub

[*ho*]nestatis gravitatisque tuæ prædicatorem. 2
Quem cupio ad me celeriter remittas. Neque enim cum alio ullo tanta mihi familiaritas est, aut tantus usus studiorum bonarumque artium communicandi [1]. Multo 3
etiam mihi iucundior erit, quom sermones de te mutuo recolemus ac recensebimus.

28. FRONTO SQUILLAE GALLICANO [2] SALUTEM

* Tibi, Domine frater, commodius evenit, 1
qui pro filio nostro [3] præsens trepidaveris, quam mihi qui trepidaverim absens. Nam tua trepidatio pro eventu actionis facile sedata est: ego, quoad mihi ab omnibus con- 2
tubernalibus nuntiatum est quo successu noster orator egisset, trepidare non destiti. Et tu quidem ad singulos orationis successus, 3
prout quæque sententia laudem meruerit [4], gaudio fruebare; at ego domi sedens sæpe tua [5] sollicitudine angebar, ut qui pericu-

* *In margine:* Mire scripta Epistula.

Commodo in bello Britannico clarum narrat Dio LXXII. 8. *Maius.*

(1) Nota gerundii constructionem non vulgarem, cuius tamen exstant exempla etiam apud Ciceronem. Sic Philipp. V. Cap. 3. „Antonio facultas detur agrorum „suis latronibus condonandi". *Maius.*

(2) Gallicanus consul cum Titiano occurrit anno XI. Hadriani imp. Gallicanus idem vel alius (certe alius *N.*) consul cum Vetere anno Pii imp. XIII., cui suspicari licet fuisse nomen *Squillae*. *Maius.*

(3) Intellige filium Gallicani, discipulum et contubernalem Frontonis. *Maius.*

(4) Immo *meruerat*. *H.*

(5) Pro *saepe tua* leg. *perpetua*. *B.*

lum actoris recordarer, laudibus actionis non
4 interessem. Tum præterea multiplicis tu
fructus abstulisti: non enim adfuisti tantum,
sed et vidisti agentem, nec eloquentia so-
lum, sed etiam vultu eius et gestu lætatus
es; ego tametsi quid dixerit scio, tamen ig-
5 noro quemadmodum dixerit. Postremo . .
. . . . . (cui Callistus lacrimas) . . . . . pa-
trem . . . . . adeptus es . . . . . quin . . . .
gaudeo . . . . . esse si hodie . . . . . mens
6 . . . . . In forum descendit natalibus nobi-
lis, de foro rediit eloquentia quam genere
nobilior.

M. FRONTONIS
EPISTOLARUM AD AMICOS
Liber I.

Legi emendavi qui supra (1)

(1) Hæc verba scripta sunt in Codice eadem manu, qua Notæ in margine. Atque hæc recensio subiungitur, præter hunc locum, etiam Libris inscriptis de Nepote amisso, I. et II. de Orationibus (nobis, ad M. Cæsarem de Eloquentia et ad M. Antoninum Aug. de Orationibus), de Bello Parthico, Principia Historiæ, nec non I. ad Marcum (Antoninum Aug.); sed, quod valde dolendum est, nomen recensentis nusquam occurrit. Tantum e scripturæ specimine eius ætatem coniectare licebit. *Maius.* Verba: *Liber I.* Maium addidisse minime dubium videbitur reputantibus quæ ille scripsit p. 104. ed. nostr. *N.*

M. CORNELII FRONTONIS

EPISTULARUM

AD AMICOS

LIBER II.

INDEX (1)

VOLUMNIO QUADRATO.
Secreto (habe)bo.
VOLUMNIO QUADRATO.
Castricius noster.
VOLUMNIO QUADRATO.
Legam, Fili.
CORNELIO REPENTINO.
Fecisti, Frater Contucci.
ARRIO ANTONINO.
Multum amicorum.
III. VIRIS ET DECURIONIBUS.
Quantae mihi curae.
* III. VIRIS ET DECURIONIBUS (2).
Meae gloriae totius.
* (CAVIO MAXIMO).....
.....
ARRIO ANTONINO.
Gratul(or) mihi plerosque.
* ARRIO ANTONINO.
Valerius Clitianus.
ARRIO ANTONINO.
Sicut eos qui.

(1) Aut integer est Index huius Libri II. aut una et altera ad summum desunt Epistulæ. Eius rei argumenta sunt, quod et Index materiâ Epistularum primi et secundi Libri satis arcte utrinque concluditur, et in codice, quantum videre licuit, eodem ordine occurrunt Epistulæ atque in Indicem relatæ sunt. *Maius.*

(2) Epistulæ asterisco distinctæ absunt a Codice. *Maius.*

1. VOLUMNIO QUADRATO [1]

1 SECRETUM servabo [2] ita ut vis: legam libenter, itaque ut soleo corrigam, quantum manus, quæ infirmissimæ sunt, tolerare po-
2 terunt. Ex voto studiorum cultum [3] teneto et, si quid vacui temporis detur, exercendo ingenio occupare.

2. VOLUMNIO QUADRATO

1 CASTRICIUS noster [4] libellum tuum mihi heri reddidit de balneo egredienti, ut mane ad me veniret ad rescriptum accipiendum. Per noctem ita vexatus sum tussi et vigiliis, ut necessario in quintam horam dormierim.
2 Ita Castricium nostrum detinui. Ciceronianos [5] emendatos et distinctos habebis; ad-

(1) Multi in horum temporum historia occurrunt Quadrati, quos inter ille rhetor et vir consularis, Favorini imitator, de quo Philostratus in *Varo*: et ille nobilissimus Iuvenis, qui, ut narrant Herodianus, Dio, et Lampridius, coniuravit in Commodum imperatorem. *Maius.* Inspice Philostrat. Vit. Soph. l. II. p. 574. ed. Morell.: non magis illum posse intelligi videbis quam hunc posteriorem, quem verosimile est nondum natum fuisse, cum hæc scriberet Fronto. Speciosius Maius monuisset de Quadrato, filio materteræ imperatoris Marci, cuius mentio fit ap. Capitol. c. 7.; qui quod ibi Mummius appellatur, Casaubonus scriptos suos libros Muninius habere monuit, in quo latere potest Volumnius. Quanquam prorsus incerta est res *N.*

(2) Sic ipsam epistolam in Cod. incipere monuit in Add. Maius, cum edidisset in textu ex Indice *Secreto* (*habe)bo.*

(3) Scr. *cursum. H.*

(4) T. Castricium illustrem rhetorem sub Hadriano laudat Gellius Lib. I. 6. II. 27. XI. 13. XIII. 21. *Maius.*

(5) Sc. libros, quod subaudiendum potius quam in-

notatos a me leges ipse; in volgus enim eos exire quare nolim, scribam ad te diligentius.

3. VOLUMNIO QUADRATO

Legam, fili, libenter orationem istam, quam misisti mihi. Si quid videbitur corrigendum, corrigam, sed librari manu. Nam mihi manus (dextera) (1) doloribus non mediocribus [*torquetur*]. Cum istis tamen doloribus in Circum delatus sum. Rusum (2) studio Circensium teneor * . . . quantum . . . tuoque . . . orationis . . . hic cupiat . . . hic libel . . . colat . . . item composita sit rhetorico tota. 1 2 3

4. CORNELIO REPENTINO (3)

* *In margine*: M. Fronto studio Circensium inpense tenebatur.

trudendum censeo. Cic. de Nat. Deor. 1, 30, 84. *Deindè nominum* (deorum) *non magnus numerus ne in pontificiis quidem nostris. H.*

(1) In scriptura Codicis, unde hoc *dextera* eruit Maius, delituit haud dubie vox *cruciatum* significans. An *exercetur? H.*

(2) Sic Cod. pro *rursum*. V. Ep. 4. fr. 1. ad Antoninum Aug. de Orationibus. Et quidem ita loquebantur Veteres. V. Augustinum *de Civ. Dei* Lib. VII. 23. ubi ex Varrone deus quidam dicitur *Rusor, quod rursus cuncta eodem revolvuntur*. Sic etiam olim scribebatur *susum* et *iusum* pro *sursum* et *deorsum*. *Maius.*

(3) Cornelius Repentinus præfectus fuit Urbi, et gener Didii Iuliani imperatoris, ut in huius vita narrat

FR. PR.[2] SALUTEM

1 Fecisti, Frater Contucci, pro tua perpetua consuetudine et benignitate, quod Fabianum [3], spectatum in iudiciis civilibus, frequentem in forum [4], meum familiarem ita tutatus es, ut ei existimationem incolumem
2 conservares. Meritis tibi parem gratiam referundam Di immortales prospe . . . . . .

5. ARRIO ANTONINO [5]

1 Multum amicorum . . . . properare . . .
2 censorio servaverim . . . . . eram. Demonstratus est mihi a doctis et multum mihi familiaribus viris, quorum apud me voluntas ipsorum merito valet plurimum. Igitur, si me amas, tantum Volumnio [6] tribue honoris facultatisque amicitiæ tuæ complecten-

Spartianus p. 89. D. Apud Gruterum p. LXV. 5 legitur hæc inscriptio in hortis D. Sebastiani extra Romam reperta:

SILVANO. SANCTISSIMO
CORNELIUS. REPENTINUS. V. C. FECIT. *Maius.*

Filium hunc potius amici Frontonis fuisse probabile est. *N.*

(2) Ita perspicue Codex FR. PR. (Fratri Prætori. *N.*) Significat autem FR. interdum *Fratrem;* vid. Ursatum *de Notis Romanorum* p. 191. b. *Maius.*

(3) Mustius Fabianus nobilis senator occisus indicta causa sub Severo Imp. memoratur a Spartiano in huius vita p. 101. C. *Maius.*

(4) F. *in foro. N.* Mihi gravior videtur corruptela locum invasisse. An *frequentem in ore omnium*? *H.*

(5) De Arrio Antonino vide Maium ad ep. 11. h. l.

(6) Intellige Volumnium Serenum Concordiensem, de

dæ: οἱ γὰρ φίλτατοι ἄνδρες (1) conciliaverunt 3
eum mihi: igitur tam comi amicitia accipias
velim, quam ille volebat, Me(nœtiadi) ζω-
ρότερον δὲ πέραιρε quom imperabat (2).

6. III.VIRIS (3) ET DECURIONIBUS

QUANTAE mihi curæ 1
. . . . . multoque malim patriæ nostræ

quo infra in ep. 11. *Maius.* Qui num sit intelligendus, ego magnopere dubito. *N.*

(1) Iliad. ι. 204.

(2) Iliad. ι. 203.

(3) Urbis Cirtæ. Etiam Cicero *ad Famil.* Lib. XIII. 76. scribit Quattuor Viris et Decurionibus. *Maius.* Nemo dubitet quin hi IIIviri sint magistratus iuri dicundo, quos plerumque II virorum, non raro tamen IIIIvirorum nomine occurrere constat. Sane IIIviri in coloniis etiam et municipiis non desunt, sed tamen quattuor tantum locos ego reperi, ubi sunt I.D.; apud Gruterum CCCCXV. 6. apud Gudium CXXXV. 7. apud Muratorium XCII. 9. DCLXXVIII. 7. Sine additamento hoc i. D. appellatio hæc paullo frequentior est: sed reperitur etiam apud Gudium in eadem inscriptione CXLI. 1. Auximi una cum IIIIviro I. D memoratus IIIvir, iurisdictionis igitur ille expers; reperitur item IIIvir ædilis (Gruter MXCI. 12.) atque sæpe IIIviri capitales in coloniis quoque et municipiis; ut statuere oporteat, si quando magistratus I.D. IIIviri fuerint, quod rarissime accidit, id in inscriptionibus notatum esse additis litteris; ut ne de alia potestate cogitarent legentes. In coloniis, vix attinet monere, magistratuum formam ex formula pependisse, quam dabat qui coloniam deducebat. In universum autem equidem coniicio, vitatum esse ternarium numerum, utpote ob IIIviros Capp. infaustum. — Cirta colonia fuit cognomine Sittianorum. V. Plin. II. N. V, 2. Mela 1, 6. ibiq. Voss. Hoc loco illud monendum videtur, P. Sittium Nucerinum, cui Divus Iulius partem Numidiæ dedit, quam ille exercitui suo divisit Syllanorum temporum exulibus, Sertorianis militibus aliisque similibus constanti, qui genus illud Græcorum μισοφρόνων, ut Phalæci, Archidami, Cleonymi, aliorumque referret, a re publica ipsa plane alienus, illum igitur Sit-

tutelam auctam, quam meam gratiam. Quare suadeo vobis patronos creare et decreta in eam rem mittere ad eos qui nunc fori
3 locum principem occupant: Aufidium Victorinum [1], quem in numero municipum habetis [2], si Di consilia mea iuverint: nam filiam meam despondi ei: nec melius aut mihi posteritatem [3] aut meæ filiæ in omnem vitam consulere potui, quam cum talem mihi generum illis moribus tantaque
4 eloquentia elegi. Servilium quoque Silanum [4], optimum et facundissimum virum, iure municipis patronum habebitis, cum sit
5 vicina et amica civitate Hippone regio. Postumium Festum [5] et morum et eloquentiæ nomine recte patronum vobis feceritis, et ipsum nostræ provinciæ et civitatis non
6 longinquæ. Horum patronorum non mediocrium . . . familiares essent . . . vicinia . . . adesse adversus rem . . . nolint . . . . . .

tium non habuisse potestatem coloniæ deducendæ. Donatio illa agrorum fuit, ut agris donabantur exterarum gentium domini, ut olim iisdem in locis Masinissa. Formam coloniæ aut C. Iulius Cæsar post bella civilia aut Augustus dedit. *N.*

(1) Aufidius Victorinus ducta unica Frontonis filia transiit in eiusdem Frontonis familiam: quare et in Inscriptione Pisaurensi Victorini Nepos dicitur *M. Aufidius Fronto. Maius.*

(2) Scr. *habebitis. N.*

(3) L. *mihi in posteritatem* etc. Iustin. 2, 3. *Nec passuras, ut in posteritatem Scytharum genus intercidat. H.*

(4) Servilium Silanum inter occisos a Commodo recenset Lampridius in huius vita p. 71. A. Certe alteri ex duobus *Silanis*, qui consules fuerunt anno decimo Commodi imp., plerique recentes auctores (in Continuatione Fastorum Sigonii) nomen faciunt *Servilium. Maius.*

(5) Postumium Festum cum Frontone nostro fabulantem inducit Gellius XIX. 13. „Stabant forte una in ve„stibulo Palatii fabulantes Fronto Cornelius et Festus „Postumius et Apollinaris Sulpicius". *Maius.*

dicam.[1] Quoad ætas mihi et valetudo inte- 7
gra fuit, negotia . . . . . sunt . . . . . et
ætate . . . . . [*coloniam*] nostra[*m*] (forensi-
um) et iuniorum præsidiis esse fundatam.
Nec . . . . nere quantus . . . . nostra 8
virum popularem habeamus, et virum con-
sularem ius publicum respondentem. Ego
quoque, ut spero, quoad ætatis vis viguit,
in officiis civilibus non obscure versatus sum.
Alii quoque plurimi sunt in senatu Cirten- 9
ses clarissimi viri. Postremus est honor ma-
ximus, tres vestri cives . . . . sed etiam
suave est . . . . . utor quo . . . . . sed vos
melius est iam nunc interdum . . . . quan-
tum . . . .

7. III.VIRIS ET DECURIONIBUS

Meae gloriæ totius . . . . . .

. . . . . .

8. (CAVIO MAXIMO) [2]

. . . . . .

9. ARRIO ANTONINO [3]

Gratulor mihi, plerosque . . . . [*in hac opinione*] esse, me a te non secus quam pa-

(1) Quæ hinc sequuntur, ni fallor, ante ea quæ in hac epistola præcedunt poni debebant a Maio. Nam causas continent cur Fronto munere, quo procul dubio fungebatur, patroni coloniæ, se abdicare, atque id in alios transferri vellet. *N.*

(2) Non unius præfecti nomen hoc fuit. A. 144. C. Gavius Maximus Consul memoratur. *N.*

(3) Huius Epistulæ inscriptionem et initium videram in Indice Epistularum Libri II. ad Amicos nono loco. Eâ Libri parte iam impressa, vidi denique in duabus

rentem observari. Eo fit ut ad me decurrant plurimi, qui tuam gratiam cupiunt.
2 Quos ego non temere nec sine dilectu audio, sed probe petentibus suffragium meum impertio; iis vero qui (ut)rum probe quid a te impetratum velint . . . nego ut a me
3 potius . . . [1] nec ulla me potius . . . Baburiana [2] . . . caros mihi viros, et magno opere iis obsequi cupiam. Ita tamen in illa . . . . potissima ut iustitiæ tuæ ratio . . . . tuæ humanitati . . . . . congruens videba-
4 tur [3]. Desiderium Babureanæ commendandum (tibi) recepi, et quam possum studiosissime commendo . . . . ego per . . . de opere . . . exstruenda . . . exstructum vide-
5 batur . . . dependi pronuntiasti . . . . Quid

paginis fœdum in modum deletis vestigia eius aliquot. *Maius.* Sermo in hac epistola videtur fuisse de redemptio publico opere quodam, cuius partes aliquæ ad Baburianam pertinebant. Opus improbaverat Arrius Antoninus, aut, quod non fuisset tempore constituto absolutum, Baburianam usurarum pensione damnaverat. — Ex Maii annotatione ad extremam epist. XI. intelligitur, eam in Cod. præmitti huic nonæ, quam tamen duce Indice huc posuimus. *N.*

(1) Hæc fortasse sic instauranda sunt: *qui utrum probe quid a te impetratum velint necne, haud liquet, nego, ut a me potius quam a te repulsam ferant.* *N.*

(2) F. *cum Baburiana commendatores habeat caros* etc. *N.*

Quænam fuerit hæc Baburiana, ignoro. Sed quoniam Arrius Antoninus præfecturam gessit in regione decima Italiæ (Immo, *Iuridicus per Venetias* videtur fuisse. Nam præfecturæ quidem regionum Italiæ neque ante Hadrianum Imp. neque post eum unquam fuerunt. *N.*) (V. ad Ep XI.) hoc obiter monebo, exstare Tergeste inscriptionem BABURIAE PLOTIAE. Vide Inscr. Murator. p. MCCCXII. 16. *Maius.*

(3) Hæc talem fere sensum videntur continere: *Ita tamen in illa quoque causa agi velim, potissima ut iustitiae tuae ratio sit: tum ut petenti tribuatur, quantum tuae humanitati et aequitati congruens videbitur.* *N.*

ad . . . . quo . . . . vot(um) . . . . . agas
quod (fuit) tradendum superest quod . . . .
. . . . . a te . . . . . in pauca confe-
ram, sententiæ tuæ Baburiana non æquo 6
animo sed prompto etiam et pæne . . . Id
igitur postulat quod tibi non ambiti(osum)
concessu, Baburianæ vero iucundum impe-
tratu fuerit . . . sententia tua usurarum pen-
ditur . . . . . extruendo adiungatur . . . . .
quondam . . . . petita. Contulisse 7
infamia multata videtur. Id (populo) quo-
que . . . . .

10. ARRIO ANTONINO

VALERIUS Clitianus . . . . . .

11. ARRIO ANTONINO (1)

(1) T. Aurelius Pius dictus est ante imperium Arrius Antoninus. Sed ad alium scribit Fronto paulo iuniorem Arrium Antoninum, qui mihi idem videtur atque is quem Pertinax dictus est insimulasse affectati imperii apud Commodum. (V. Capitolinum in Pertinace p. 80. A.) Eundem occisum sub Commodo narrat Lampridius in Commodo p. 70. D. Ex Lampridii l. c., et Tertulliano ad Scapulam Cap. 4. constat hunc Asiæ præfuisse proconsulem: iam vero apparet eum decimam Italiæ regionem Venetiam rexisse, in qua urbs Concordia est. *Maius.*

Idem fortasse Antoninus cuius et Sexti filii mentio fit apud Galenum de prognosi p. 459. C. Probabile est, fuisse eum ex propinquis imperatoris Pii; inde concitatam illam esse de eo apud Commodum suspicionem. Supra ad nonam epistolam Maii verba corrigens notavi, eum si Venetias rexerit, Iuridicum per eam regionem rexisse, quod munus instituerat Marcus. Neque hoc improbabile est, quanquam dubitationis aliquid habet vocabulum provinciæ de mandata ei regione, neque refelli aliquis possit, qui de Concordia Iulia, Hispaniæ igitur præsidem hunc Arrium Antoninum, cogitare maluerit. Obiter attingere hic locum iubet ex parte aliqua antiquitatum Romanarum, quæ nimis neglecta iacuit hucusque. Quippe Iuridicorum per regiones in Italia locum obtinuerunt

1 HAVE, mi Domine fili carissime. Sicut iam sub Severo Correctores, quorum eadem haud dubie potestas erat quæ rectorum in provinciis, cum illi tantummodo prætoris urbani vices explessent. Magni igitur mutatio hæc momenti fuit. Neque a vero aberret, si quis præfecti urbis potestatem ante Severum inclusam urbis ambitu fuisse statuat. Iam, misso irrito illo Editoris Mediol. conatu epistolam hanc pro oratione vendita ndi, illud potius conabimur definire, de quo in hac causa agitur. Ac L. 13. D. de Decurionib. cum l. 2. pr. et l. 5. eod. conferenti apparet, decurionem, si ordini adscriptus ob delictum ab infamia immune aliquamdiu exulare iussus fuisset, exacto poenæ spatio statim rursus antiquum recuperare honorem potuisse: qui vero plebeius (plebeium municipii dicimus) relegatus esset, eum nisi data diserte a Principe venia decurionem fieri non potuisse, declarat rescriptum ipsorum Divorum Fratrum l. 13 pr. D. de Decur. Hæc lucem afferunt epistolæ huius §. 14. Videlicet Volumnius cum aliquamdiu exulasset, redux in patriam ab amicis in curiam revocatus est. Qui si ante fuit decurio, nihil obstabat quin pristinam dignitatem recuperaret; sin minus, non ei introire curiam nisi per Principis indulgentiam licebat. Illud igitur quærendum fuit, utrum ante decurio fuisset necne. Atque Arrius Antoninus prohibebat eum curia interim (§. 30), dum aut illud evinceretur, aut, si evinci non posset, rem ipse Princeps diiudicaret. Contra quod disputat Fronto senectutem causatus hominis, cui paullulum vitæ supersit ad exuendam infamiam idque inter spem metumque misere effluat. Fuit igitur hæc capitis causa ex antiquo sermonis usu. Nam ut, qui infames essent, iis non erat ius curiam introëundi, ita rursus si quis curia prohiberetur, is infamia notari videbatur §. 16.; certe ita rem interpretatur Fronto. Ceterum aliquantum epistola hæc confert ad cognoscendum ius municipale illius ætatis. Nimirum quoniam per morem Romanum ex singulis vel municipiis vel coloniis existimare in universum licet, illud hinc apparet, iam tum decuriones, ut deinde sub lege Codicis Theodos., a curia delectos esse, non creatos a Quinquennalibus; id quod mirifice congruit cum l. 6. §. 5. D. de Decurionib. — *qui pluribus eodem tempore suffragiis iure decurionis decorati sunt.* Videtur igitur censoria potestas virorum Q. Q. in eo constitisse, ut album scriberent, atque, quis possessorum in numero esset, definirent. Notabile porro est, scriptum publicum in municipiis tanta dignitate et cum decurionatu iunctum fuisse. Postremo honorarium decurionatus illud, quod de Bithynis urbibus Plinius X. ep. 113. 114., nostra epistola §. 6. et al. l. memorat,

eos, qui dicta factaque tua [*in*] [1] administranda provincia maximis laudibus ferunt, lætus ac libens audio, ita, si quis quid remurmurat aut deprecatur [2], multo scrupulosius autsculto [3] et, quo quicque modo gesseris aut iudicaveris, requiro; ut qui existimationi tuæ famæque iuxta quam meæ consultum cupiam.

2 . Volumnius Serenus Concordiensis [4], si nihil in iis, quæ apud me commemoravit [5], veræ rei * aut desit [6] aut addidit, iure meritoque utetur me apud te vel patrono vel precatore.

3 Quod si ultra epistulæ modum videbor progressus, eo eveniet, quod ea res postulat, ut cum epistula coniuncta sit quædam causidicatio [7]. Rem omnem ita, ut mihi Volumnius exposuit, proponam: simul et unumquidque verumne sit, rogabo.

* *In margine:* Veritati, veræ rei.

etiam in municipiis et coloniis morem fuisse indicat certam pecuniam pro introitu in curiam et quidem per pensiones solvendi; nequedum terrebat curia, sed ambitione potius petebatur, uti Romæ honores, grave itidem munerum onus habentes. *N.*

(1) Supra Ep. ad L. Verum Aug. 7, 2. p. 167. *Quibus ego rebus, tametsi sunt pulcherrimae — tam iis ego rebus laetandis virilem cum ceteris portionem voluptatis capio.* Iam insertam a Maio præpositionem nemo requirat. *H.*

(2) Cod. *deprаecatur* et inferius *praecatore.* Sæpissime id vidi in antiquis codicibus, eiusque exstant exempla etiam apud Gruterum XVII. 7. et XXXIX. 5. *Maius.*

(3) Ita Cod *autsculto. Maius.* Sic et infra in Arione.

(4) Puto intelligendam *Concordiam* urbem Venetiæ in Italia. Neque enim lubet cogitare *Concordias* Bæticæ aut Lusitaniæ aut Nemetum. *Maius.*

(5) Cod. *commemorarunt*, sed corrigitur a verbo *exposuit* non procul sequente. *Maius.*

(6) Scr. *demsit. H.*

(7) Observa vocabulum *Causidicatio*, quod repetitur etiam in margine ut notabile. *Maius.*

4 Estne lege Concordiensium cautum, ne quis scribam faxit, nisi eum quem decurionem quoque recte facere possit?

5 Fueruntne omnes et sunt ad hoc locorum (1), quibus unquam scriptus publicus (2) Concordiæ latus est, decuriones?

6 Factusne est Volumnius decreto ordinis scriba et decurio? Pensiones plurimas ad quartam usque ob decurionatum dependit?

7 Ususne est per quinque et quadraginta annos omnibus decurionum præmis commodisque, cenis publicis? In curia, in spectaculis cenavitne, seditne, ut decurio censuitne?

8 Si quo usus fuit publice legando, legatusne est Volumnius sæpenumero (3)?

9 Estne Volumnio legato perviaticum (4) publice decretum?

10 Item legationis de re frumentaria gratis (5) a Volumnio susceptæ estne in commentariis publicis scripta commemoratio?

11 Si omnia ista, quæ supra dixi, ita decre-

(1) Cod. videtur habere *locarum*. *Maius.*

(2) Notandum nomen subst. *scriptus, ûs*. Id enim huc usque unico (quod sciam) exemplo Pisonis apud Gellium VI. 9. nitebatur: quem etiam locum nonnulli corrumpere conati sunt legentes *scripto*. Sed frustra: nam et Gellii codices duo Ambrosiani, et nunc Frontonis auctoritas hoc vocabulum latino sermoni adserunt. *Maius.* Cf. quos laudat Gesn. in Thes.

(3) Inter munia Decurionum fuisse legationes exploratum est. Vide Digest. L. 50, 7, 4. §. 5. *Maius.*

(4) Ita Cod. perspicue. Nisi quis malit improbabiliter legere divisa *per viaticum*. De legatione cum viatico publico vide Digest. L. 50, 7, 10. *Maius.* Legerim *legato semper viat. H.*

(5) De legatione gratis suscepta vide Digest. L. 50, 7, 11. *Maius.*

ta, ita depensa, ita gesta sunt: quid [1] est cur dubites, post quinque et quadraginta annos sitne decurio qui scriba fuerit, pecuniam ob decurionatum intulerit, commoda decurionatus usurpaverit, munia functus [*sit*]? Et quid est, mi fili, quid est quod ista probari tibi plenius velis?

Quoniam quæ . . . . sed pro . . . . istum 12
. . . . num . . . . debet . . . . defenderit
. . . . pro honore ratis non video qui possit asse(qui) non insitus. Quid quod impe- 13
ratores nostri [2] in Isidori Lysiæ causa ita constituerunt? . . . . . aut . . . . an legatio . . . . (vi)deres . . . . dis [3] . . . . pecuniam intulerit, munia fecerit. Post ista 14
ultro citroque a me rogata atque responsa, nonne etiam præiudicium . . . . Delatus est Volumnius quasi in curiam inrumperet, cum eius [4] introeundæ curiæ non esset ut relegato, quod neque ante exilium pro decurionatu omnem pecuniam neque ullam posterius intulisset. Quæ cum longissimis tem- 15
poribus forent perorata, Lollius Urbicus [5] causa inspecta simul [6] adversus Volumnium statuit. Sed loco . . . simul per . . . igno- 16
minia . . inuritur sempiterna. Non idem dedecus est homini solitario ignominia [7] fe-

(1) Cod. *id est*. *Maius*.
(2) Divi Fratres Marcus et Lucius. *Maius*.
(3) F. *dispice an*. *N*.
(4) L. *ei ius*. *N*.
(5) Lollius Urbicus legati munere fungens Britannos vicit, Pio imperante. V. Capit. in *Pio* p. 27. A. *Maius*.
(6) Immo *semel*, eo verbi significatu quem illustravit Bentleius Horat. Serm. 2, 8, 24. Nisi quis malit interpungere *c. insp. semel, advers. H.*
(7) De verbo hoc pro *infamia* posito v. Brisson. de Verb. Signif. h. v.

riri, quantum dedecus est plena liberis ac nepotibus domo infamia notari; cuius infamiæ aspergo * inquinat simul multos et de-
17 decorat. Sicut non eadem clades est in prœlio unum equitem obtruncari et triremem frangi . . . . . armato . . . . . remis vero
18 . . . . perierit . . . . . Leges pleræque pœna sanciunt, ne quis felicem arborem succidat (1). Quænam est arboris felicitas? rami fecundi et frugiferi, bacis (2) et pomis onusti. Nemo cannam et harundinem, quamvis proce-
19 ram, felicem dixerit. Aequiusne est arboribus honori adque tutelæ poma et bacas esse, quam hominibus liberos nepotesque? . . . .
20 Globus equitum romanorum, pars curiæ in uno homine dehonestatur. Raro umquam tot simul capita de cælo tacta sunt, quot tu
21 condemnasti (3) . . . . . Ille qui esse quam videri bonus maluit, fortunis parum prosperis usus est. Verius immo est, illum, qui opinionem virtutis neglegat, ipsam quoque neglegere virtutem: neque quisquam bonas artes magno opere studet adipisci, quas adep-
22 tus necne sit, non studet scire (4) . . . . de sententia . . . . cumulare . . . verbum quod in sententia . . . . curia . . . . qur miro(r)

* *In margine*: Hæc aspergo numero singulari.

(1) De puniendis iis qui succidunt arbores frugiferas vide Digest. 47, 7, 2. Et Paulus Lib. V. Sent. 20. ait: „Qui noctu fructiferas arbores, manu facta, ceciderint, „ad tempus plerunque in opus publicum damnantur, aut „honestiores damnum sarcire cogentur, vel curia submo„ventur, vel relegantur". *Maius.*

(2) Nota rectam scripturam vocabuli hic et inferius, et cf. Cellar. Orthograph. p. 70. *Maius.*

(3) Fortasse excidit *uno isto decreto. H.*

(4) F. *sciri.* N. Aut *scire alios . . . . H.*

. . . . principio . . . . . sin repudium dare 23
et Cneus (1) orbari possit, id dubito. Namque id quod longum sit, posse interdum fieri longius, altum altius, numerosum numerosius, hæc et eiusmodi verba video ad- 24
mittere aliquod augendi laxamentum *: pleno autem plenius nihil fieri posse. Nam et poculum profecto si plenum sit, magis conpleri frustra postules, nisi effuderis . . . . .
potius . . . . post . . . . tam voluit existi- 25
mari. Cupio item . . . . ** . . . . magis . .
Enimvero quam omnibus negotiis (a)rtata 26
sint tempora . . . tempus . . . alterum . . .
reputes . . . cum animo tuo an in ista causa tempus argumenti probandi careat (2). An- 27
tequam decurio . . . . per (3) . . . . creari debuit . . .
creatus est. Ubi creatus est, usurpare honorem debuit; multifariam usurpavit. Postquam usurpavit, pensionibus inferre pecuniam debuit; quater intulit. Munia decurionatus 28
et . . . . esset . . . . quidem . . . . labrum
. . . sum . . . et tanta re . . . dentas parum
valent, quidquid huc additum fuerit, frustra 29

* *In margine:* Sunt verva (4) pleraque quæ admittunt aliquod augendi laxamentum *etc. ut in textu.*

** *In margine*: Donicum pro donec (5).

(1) Scr. *gnatis. B.*
(2) *Carere* construitur interdum cum accusativo. *Maius.* Legendum igitur *careas.* Totum hoc in mentem nobis venit ita explere: *Enimvero quamvis omnibus negotiis artata sint tempora, cum alterius tempus trudat alterum: illud tamen reputes velim cum animo tuo, an in ista causa tempus argumenti probandi careas. H.*
(3) An *per curiam creari debuit decurio: creatus est? H.*
(4) Nota *verva* pro *verba.* *Maius.*
(5) Hoc indicat, adverbium *donicum* usurpatum fuisse a Frontone pro *donec.* Sed locus oblitteratus est. *Maius.*

abundavit (1). Nam ubi quæ ad fidem sat esse oportet, satis iudici non sunt, nullus finis ambiguitatis. Ut rectam ingressis viam certus itineris est finis ac modus; errantibus autem peragrare facilius est, quam pervenire
30 . . . . Nunc . . . . alter tentent . . . . quantum est, nisi quod . . . . . sunt. Lenissimum, mansuetissimum, doctissimum, piissimum, in causa non dicam bona, finge enim ambigua, tanto natu senem prohibuisse curia
31 interim. Cui ætati omnium vacatio munerum data est (2) * . . . . . ætatem. Nulla lex, si sacramento adiguntur . . . . . .
32 Seni septuaginta annos egresso insignem maculam infligis, quando, oro te, abolendam? Quantulum enim vitæ reliqum (3) est ad exuendam infamiam et pristinam dignitatem
33 recuperandam? . . . Quod vocas, interim, quanti sperabit? Si tantisper (dedisset) (4) paulisper sperabit. Quis segeti torridæ messem procrastinat? Quis vindemiam maturam ac distillantem differt? Quis tempus prorogat

* *In margine*: Laus senectutis (5)

(1) Ita Codex, sed fortasse pro *abundabit. Maius.* Futuro opus est ob præcedens *additum fuerit. H.*

(2) Digest. Lib. 50, 2, 2, §. 8. legitur: „Maiores annis quinquaginta quinque ad Decurionatus honorem „inviti vocari Constitutionibus prohibentur: sed si ei „rei consenserint, etsi maiores annis septuaginta sint, „munera quidem civilia obire non coguntur, honores „autem gerere debent". *Maius.*

(3) Ita Cod. *reliqum. Maius.*

(4) Videtur nobis huiusmodi in his sensus latere: *Nam cum sperare eum interim iubes; quod vocas interim, quantisper sperabit? si tantisper dum vivet, paulisper sperabit. H.*

(5) Periit *laus senectutis*, nam tota pæne pagina oblitterata est. *Maius.*

gat pomis mitibus aut floribus marcentibus
aut facibus ardentibus? Etiam soli 34
verbum . . . . . est interim occi . . . con-
festim. Vellem sicut tu senem differs, ita
ætas quoque differret . . . . . Adulescentiæ 35
et iuventuti prolixa vitæ curricula data sunt,
sicut diebus et noctibus interdum licet esse
longis: senectus crepusculum est, quod lon-
gum esse non potest . . . . . Homini seni 36
quidquid interim fit iuxta interim fit (1) . .
. . . . sunt. Proculus (2) . . . biennium il- 37
lud . . . est . . . inrogatam . . . . . præ-
vertit et quinquennium in triennium artavit.
Namque meum . . . . . lata tum 38
clementer Proculus homo ingenio ad cetera
remisso et delicato, sed in sententiis dicun-
dis (paulo durior) et infestior . . . . Plerique
ad cetera (minime) serii in iudicando tamen
asperi fuere; ut pro severitate, qua carebant,
obtensui sævitiam subornarent. Biennium 39
tunc de . . . . . dem Volumnio pro . . . .
nunc . . . . biennium vita . . . . agi a te
. . . . clementia tua res . . . . detrahi igno-
miniam [*iuss*]eris nepotibus genere adfinibus,
quibus . . . . domi patrem fratre[*sque*] reli-
queris. Subleva misericordia ætatem fami- 40
liarem tibi et patritam . . . . et rescindas
. . . . . interim . . . . . vel tutus . . . . .

(1) Ita perspicue Codex. *Maius.*

(2) Intellige vel Proculum Siccensem, quo Grammaticæ latinæ magistro usus est M. Aurelius (Capitol. in *Marco* p. 33 A.); vel Proculos (sub Divis item Fratribus et Pio) de quibus in Digest. Lib. 26. 5, 24, Lib. 37, 14, 17. Lib. 50, 6, 5. *Maius.* De Proculo Siccensi serio hic cogitet nemo. De tribus reliquis probabilitas aliqua est in Cornelio Proculo, ad quem Divi Fratres rescripsere l. 24. D. de tutorib. et curatorib. *N.*

eum si vita . . . . vel dolor . . . . decurio . . . . te . . . . meum . . . . in te . . . . . neret qui omnem pro decurionatu pecuniam dependisset. Sibi . . . . num, fili, quæ . . . . quidem . . . . interdum facias [1].

(1) Sequitur in eadem pagina Epistola quæ incipit *Gratulor*. Maximam autem huius Orationis partem certo amisimus. Nam præterquam quod plura folia fortasse absunt a Codice, ipsæ paginæ tredecim, quæ supersunt, adeo pleræque oblitteratæ sunt ut nonnisi exigua quædam inde educi potuerint. *Maius*.

ΦΡΟΝΤΩΝΟΣ ΕΠΙΣΤΟΛΑΙ (1)

1. (ἀδήλῳ) (2)

. . . . τερόν γε ὡς η . . ἡμᾶς. Τὸ δὲ με- 1
τριάζειν ἐν τοῖς ἥττοσιν κακοῖς οὐ δύσκολον. Ἐν παντὶ μὲν γὰρ τὸ κατὰ παν . . . καπὸ . . . προσειπόντος ἀπρεπὲς ἀνδρὶ παιδείας (3) [πεπειρα]μένῳ. Χαίρων δὲ ἔγωγε μᾶλλον . . . μὲν ὃς μετρα . . .

. . . . Τὸ γὰρ πρὸς ἡδονὴν παράλογον τοῦ 2
πρὸς ἀνίαν αἱρετώτερον. Ἀλλ' οὐδὲ τὰ τῆς ἡλικίας σου παρῴχηκεν πρὸς παίδων ἀνατροφήν.

(1) Utrum extent in Cod. MS. vestigia unde Græcas Frontonis epistolas redactas olim in singulare aliquod corpus fuisse coniicias, an potius continuerit eas epistolarum illud ad Amicos corpus, perinde ut epistolis ad Marcum intersertæ fuerunt illæ, quas in primum alterumque epistolarum ad eum librum revocavi, ea de re nobis nihil prorsus affirmare licet. Secundum Ed. Mediolanensem quatuor, quæ sequuntur, epistolæ in singularem componi libellum debebant. In quo monendum est, primam, secundam tertiamque in hunc a nobis ordinem dispositas esse propterea, quod ipse Maius p. 48. hunc eorum in Codice ordinem testatur, quocirca iis litteras ad Apollonidem postposui. Apud Maium, ubi ἐρωτικὸς λόγος una cum duabus ad Domitiam Calvillam epistolis idem hic liber et quidem primo loco exhibet, prima nobis quartæ, secunda sextæ, tertia septimæ, quarta quintæ locum habet. *N.*

(2) Prætermissa Maii de epistolæ argumento et auctore eoque, ad quem scripta sit, opinione, hoc unum notamus, missam videri epistolam ad amicum qui modo filium amisisset; quem eo consolatur Fronto, quod nondum ei per ætatem desperanda nova sit soboles. §. 2. *N.*

(3) Cod. ΠΑΙΔΙΑΣ. *Maius.*

3 Ζημία δὲ πᾶσα σὺν ἐλπίδι μὲν ἀποκοπτομένη χαλεπή· ῥᾴων δὲ ὑπολειπομένης εἰς τὸ ἀναχάκειν ἐλπίδος· (1) καὶ ὁ μὴ περιμείνας ταύτην ἀγεννὴς καὶ πολὺ τῆς τύχης αὐτῷ χαλεπώτερος. Ἡ μέν γε (2) τύχη τὸ παρὸν ἀφείλετο,
4 ὁ δὲ ἐστέρησεν αὐτὸν καὶ τῆς ἐλπίδος. Ὅθεν δ' ἂν ῥᾷστα παραψυχῆς τύχοις πείρα (3). Μαθὼν ἔγωγε ἄλλους (4) σοφίαν διδάξω. Ἀεί μοι συνέβη τι τῶν δεινῶν παθεῖν ἐρῶντι. Ἥρων δὲ τοτὲ μὲν Ἀθηνοδότου τοῦ σοφοῦ (5), τοτὲ δὲ Διονυσίου τοῦ ῥήτορος (6). Καὶ δὴ τοῦτο ἐννοῶν, ὅτι μοι σώζοιτο κεῖνος οὗ (7) ἐρῶν τύχοιμι, ἧττον ἦν τῇ τε λύπῃ καὶ τοῖς προσπίπτου-
5 σιν ἁλώσιμος. Εἰ δέ τινος ἐρᾷς καὶ σὺ νέου γενναίου ἀρετῇ καὶ παιδείᾳ καὶ τύχῃ καὶ σωφροσύνῃ διαφέροντος, οὐκ ἂν ἁμαρτάνοις ὁρμῶν (8) ἐπ' ἐκείνῳ καὶ πᾶσαν ἀγαθῶν ἀσφά-
6 λειαν ἐπ' αὐτῷ τιθέμενος. Ὃς ἐφ' ὅσον γε ἡμῖν οὗτος περίεστιν, ἅτ' ἐραστὴς γὰρ εἶναί σοί φημι καὶ οὐκ ἀποκρύπτομαι. Τἆλλά γε πάντα ἡμῖν εὐίατα καὶ τούτου μακρῷ δεύτερα (9).

(1) Ita Cod., teste Maio in Addendis. Nam textus Mediolan. ita hæc exhibet: ῥᾴων δὲ ὑπολειπομένης ἐλπίδος. Καὶ ὁ μὴ ἀναλαβεῖν περιμ. Istud ἀναχάκειν mutari in ἀναχάζειν iubet Maius: nobis reponendum ἀνακωχεῖν videtur. *H.* Mihi ἀναλαβεῖν, quod nescio quo casu alieno prius loco obvolitabat Maio. *B.*

(2) Potius γάρ. *N.*

(3) Cod. ΠΕΙΡΘΑ. *Maius.*

(4) Cod. ΑΛΛΑ ΟΥ ΣΟΦΙΑΝ. *Maius.* Unde cui non statim succurrat rescribendum: Ὅθεν — τύχοις, πείρα μαθὼν ἔγωγε, ἀλλ' οὐ σοφίαν διδάξω. *N.*

(5) Athenodotus hic idem videtur cuius nomen apud Marcum (Comment. I. c. 13) sed nomen tantum memoratur, neque eius alibi usquam mentionem reperias. *N.*

(6) Aut Λεπτὸν illum dicit (ad Marcum de Eloq. fr. 10.) aut Dionysium Milesium, clarum illo tempore sophistam, de quo v. Philostr. de Vit. Soph. p. 254. Morell. *N.*

(7) Cod. videtur habere ΟΥΝ. *Maius.*

(8) Participium est h. l. verbi ὁρμεῖν *H.*

(9) Hæc §. 6. sic emendanda suspicor: Ὡς, ἐφ' ὅσον γε

2. ΠΑΡΑ ΑΠΠΙΑΝΟΥ ΦΡΟΝΤΩΝΙ [1]

ΟΥΔΕ σήμερον ἐδυνήθην σε ἰδεῖν διὰ τὴν γα- 1
στέρα νυκτὸς ἐνοχλοῦσαν ἕως ἄρτι κοιμηθείς. Ἃ δὲ ἀγρυπνῶν ἠπόρουν, οὐ κατέσχον οὐδ' ἀνεβάλομεν [2], ἀλλ' ἐκ πολλῶν ὀλίγα σοι γέγραφα. Σὺ δ' εἰ μὲν δίκαιά ἐστιν, ὡς δικαίοις· εἰ 2
δὲ σχολαστικά, ὡς ἁπλοῖς· [3] εἰ δὲ μή, ἀλλ' ἔμοιγε ὡς λυπουμένῳ καὶ παρακαλοῦντι πείσθητι καὶ εἶξον.

Εἰκὸς ἕπεσθαι τοῖς κοινοῖς τὰ ἰδιωτικά. Εὐ- 3
θύνομεν γοῦν τὰ ἴδια πρὸς ἐκεῖνα, καὶ ὁ νόμος οὕτω κελεύει. Πῶς οὖν αἱ μὲν πόλεις οὐκ ὀκνοῦσι λαμβάνουσαι παρὰ τῶν διδόντων ἀναθήματά τε καὶ χρήματα καὶ ἀργύριον αὐτὸ πολιτῶν τε καὶ ξένων, ἤδη δέ τινας καὶ αὑτούς (πως) ὑποδιδόντας· φίλος δὲ παρὰ φίλου λαβεῖν ὀκ-

ἡμῖν οὗτος περίεστιν (ἐρασὴς γὰρ εἶναί σοί φημι καὶ οὐκ ἀπεκρύπτομαι) ταλλά γε κ. τ. λ. *N.* Scriptum fuisse ego suspicor ἀντερασής, ut splendida illa adolescentis notatione Fronto certum aliquem significarit, et quem alium nisi Marcum ipsum? *B.* Iam certa hæc amici emendatio ad probabilem, ut nobis quidem videtur, coniecturam nos duxit. Nimirum si Marcum Fronto dixit adolescentem illum, quem omni virtutum genere excellentem describit: eum, ad quem hæc scripta sunt, pari cum illo, atque ipsum Frontonem, familiaritate iunctum fuisse oportet. Hic quis non meminerit Herodis Attici, qui Marci magister item ut Fronto, qui consul adeoque ordinarius eodem, quo Fronto, anno fuit, qui ostentando luctu suo de Regillæ et filiarum Panathenaidis Elpinicesque atque etiam alumnorum suorum obitu undique sibi dolentium testificationes accivit? (V. Philostr. in vit. Herodis). Adversus hunc cum olim Fronto orationem scripsisset, postea amici sunt facti. *Herodes summus nunc meus* (amicus) *quanquam extet oratio.* Ep. ad Verum Aug. 8. Ad hunc igitur litteras has scriptas esse coniicimus. *N.*

(1) Ex responso Frontonis, quod sequitur, apparet Appianum Frontoni dono obtulisse duo mancipia. *Maius.*

(2) Corr. ἀνεβαλόμην. *H.*

(3) F. λεπτοῖς. *B.*

4 νεῖ παρακαλοῦντος; Καὶ οἱ θεοὶ [1] δὲ τῷ νόμῳ
τῶν πόλεων προσθέναι ταῦτα παρὰ τῶν ἀνδρῶν
5 καταδεικνύουσιν οἱ θησαυροὶ τῶν θεῶν. Καὶ οἱ
φίλιοι δὲ [ἐκ] τῶν διαθηκῶν λαμβάνειν οὐκ ὀκ-
νοῦσιν. Καὶ διὰ τί ἐκ μὲν διαθήκης ἄν τις λά-
βοι, παρὰ δὲ τῶν περιόντων οὐ λάβοι, ὁπότε
καὶ μεῖζον ταῦτ' ἔχει τὸ δεῖγμα τῆς προθυμί-
6 ας; Οἱ μὲν γὰρ ἄλλον ἄλλου προτιθέασιν· οἱ
δὲ περιόντες αὑτῶν τοὺς φίλους προτιθέασιν.
Καὶ ἥδιον παρὰ τοῦ περιόντος λαβεῖν, ὅτι καὶ
μαρτυρῆσαι περιόντι δυνατόν ἐστι καὶ ἀμείψα-
7 σθαι Πάλιν ξένιον μὲν οὔτε θεοῖς οὔτε πόλει
πέμπεται, τὰ σεμνότερα δ' ἀεὶ τοῖς σεμνοτέ-
ροις. [2] Ἀλλ'. οὐκ εἰσὶ ταῦτα βαρύτερα λαμβάνε-
σθαι; Τί γάρ ἐστι φιλίας καὶ τιμῆς βαρύτερον,
8 ὧν οὐδεὶς [3] [οὐκ οἶδεν] ὡς γ' ἀρειον οὐδέν ἐστιν. Τί
δὲ βαρὺ ἦν ὅλως, ἢ τί ἂν ἐγὼ βαρὺ ἔχοιμι; Οὐδ'
ἂν μὲν ἐργασαίμην οὐδὲν οὐδὲ ὀναίμην οὐδέ πο-
τε [δέοι ὡς ἐν τῷ] (θεάτρῳ) φασίν [ὃς μὴ] μι-
9 σθὸν εἶχον, ἐξ οἴκου εἰς οἶκόν μέ γε τιθεῖν. Ἐν-
όησον δὲ κἀκεῖνο, ὅση μὲν ἡδονὴ τῷ πέμψαντι
ληφθέντων, ὅση [4] λύπη μὴ ληφθέντων ἐγγίγ-
νεται. Εἰ τὸ καθαρ(ον) . . . . καὶ μετὰ πο . .
10 . . προσιέναι σοι. Πιστεύοις δὲ δίκαιον εἶναι τὸν
νόμον τῶν τε πόλεων καὶ θεῶν καὶ φίλων . . . .

(1) Ita Cod. teste Maio, qui reposuit τοὺς θεούς. Locus sic refingendus: καὶ οἱ θεοὶ δὲ τῷ νόμῳ τῶν πόλεων προσίενται ταῦτα παρὰ τῶν ἀνδρῶν, καθ' ἃ δεικνύουσιν οἱ θησαυροὶ τῶν θεῶν. Καὶ οἱ φίλοι δ' ἐκ τῶν διαθ. *H.*

(2) Ita Cod. nisi quod δ'ἀεὶ posuimus pro δαισι. Maius in textu exhibuit τὰ σεμνότερα [πᾶς τις] δαίσι τοῖς σεμνοτέροις, sic Codicem habere notans „pro τοὺς σεμνοτέρους." *N.*

(3) Exin Epistula ægerrime in Codice legitur: immo sex circiter versus prorsus in litura perierunt. Iam quænam desiderentur, ex responsione Frontonis facile coniicias. *Maius.*

(4) Cod. TOYTON. *Maius*, F. αὐτῶν, ὅση δ' αὖ λύπη. *N.*

Φίλῳ δὲ, οὐχ ὡς τούτων ἐπιδεικνύντων θράσος εὐνοίας, ἀλλὰ καὶ τούτων ὑποδέουσι (1) *ἔπεμψα τὸ πρὶν ἐπιτρέψῃς. Σὺ δὲ μηδὲ . . . . . ὥγε ἔδει μηδ' ἅπαξ* (2).

3. ΑΠΠΙΑΝΩΙ ΠΑΡΑ ΦΡΟΝΤΩΝΟΣ

ΟΥΚ *ἂν ἀπορησόμενος δὲ ἐκεῖνος* (3) *πιθανῶν* 1
λόγων, ὃς πρὸς τὸ πρῶτον ἐνθύμημα τῶν ἀπὸ σοῦ προτεθέντων ἐνίσταιτο, ὡς μὴ δέοι ἕπεσθαι τοῖς κοινοῖς τὰ ἴδια. Πολλὰ γὰρ ἔθη καὶ νόμιμα κοινὰ ταῖς πόλεσιν καὶ ἴδια τοῖς καθ' ἕκαστον εὑρήσομεν οὐχ ὅμοια. Μάθοις (4) *δ' ἂν* 2
προσέχων ταῖς τε δίκαις καὶ τοῖς ἀγῶσιν τοῖς δημοσίοις καὶ τοῖς ἰδιωτικοῖς· ἔνθα οὔτε ὁ τόνος (5) *τῶν δικαστηρίων οὔτε τῶν δικαζόντων ὁ ἀριθμὸς οὔτε τάξις τῶν φάσεων καὶ κλήσεων οὔτε τοῦ ὕδατος τὸ μέτρον οὐδὲ προστιμήματα τῶν κατεγνωσμένων ταὐτὰ, ἀλλὰ πλεῖστον* (6) *ὅσον διήνεγκεν τὰ δημόσια τῶν ἰδίων. Καὶ ὅτι* 3
τῆς μὲν πόλεως ἀναπεπεταῖσθαι (7) *προσήκει τὰς πύλας εἰσιέναι τε τῷ βουλομένῳ καὶ ἐξιέναι ὁπότε βούλοιτο* (8)· *ἑκάστῳ δὲ ἡμῶν τῶν*

(1) Cod. ΚΑΙ ΤΟΥΤΩΝ ΥΠΟΔΕΟΥΣΙ. *Maius.* Scilicet in textu reposuit Maius *καὶ τούτῳ ἀνδραπόδῳ.*
(2) Explicit revera Epistula, namque in eadem Codicis pagina proxime attexitur Epistula græca septima. *Maius.* Fortasse *Σὺ δὲ μὴ δεύτερον ἀποπεμψῃς ὥγε ἔδει μηδ' ἅπαξ. N.*
(3) F. *Οὐκ ἂν ἀπορήσαι μὲν οὐδ' ἐκεῖνος. N.*
(4) Ed. Mediol. *εἰρήσομεν. Οὐχ ὅμοια μάθοις δ' ἂν* etc. *N.*
(5) Corr. *τόπος. N.*
(6) Ed. Mediol. *Ταῦτα ἅμα [διασημαίνει] πλεῖστ.* Ut h. l., mox §. 6. vitiose itidem *ἅμα* pro *ἀλλὰ* erat editum. *B.*
(7) Sic apogr. Maii pro *ἀναπεπτάσθαι.*
(8) Cod. videtur habere ΒΟΥΛΟΙΝΤΟ. *Maius.*

ἰδιωτῶν εἰ μὴ φυλάττοι τὰς θύρας καὶ πάνυ γρηγοροίη ὁ θυρωρὸς, εἴργων μὲν τῆς εἰσόδου τοὺς μηδὲν προσήκοντας, τοῖς δὲ οἰκέταις οὐκ ἐπιτρέπων ἀδεῶς ὁπότε βούλοιντο ἔξω βαδίζειν, οὐκ ἂν ὀρθῶς οἰκουροῖτο τὰ κατὰ (1) τὴν οἰκίαν.

4 Καὶ στοαὶ καὶ ἄλση καὶ βωμοὶ καὶ γῆ πᾶσα (2) καὶ λουτρὰ τὰ μὲν δημόσια πᾶσιν καὶ προῖκα ἀνεῖται· τὰ δὲ τῶν ἰδιωτῶν ὑπὸ σιδηρᾷ κλειδὶ καί τινι Σύρῳ φύλακι· (3) καὶ μισθὸν ἐκλέγου-

5 σιν παρὰ τῶν λουομένων. Οὐδὲ τὰ δεῖπνα δὲ ὅμοια τὰ ἰδιωτικὰ καὶ τὰ ἐν πρυτανείῳ· οὐδὲ ὁ ἵππος ὅ,τε ἰδιωτικός καὶ ὁ δημόσιος· οὐδὲ ἡ πορφύρα τῶν ἀρχόντων καὶ τῶν δημοτῶν· οὐδὲ ὁ στέφανος τῶν ῥόδων τῶν οἴκοθεν καὶ ὁ τῆς ἐλαίας (4) τῆς Ὀλυμπίασιν.

6 Ἀλλὰ (5) ταῦτα μὲν ἐάσειν μοι δοκῶ καὶ χαριεῖσθαί σοι τὸ δεῖν ἕπεσθαι τοῖς δημοσίοις τὰ ἰδιωτικά. Κεχαρισμένος δὲ τοῦτο οὐκέτι χαρισαίμην ἂν τοῦτο πεις . . . δεῖν . . . ἐπιτρέπειν χρῆσθαι. (6) Ἤδη τοῦτό ἐστιν ὃ ἐγὼ φρά-

7 σω (7). Τὸ μὲν ἀμφισβητούμενον ἡμῖν οἶμαι τοῦτο ἦν, εἰ χρὴ μεγάλα καὶ πολλῆς τιμῆς ἄξια δῶρα παρὰ τῶν φίλων δέχεσθαι. Ταῦτα προστάσσων εἰς παράδειγμα ἐκάλεις τὸ τὰς πόλεις μεγάλα δῶρα παρ' ἀλλήλων προσίεσθαι (8), αὐ-

(1) Cod. ΟΥΚΑΝΟΡΘΩΣΣΟΙΚΥΡΙΟΙΤΟΤΑΚΑΤΑ etc. *Maius* Textus Maii exhibet *οὐκ ἂν ὀρθώσοιτο κυρίῳ τὰ κατὰ τὴν οἰκ N.*

(2) L *καὶ γυμνάσια N.*

(3) F. *φυλάττεται φύλακι. B.*

(4) Cod. ΕΛΑΙΣ. *Maius.*

(5) Ed. Mediol. Ἅμα. *N.*

(6) An forte Κεχαρισμένος — *χαρισαίμην ἂν τοῦτο πεισθείς, ταῖς πόλεσι δεῖν κατὰ τοῦτο ὅ,τι ἂν βούλωνται, ἐπιτρέπειν χρῆσθαι? H.*

(7) Cod. ΦΡΑΣΩ *Maius.* Cuius loco cur tandem in textu reposuit *φράζω*?

(8) Cod. ΠΡΟΣΕΙΕΣΘΑΙ. *Maius.*

τὸ δὴ τὸ ἀμφισβητούμενον σφετεριζόμενος, ὦ Φιλότης. Ὁ γὰρ τοὺς ἰδιώτας ἐγὼ φάσκων μὴ 8
δεῖν μεγάλα δῶρα παρ' ἀλλήλων λαμβάνειν, τὸ αὐτὸ τοῦτο ἂν εἴποιμι καὶ περὶ τῶν πόλεων, ὡς οὐδὲ τὰς πόλεις δέοι λαμβάνειν· σὺ δὲ ὡς τοῦτο προσῆκον ταῖς πόλεσιν λαβὼν εἰς ἀπόδειξιν φέρεις τοῦ καὶ τοῖς ἰδιώταις προσήκοντος. Τὸ δὲ ζητούμενον μὴ δεῖν ἐξ αὐτῶν τῶν ἀμφισβητουμένων ἀποδεικνύειν φήσαις ἄν. Εἰ δὲ τοῦτο 9
φὴς, ὅτι λαμβάνουσιν πολλαὶ πόλεις τὰ τοιαῦτα δῶρα, φαίην ἄν, ὅτι καὶ τῶν ἰδιωτῶν πολλοὶ λαμβάνουσι τὰ τοιαῦτα. Ζητοῦμεν δὲ, εἰ ὀρθῶς καὶ προσηκόντως λαμβάνουσιν. Τοῦτο δὲ τὸ ζήτημα ἀπὸ τῶν ἰδιωτῶν ἀρξάμενον διήκει καὶ πρὸς τὰς πόλεις. Τοῦτο μὲν οὖν, δίκαια 10
ποιῶν, ἐν ζητήματος μέρει καταλείψεις ἀμφισβητήσιμον, τὸ τῶν πόλεων λέγω. Οὐδὲ γὰρ οὐδὲ ἐκεῖνό σ' ἀγνοεῖν οἶμαι, ὡς αἱ πλεῖσταί γε τῶν (1) ἐνδοξοτάτων καὶ συννοουμένων (2) πόλεων οὐκ ἐδέξαντο τὰ μεγάλα δῶρα· ὥσπερ ἡ Ῥωμαίων πόλις πολλὰ πολλάκις παρὰ πλείστων πεμπόμενα οὐ προσήκατο. Ἡ δὲ τῶν Ἀθηναίων βαρύτερα τῶν προσηκόντων ἐκλέγουσα οὐ πάνυ τι ὤνατο.

Τὸ δέ γε τῶν θεῶν παράδειγμα, ὅτι δῶρα 11
καὶ ἀναθέματα (3) θεοὶ δέχονται, καὶ πάνυ σοι διὰ βραχέων εἰρημένον ἐν ἴσῳ τάχει ἀπολύσασθαι πειράσομαι. Οὐδὲ γὰρ προσκυνεῖσθαι μοι προσῆκεν μήτε θεῷ μήτε αὖ βασιλεῖ Περσῶν ὄντι.

Πιθανώτατον δὴ νὴ Δία τὸ τῶν διαθηκῶν 12

(1) Cod. ΣΩΝ. *Maius.*
(2) L. εὐνομουμένων. *N.*
(3) Ita Cod. *Maius.*

ὑπήνεγκας, πῶς [1] ποτε ἐκ διαθηκῶν καὶ τὰ μεγάλα λαμβάνοντες παρὰ τῶν ζώντων τα . . .[2] ταῦτα οὐ προσησόμεθα; Φθάνεις δὲ τὴν αἰτίαν
13 αὐτὸς ὑποβάλλων. Οἱ μὲν γὰρ, ὡς σὺ φῂς, ἄλλον ἄλλου προτιθέασιν οἱ κατὰ διαθήκας χαριζόμενοι· φημὶ δὲ παρὰ τούτων λαμβάνειν προσήκειν. Οἱ δὲ αὖ ζῶντες, ὡς σὺ φῂς, ἑαυτῶν τοὺς φίλους, οἷς χαρίζονται, προτιμῶσιν· δι' αὐτὸ δὲ τοῦτό φημι δεῖν τὰ πεμπόμενα μὴ προσ-
14 ίεσθαι [3]. Βαρὺ γὰρ ὄντως καὶ ὑπεροπτικὸν καὶ τυραννικὸν ὡς ἀληθῶς τὸ δέχεσθαι τὰς τοιαύτας προτιμήσεις, ἐν αἷς ὁ τιμῶν [4] ἕτερον δῆλός ἐστιν αὐτὸς αὑτὸν ἀτιμάζων καὶ ἐν δευτέρῳ
15 τιθεὶς τοῦ προτιμωμένου. Οὐδὲ γὰρ ἵππον ἀναβείην ἄν, ἀφ' οὗ καταβὰς αὐτός [5] τις καὶ βαδίζων ἐμὲ δὲ ἱππάζεσθαι ἀξιοίη· οὐδὲ ἐν θεάτρῳ καθεζοίμην, ἄλλου μοι ὑπανισταμένου· οὐδὲ ἱμάτιον δεξαίμην ἂν ἐν χειμῶνος ὥρᾳ, εἴ τις ἀποδυόμενος ῥυπῴη [6] μὲν αὐτὸς, ἐμὲ δὲ ἀμφιεννύοι. Οἰκειότερος γὰρ αὐτὸς ἕκαστος αὑτῷ καὶ προτιμᾶσθαι πρὸς αὐτοῦ δικαιότερος.
16 Φῂς δὲ ξένια μὴ πέμπεσθαι θεοῖς. Ἦ οὐχὶ ξένια ψαιστὰ, πόπανα, καί τε [7] μέλι καὶ ὁ οἶνος ᾧ σπένδομεν, ὡς καὶ τὸ γάλα, καὶ τὰ σπλάγχνα τὰ τῶν ἱερείων, καὶ ὁ λιβανωτὸς δὲ ξένιον θεοῦ.

(1) Cod. ΠΑΣ ΠΟΤΕ. *Maius.*
(2) F. *τὰ μικρὰ πεμπόμενα. N.*
(3) Cod. ΠΡΟΣΤΕΣΘΑΙ. *Maius.*
(4) Cod. ΕΝΑΙΣΟΤΙΜΩΝ, quod noto, si cui forte placeat aliter legere. *Maius.* Unde statim prodit quod reposui. Maius tamen inde in textu refinxit *προτιμήσεις. Ἐν αἷσῳ τιμῶν* etc. *N.*
(5) Scr. *ἄλλος τις. N.* Si revera, quod Maius dedit, est in codice, ita fortasse explicari possit *ἀφ' οὗ τις καταβὰς καὶ βαδίζων αὐτός. B.*
(6) Corr. *ῥιγῴη. N.*
(7) Scr. *καὶ τὸ μ. N.*

Ταῦτα μὲν πρὸς τὰ ὑπὸ σοῦ σοφῶς καὶ πι- 17
θανῶς πάνυ δημοσίων τε καὶ θείων καὶ διαθη-
κῶν πέρι προτεθέντα ἐνθυμήματα. Τὰ δὲ παρ'
ἐμοῦ ταῦτα εἰρήσθω διὰ βραχέων (1). Ὅσα 18
αἰτεῖν ἀναιδὲς καὶ φιλοκερδὲς καὶ πλεονεκτικὸν,
ταῦτα καὶ παρ' ἑκόντος λαμβάνειν ὁμοίως ἀναι-
δοῦς τινος καὶ φιλοκερδοῦς ἀνδρὸς καὶ πλεονέκ-
του. Αἰτεῖν δέ γε τὰ μεγάλα ἀναιδὲς, πολὺ
δὲ μᾶλλόν γε λαμβάνειν. Καὶ οὐδὲν διήνεγκεν 19
εἰ παρέχοντος λαμβάνοι τις, ἢ ἀπὸ αἰτεῖν οὐδὲ
λαμβάνειν αὐτὰ δῶρα χρὴ αὐτοὺς (2) μὲν πέμ-
ποντας πενεστέρους ἀποδείξει, τοὺς δὲ λαμβά-
νοντας πλουσιωτέρους παρασκευάσει. Ἑκάτερον 20
δὲ τοῦτο ἐν τοῖς μεγάλοις δώροις ἔνεστιν. Εἰ
γοῦν ἀποτιμήσεις γίγνοιντο ἡμῖν, ὁ μὲν πέμψας
τοὺς δύο τούτους παῖδας μικροτέραν, ἐγὼ δὲ ὁ
λαβὼν μείζω τὴν οὐσίαν ἀποφανοῦμαι. Οὐ γάρ 21
ἐστιν εὐκαταφρόνητος οὔτε ἐν ἀποτιμήσει χρη-
μάτων οὔτε ἐν ἀντιδόσει οὐσίας οὔτε ἐν ἀπο-
γραφῇ τέλους οὔτε ἐν καταβολῇ φόρου ὁ τῶν
δύο δούλων ἀριθμός.

Ὁ δὲ τὰ βαρύτερα δῶρα πέμπων οὐχ ἧττον 22
λυπεῖ τοῦ βαρεῖαν πέμποντος ἐπὶ τὸν συσφαι-
ρίζοντα, ἢ μετὰ τὴν (3) κύλην (4) προπίνοντος

(1) Vocabulum hoc scriptum est in Codice sic BRAXEΩN, per R sciliset latinum, quæ res indicat latinum amanuensem; quare et tota scriptura græca scatet erroribus. *Maius.*

(2) Hæc in Codice a se lecta his supplementis auxit Maius: Καὶ οὐδὲν διήνεγκεν εἰ [ἀπὸ] παρέχοντος λαμβάνοι τις, ἢ ἀπὸ [αἰτουμένου. Οὐδὲ γὰρ] αἰτεῖν οὐδὲ λαμβάνειν αὐτὰ δῶρα χρὴ [μεγάλα· εἰ δὲ μή,] αὐτοὺς etc. Leni medela locum sic restituas: — λαμβάνειν, καὶ οὐδὲν διήνεγκεν, εἰ παρέχοντος λαμβάνοι τις, ἢ εἰ ἀπαιτοίη. Οὐδὲ λαμβάνειν αὐτὰ δῶρα χρὴ ἃ τοὺς μὲν πέμπ. *H.*

(3) Scr. ἢ μεγάλην κ. *N.*

(4) Κύλη Thericleum poculum satis profundum, ut ait Athenæus Lib. XI. p. 470. *Maius.*

τῷ συμπότῃ· εἰς γὰρ μέθην, οὐκ εἰς ἡδονὴν προ-
23 πίνειν ἔοικεν. Ὥσπερ δὲ τὸν οἶνον ἐν τοῖς σώ-
φροσιν συμποσίοις ὁρῶμεν κιρνάμενον ἀκράτῳ μὲν
πάνυ ὀλίγῳ, πλείστῳ δὲ τῷ ὕδατι· οὕτω δὴ
καὶ τὰ δῶρα μὲν εἶναι (1) προσῆκεν πολλῇ μὲν
24 σωφροσύνῃ, ἐλαχίστῳ δὲ ἀναλώματι. Τίσι γὰρ
ἂν φαίημεν ἁρμόττειν τὰ πολυτελῆ δῶρα; ἆρά
γε τοῖς πένησιν; ἀλλὰ πέμπειν οὐ δύνανται· ἢ
τοῖς πλουσίοις; ἀλλὰ λαμβάνειν οὐ δέονται.
25 Τοῖς μὲν οὖν μεγάλοις δώροις τὸ συνεχὲς οὐ
πρόσεστιν· ἢ ἐκπεσεῖν ἀνάγκη τῶν ὑπαρχόντων,
εἴτις μεγάλα πέμποι καὶ πολλάκις. Τοῖς δὲ
μικροῖς δώροις τό,τε συνεχὲς πρόσεστιν καὶ τὸ
ἀμετάγνωστόν τι τελέσαι μικρὰ πέμψαντι (2).
26 Ὁμολογήσαις δ' ἂν καὶ τοῦτο, ὡς εἴ τις ἑαυ-
τῷ μὲν ἔπαινον παρασκευάζοι, ἕτερον δὲ ἐπαίνου
ἀποστεροίη, οὐ δίκαιος. Ὁ δὲ (3) μεγάλα δῶρα
πέμπων αὑτῷ μὲν ἔπαινον παρασκευάζεις ὡς
μεγαλοφρόνως χαριζόμενος, ἐμὲ δὲ ἐπαίνου ἀπο-
στερεῖς προσίεσθαι βιαζόμενος. Δόξαιμι γὰρ
ἂν καὶ αὐτὸς μεγαλόφρων τὰ τηλικαῦτα μὴ
27 προσέμενος. Ἐν δὲ τοῖς μικροῖς τῶν δώρων τό-
σος (4) ἔπαινος, τῷ μὲν πέμψαντι, ὅτι οὐκ ἠμέ-

(1) L. τὰ δῶρα μιγνύναι. *N.*

(2) I. e. *et facultas, exiguum quid, cuius te non paeniteat, rependendi ei, qui parva dederit.* Maius hæc male supplendo obscuraverat ita: καὶ τὸ ἀμετάγνωστον [ἄνευ φρενῖδος] τί [δεῖ] τελέσαι [τῷ] μικρὰ πέμψαντι.

(3) L. Σὺ δέ. *N.* Hoc naturalis sane sermonis lex postulat. Vereor tamen ne, si ita corrigamus, suas sibi elegantias auferri clamet Fronto. Ut enim supra dixerat ὁ μὲν πέμψας — μικροτέραν, ἐγὼ δὲ ὁ λαβὼν μείζω τὴν οὐσίαν ἀποφαινοῦμαι, ita hic etiam pronomen σὺ vitasse, et illi ἐμὲ δὲ tertiæ personæ speciem opposuisse videtur his verbis ὁ δὲ πέμπων — αὑτῷ μὲν —. Quare aut scriptum in codice puto mox παρασκευάζει, ἀποστερεῖ, aut, quod mihi verisimilius fere, secundam verbi personam ausus est rhetor, omisso σύ, ipsis illis ὁ δὲ πέμπων iungere. *B.*

(4) F. δισσός. *N.*

λησεν, τῷ δὲ λαβόντι, ὅτι οὐκ ὑπερηφάνησεν. Ματεῦσαι (1) [δ' ἄν σοι δόξαιμι τοῖς σου δώροις] μὴ χρώμενος; [εἰ] καὶ [σὺ] σταυρωτοῦ τὸ δῶρον ἐμοῦ πέμψαντος οὐκ ἂν ἔλαβες.

[Εἰ δὲ] παρὰ [σοῦ] πεμφθέντας παιδας ιδό- 28
μενος προ[σέμην ποίαις φροντίσιν ἐμὲ δάκνεσθαι χρῆν; πῶς δ' ἂν ἀμειβησαίμην; σοῦ μὲν ὡς πάλαι] Γλαῦκος (2) χρύσεα τῶν χαλκείων καὶ τὰ ἑκατόμβοια ἐννεαβοίων ἀμείβοντος. Πᾶσα μὲν 29
γὰρ ἀνάγκη τὸν ἀμειβόμενον ἢ πολὺ πλέονος ἄξια ἀντιπέμπειν καὶ Ὁμήρῳ μάρτυρι τὰς φρένας δοκεῖν ὑπὸ τοῦ Διὸς βεβλάφθαι, ἢ μείω ἀντιπέμποντα μὴ δίκαια ποιεῖν. Τρίτον δὲ καὶ 30
δικαιότατον, [εἰ] πέμπεται τῷ αὐτῷ [μικρὰ]· καὶ τότε ἴσοις δώροις ἀμείβεσθαι (3). Τοῦτο δὲ ὁ ποιῶν ὁμοιότατος (ἔσῃ) (4) ἐμοὶ τῷ αὐτὰ δὴ τὰ πεμφθέντα ἀποπέμποντι. Ἀλλὰ ταῦτα 31
μὲν φίλῳ πρὸς τὸν φίλτατον πεπαίχθω. (Τροφεῖ) δὲ . . . καὶ . . . . (Λογιζομένῳ) [δὲ σοὶ] (μείζονα τὸν καρπὸν) αὐτὰ παρέξει.

4. ΦΡΟΝΤΩΝ ΑΠ. ΑΠΟΛΛΩΝΙΔΗΙ

ΚΟΡΝΗΛΙΑΝΟΝ Σουλπίκιον (5) φιλεῖν ἠρ- 1

(1) Hæc et quæ deinceps sequuntur §. 28. probabilius, opinor, propius certe eam, quam e Codice sibi visus esset eruisse, scripturam sic concinnasset Maius: — *ὑπερηφάνησεν ματήσας ἢ μὴ χρώμενος. Καὶ σὺ γὰρ αὖ τοῦτο τὸ δῶρον ἐμοῦ πέμψαντος οὐκ ἂν ἔλαβες, οὐδὲ σοὶ παρ' ἐμοῦ τοὺς παρὰ σοῦ πεμφθέντας παῖδας δεδομένους προσήκω, ἵνα μὴ πάθῃς τὸ τοῦ Γλαύκου χρύσ. H.* Ego amici vestigiis insistens in his *καὶ σταυρωτοῦ τὸ δῶρον* hæc agnosco: *καὶ σὺ αὐτὸ τοῦτο τὸ δ.* Proxime superiora autem non tango; nisi quod recte clausam sententiam indico in verbo *ὑπερηφάνησεν. B.*

(2) Iliad. *ζ.* v. 236.

(3) Legendum videtur *τρίτον δὲ καὶ δικαιότατον λείπεται τὸ τῷ αὐτῷ καί τόγε ἴσοις δώροις ἀμείβεσθαι. N.*

(4) Immo *ἔσαι.*

(5) De Corneliano Sulpicio v. not. nostram ad Ep. 4. l. 1. ad Amic. *Maius.*

ξάμην ἡσθεὶς τῷ τε τρόπῳ τἀνδρὸς καὶ τοῖς λόγοις. Πέφυκεν γὰρ πρὸς λόγους ἄριστα. Οὐκ ἂν δὲ ἔξαρνος εἴην τὰ πρῶτα παρ' ἐμοὶ φέρεσθαι τὴν ἐκ παιδείας φιλίαν. Εὐσταθεῖσαν (1)
2 παιδείαν δὲ ταύτην λέγω τὴν τῶν ῥητόρων. Αὕτη γὰρ δοκεῖ μοι ἀνθρωπίνη (2). Τισὶν [δὲ] εἶναι τῶν φιλοσόφων θεία τις· ἔστω. Βοήθησον οὖν τὰ δυνατὰ Κορνηλιανῷ ἀγαθῷ ἀνδρὶ δαμοφίλῳ (3) καὶ (φίλῳ) καὶ οὐ φιλοσόφῳ.

(1) L. τὴν ἐκ παιδείας φιλίαν ἐνσταθεῖσαν. Παιδείαν δὲ etc. *B.*

(2) L. Αὕτη γὰρ δοκεῖ μοι ἀνθρωπίνη τις εἶναι· ἡ δὲ τῶν φιλοσόφων θεία τις ἔστω. *B.*

(3) Scr. καὶμοὶ φίλῳ, καιτῷ οὐ φιλοσόφῳ. *N.* Equidem recepto ex amici emendatione καὶμοὶ φίλῳ, cetera sic scripserim καὶ φιλομαθεῖ, καὶ οὐ φ. *B.*

M. CORNELII FRONTONIS PRINCIPIA HISTORIAE.

Huius scripti octo et viginti saltem ingentes paginas deprehendi in Codice superstites, verum ita deletas, ut vel harum reliquiarum nonnisi tenuem partem legere potuerim. *Maius.* Inscripsit Fragmenta hæc Maius *ad M. Antoninum principia historiae;* cuius inscriptionis priora hæc *ad M. Antoninum* absunt a titulo post finem libri in Codice repetito (nam præfixus libro titulus una cum initio intercidit) eaque de coniectura se addidisse satis perspicue ipse fatetur Editor p. 359. n. 1., atque falsa sunt omnino, cum nonnisi ad L. Verum scripta esse possint illa Fr. 9, 8. *Tantas res a te gestas, quantas Achilles gessisse cuperet.* Quod ad ipsum opusculum hoc attinet, Lucianus nobis memoriam servavit innumeræ futilium historicorum multitudinis, qui certatim historiam belli a Vero cum Parthis gesti scripsere; quibus haud meliorem in his *principiis* Frontonem agnoscas. Otiosos sophistas apparet nullo prorsus publicorum casuum eventuumque sensu affectos fuisse. Ac quod de uno istorum narrat Lucianus (Quom. Hist. scrib. c. 15.) non verba eum tantum, sed res ipsas ex Thucydide mutuatum esse: vix melius Fronto fecit in imitando Sallustio, quem pro perfecto historici Romani exemplo admiratus (ad M. Cæs. II. ep. 11. et alibi) in usum fortasse demandati ipsi operis excerpebat. Imitatio quidem adeo manifesta et servilis est, ut vel simium istum Sallustii Arruntium, si cum nostro compares, ingenio proprio usum dicas. In ordinandis denique fragmentis hisce Maius hoc uno, quod octo et viginti scripti huius paginas in Codice superstites se deprehendisse retulit, certam nobis viam monstravit; quo magis hoc ab eo in ceteris libris silentio plane prætermissum dolemus. Nimirum hoc pro certo ponimus, quatuordecim hæc folia ita eum dispertiisse, ut septem ea quæ edidit fragmenta ex binis singula foliis composuerit; in quo fortasse sibi visus est non temere nec suo prorsus arbitrio agere, cum bina folia in Cod. rescripto cohærerent. Verum aliter se res habuit, cum integer adhuc Frontonis Codex ille extaret. Nam illud quidem non est dubium, membranas a librario in duerniones aut quaterniones compositas fuisse, qui postea, cum rescribere codicem placeret, dissolverentur. Quod si duernio-

nes fuere, ut hoc utar exemplo, post dissolutam compagem in uno foliorum pari paginæ inter se subsequebantur 1. 2. 7. 8., in altero 3. 4. 5. 6. Atque in nostro opere vix dubites quin fragm. III. et IV. Edit. Mediol. exempla sint huiusmodi disturbati duernionis. Quippe fr. IV. usque ad p. 350 v. extr. (nobis 5, §. 1—9.) est folium a. seu pag. 1. 2.; fr. III. (nobis 5, §. 10. — ad fin.) folia sunt b. c. seu pag. 3—6; fr. IV. p. 351. (nobis 6.) est folium d. seu pag. 7. 8. Pluribus autem locis appareret, unum de duobus foliis aut totum aut maximam partem legi potuisse, alterum hic illic singula tantum exhibuisse verba quæ legi possent; quæ sex septem versibus inclusa Maius tacitus adnexuit. Iam, quid noster ordo ab illo differat, apposito rursus indice demonstremus.

Ed nostr.	Ed. Mediol.
Fr. 1.	Fr. I. usque ad pag. 338 v. 9.
Fr. 2.	Fr. I. a pag. 338 v. 10. ad fin.
Fr. 3.	Fr. V. usque ad pag. 352 v. 7.
Fr. 4.	Fr. V. a pag. 352 v. 7. Fr. II. usque ad pag. 343 v. 4.
Fr. 5.	Fr IV. usque ad pag. 350 v. ult. Fr III.
Fr. 6.	Fr. IV. p. 351.
Fr. 7.	Fr. VI. usque ad pag. 355 v. 2.
Fr. 8.	Fr. II. p. 343 a v. 5.
Fr. 9.	Fr. VII.

Fragmenti VI. ed. Mediol. posteriorem partem, quam ex Iugurtha Sallustii sumptam inter Excerpta Sallustiana reiici ipse iam Maius in Add. iussit, nos dempsimus. Quod si ponimus, istis excerptis unum, nono autem fragmento duo folia contineri, atque fragmenti 5. §. 15—17. itidem unum expleri folium: iam hinc paginas illas XXVIII seu folia XIV effici intelligas. Rem denuo inspectus aliquando Codex liquido confirmabit. *N.*

1.

1 MACEDONUM spes (1) torrentis modo magna vi ortæ brevi die occiderunt: quorum unius

(1) L. *opes*. *N.*

unius humanæ prolis ætate imperium extinctum est. Nam illa quæ Alexandri comites familiaresque tenuerunt, præfecturæ magis, quam imperia, appellandæ [1] . . . . Nemini 2
usquam oppidum neque tectum diutinum aut limen inveteratum: libertatem inopia sortiti, quia inopem subigendi sterilis fructus laboris capitur . . . . Vagi palantes [2], nul- 5
lo itineris destinato fine, non ad locum, sed ad vesperum contenditur . . . . . .

2.

. 1
. . . [*decep*]tionibus [3] clades ediderunt, latronum potius quam hostium numero duco. Soli hominum Parthi adversus populum Romanum hostile nomen haud umquam contemnendum gesserunt. Id satis demonstrat 2
non Crassi modo clades et Antoni fœda fuga, sed etiam fortissimi imperatoris Traiani ductu legatus [4] cum exercitu cæsus, et principis ad triumphum decedentis handquaquam secura nec incruenta regressio [5].

(1) Magna hic est lacuna; certe, qualis inter primam hanc et sequentem sectionem continuatio sermonis fuerit, nemo divinet. *N.*

(2) Ex Sallustii Iug. c. 18. *Vagi palantes, qua nox coegerat, sedes habebant.* An Fronto h. l. de Parthis dicit illius temporis, cum vagi ad Oxum palarentur? *N.*

(3) Quæ hinc sequuntur. tanquam diversum fragmentum separavi a primo, quicum id Maius iunxit: suo tamen loco reliqui. Poni autem fortasse in principio debent, quum magis quam primum fragmentum ad prooemium pertinere videantur. *N.* Pro *decceptionibus* legendum *direptionibus*, ut hæc fortasse præcesserint, *Nam ceteras quidem gentes, quae direptionibus* etc. *H*

(4) Maximus, de quo dixi ad Ep. *de Bello Parthico. Maius.*

(5) Quum Traianus bellum Parthicum confecisset, ei-

3 Bella igitur duo maxima a duobus maximis imperatoribus adversum Parthos nostra memoria pari eventu bellata contendere inter sese pro copiis cuiusque ducis et temporibus pergam: haud ignarus, fortissima facinora viventium gravatius, mortuorum gratius accipi: faveri præteritis, invideri præ-
4 sentibus. Namque invidia semper . . . perstitere . . . . de . . . . in . . . . docebitur. Dempta (q)uisque (extra) posse (quo) bi . . an . . (ecce) . . . pertum est da . . . . . his . . . . . publicam sibi administrandam . . . . qui . . . . sis a patria . . . . . nec belli adversus Parthos instaurandi (auc)tor . . . . .

3.

. . . . . .

1 . . . ubi [1] primum magnum ducem resp. poposcit, omnibus Arpinati paupertate aut Nursina duritia [2] ducibus bellicosior exti-
2 tit . . . . Parthos Romano sanguine inpiatos . . . . visui . . . . orbant . . . . tranquillus . . . . oratoribus . . . . atque . . . . * . . . .

* *In margine:* Panegyricus Vologesi.

que Senatus splendidissimum triumphum pararet, repente Oriens pæne totus magno tumultu rebellavit. Itaque Traianus non sine cruentis prœliis a mari Indico in Romanas provincias se recepit. V. Dionem LXVIII. 29. et seqq. *Mains.*

(1) In his fragmentis ambigas sæpe, de Verone an de Traiano loquatur Fronto, quod sane non esset ambiguum in scriptore incorruptam rerum fidem sectante. Hic Verum dici necesse est, quoniam statim post, testante lemmate, sermo de Vologeso fuit. *N.*

(2) Vespasianum dicit, cuius genus Nursia oriundum. Non huius modo, sed ne Marii quidem mentionem h. l. agnovit Manus. *N.*

Olim adversus Romanos intentum et infes- 3
tum et instructum, bellis exercitatum . . .
ab insidiis . . . . ad omne facinus audendum
præceps agebatur, nullo iam scelere, quod
atrocius auderet, reliquo. Tum præterea . .
. . nodatum . . . . bellum . . . . Ad hoc (1)
. . . . . .

4.

. . . . . .
. . . . in bellum profectus est cum cognitis 1
militibus hostem Parthum contemnentibus,
sagittarum ictus post ingentia Dacorum fal-
cibus inlata volnera (2) despicatui habenti-
bus *. Multos militum imperator suo quem- 2
que nomine proprio (3) atque castrensi cog-
nomine (io)culari appellabat. Pigros (4) . . .
vel corniculo, vel (aureo), vel . . . partim
. . . cuiusque . . . triumphus . . . Lucio mi- 3
lites aut dilectu novo tirones sumendi fue-
runt, aut . . . et molli (5) militia corrupti.

* *In margine*: Parthorum sagittas militibus nostris post ingentia Dacorum falcibus inpacta vulnera contemnentibus.

(1) Veri simile est, tribus his §. §. fragmenti ex nostro ordine tertii duas totas paginas expletas fuisse, neque folium, quod ab his verbis *in bellum* etc. incipere videtur, continuo subsequi potest. Comparatur iam cum Traiano Verus. *N.*

(2) Ita Cod. in textu, at in margine *vulnera Maius.*

(3) Confirmat de Traiano Plinius in Panegyrico p. 30. *Maius.*

(4) Sensu hæc aliquo impertias ita fere lacunas hasce explens: *Pigros exhortabatur, strenuos vel corniculo, vel balteo, vel armillis, ingentis partim pretii donis pro cuiusque dignitate ornabat, ut suum nonnullis praemium triumphus videretur. Lucio* etc. *H.*

(5) An *aut habendi vetere et molli? H.*

Namque post . . . . propemodum [1] . . . .
4 Hadriano * principe regundis et facunde appellandis exercitibus suis inpigro, sed a summ . . . bellorum . . . Hadrianus provincias manu Traiani captas omittere maluit
5 quam exercitu retinere [2]. Eius itinerum monumenta videas per plurimas Asiæ atque Europæ urbes, et regum . . . exercitus . . . suum . . . neminem umquam post . . . . .
6 vidit . . . . nem(ine) apstinendo uni omnium Romanorum principum Numæ ** regi æquiperandus [3] . . . . . .
7 . . . . . longa desuetudine [4] bellandi miles Romanus ad ignaviam redactus. Nam cum omnibus artibus, tum præcipue rei militari desidia noxia est . . . per-
8 (moti) . . . . est . . . . experiri, et . . . . . milites in campo exercere. Corruptissimi ***

* *In margine:* De Hadriano.
** *In margine:* Qualis Antoninus fuisset.
*** *In margine:* Vituperatio Syriatici exercitus corrupti (5)

(1) F. *Namque post Traianum evanuit propemodum antiqua militum virtus, Hadriano — impigro, sed a summa tamen bellorum administranda alieno. Quippe Hadrianus provinc. H.*

(2) Confirmat Spartianus in Hadriano p. 4. A. B. „Deficientibus nationibus quas Traianus subegerat . . . „omnia (Hadrianus) trans Euphratem et Tigrim reli„quit". *Maius.*

(3) Capitolinus de Pio in eius vita p 25. A. scribit, fuisse eum in cunctis laudabilem, et qui merito Numæ Pompilio ex bonorum sententia compararetur *Maius.*

(4) Hoc fragmentum cohærere apparet cum postrema fragmenti V ed Mediol. parte. N

(5) Ita Cod. pro *Syriaci* habet *Syriatici*, ut apud Florum 2, 9, 1. 10, 1. 12, 1. Immo ad primum Flori locum hæc notat Salmasius. „Non temere reperi ullum „veterem codicem, in quo non frequentius Syriaticum „quam Syriacum scriptum occurreret. Ita scribi in So-

vero omnium Syriatici (1) milites, seditiosi, contumaces, apud signa infrequentes . . . . . præsidiis vagi . . . . ac palantes (2), de meridie . . . . temulenti (3); ne armatu quidem sustinendo adsueti, sed inpatientia laboris armis singillatim omittendis in velitum atque funditorum modum seminudi. Præter huiuscemodi dedecora malis prœliis ita perculsi fuerunt, ut ad primum Parthorum conspectum terga verterent, tubas quasi fugæ signum canentis audirent. Tantam militaris disciplinæ labem . . . . . ( ) coercuit, industria sua ad militandum exemplo proposita. Primus ipse (5) in agmine haud sæpius equo vehi, quam pedibus fatisci: tam solem torridum facile, quam diem serenum ferre: pulverem confertum pro nebulis pati, sudorem in armis, ut in ludicris. Insuper habere (6) caput apertum soli et imbribus

9 10 11

„lini vetustis exemplaribus, ita in Isidori, ita denique „in Flori libris semper visus sum animadvertere.“ *Maius.*

(1) Quæ sequuntur in hoc Fragmento, ea de Traiano intelligenda videntur, quorum simillima narrat Plinius in Panegyrico. *Maius.* Immo de Vero. *N.*

(2) An forte *ex castellis etiam et praesidiis vagi sine commeatu ac pal. H.*

(3) F. *de meridie somniculosi ac temulenti. N.*

(4) An *unus brevi imperator? N.*

(5) Vix tuis oculis fidem habeas talia narrata legens de Vero, homine luxu et mollitie diffluente, qui ne comitatus quidem est exercitum. Tamen hunc certum est dici h. l., non Traianum. Nam Fragm. 4, §. 3. de degenere et effeminato Veri, §. 1. ibid. de indurato ad omnem laborum patientiam Traiani milite dixit Fronto, atque *longa desuetudo* §. 7. est illa temporum Hadriani et Antonini Pii. Neque sane Traianus desuetum bello exercitum, sed Dacorum proeliis exercitatum, ad bellum in Asia duxit *N.*

(6) Ita hæc distinguenda: *sudorem in armis, ut in lu-*

et grandini et nivibus: neque (se) adversus tela munitum præbere: spectandis in campo militibus operam dare, et ægros intervisere: non incuriose per militum contubernia transire, sed forte temere [1] Syrorum munditias introspicere [*et*] Pannoniorum inscitias.
12 Sero ipse post decisa negotia lava[*re*] [2]: mensa sobria, victu in castris plebeio: vinum loci, aquam temporis bibere: primam vigiliam facile vigilare, postremam iamdudum expergitus opperiri [3]: labore magis quam otio lætari, otio ad laborem abuti: vacua militaribus tempora civilibus negotiis occu-
13 pare. In pænuria subita ramis nonnumquam et frondibus pro supellectile usus est, cæspitem interdum ut torum incubans. Somnum cepit labore paratum, non silentio quæ-
14 situm. Graviora (de)mum perverse facta severe animadvertit, leviora sciens dissimulavit: locum pœnitendi reliquit [4]. Nam delicta sua plerique, dum ignorari putant, corrigunt; ubi manifesta sciunt, impudentia obfirmantur . . . . . .

dicris, insuper habere: caput apertum soli — et nivibus, neque adversus tela munitum praebere. H.

(1) An *sed prope intueri?* Cic. de senect. 14. *adolescentia voluptates prope intuens magis fortasse laetatur: sed delectatur etiam senectus procul eas spectans. H.*

(2) Cod. *lavat, et mensa etc. Maius.* L. *lavari: uti mensa sobr. H.*

(3) Cod. *operiri. Maius.*

(4) Ita prorsus Plinius in Panegyrico c. 46. „Castigaverunt vitia sua ipsi qui castigari merebantur, iidemque emendatores, qui emendandi fuerunt. Itaque nemo de severitate tua queritur". *Maius.* At neque Frontoni de Traiano, neque Plinio de militibus sermo est. *N.*

5.

. . . . . .

. . . . . sciret catafractos equos similes esse 1
beluis piscibus, eas eludere alto mari cernuantis . . . . . spectes, Lucius consiliorum sollertia longe . . . . . magn(as personare) . . . . * . . . . Equi lubrico instabiles, manus 2
frigore inritæ, arcus imbribus enerbes (1) . . . Litteras ultro dederat, bellum, si vellet, con- 3
dicionibus poneret (2). Dum oblatam pacem spernit barbarus, male mulcatus est. Ea re dilucide patet, quanta Lucio cura in- 4
sita sit militum salutis, qui gloriæ suæ dispendio redimere cupiverit pacem incruentam. Traiano suam potiorem gloriam in ( ) 5
sanguine militum futuram, de ceteris eius studiis multi coniectant (4). Nam sæpe Parthorum legatos pacem precanteis dismisisse (5)

* *In margine:* De Parthorum belli more (6)

(1) Ita Cod. pro *enerves*. *Maius.*

(2) Hæc de L. Vero dicuntur. *Maius.* Huc pertinebat locus a Maio ad Ep. ad Ver. 9. (p. 112. ed Mediol.) adscriptus Nazarii rhetoris in Paneg. Constant. c 24: cuius ipsa prope verba ex nostro sumpta videas: *Antoninus* (sic male ibi pro *L. Verus*), *imperator in toga praestans et non iners nec futilis bello, cum adversum Porthos armis experiretur, visis cataphractis adeo totus in metum venit, ut ultro ad regem conciliatrices pacis litteras daret: quas cum rex immodicus animi respuisset, insolentia barbari debellata est. N.*

(3) Delendum hoc *in. N.*

(4) Etiam Dio de Traiano LXVIII. 17. ἐστράτευσεν ἐπ' Ἀρμενίους καὶ Πάρθους, πρόφασιν μὲν ὅτι μὴ τὸ διάδημα ὑπ' αὐτοῦ εἰλήφει, ἀλλὰ παρὰ τοῦ Πάρθων βασιλέως ὁ τῶν Ἀρμενίων βασιλεύς· τῇ δ' ἀληθείᾳ δόξης ἐπιθυμίᾳ. *Maius.*

(5) Cod. *præcanteis dismisisse. Maius.*

(6) Periit pæne totus hic locus. *Muius.*

6 inritos [1]. Iustitiæ quoque et clementiæ fama apud barbaros sancta de Lucio:
7 Traianus non omnibus æque purgatus. Regna fortunasque suas in fidem Luci contulisse neminem pænituit: Traiano cædes Parthamasiri regis supplicis [2] haud satis excu-
8 sata. Tametsi [3] ultro ille vim cœptans tumultu orto merito interfectus est, meliore tamen Romanorum fama impune supplex abisset, quam iure supplicium luisset. Namque talium facinorum causa facti latet, factum spectatur; longeque præstat secundo gentium rumore iniuriam neglegere, quam adverso vindicare. Bello Parthico utroque consulares viri duo
9 exercitum utrique ducentes obtruncati: Severianus [4] quidem Lucio ab urbe [5] nec-

(1) De his legationibus ad Traianum loquitur Dio LXVIII. 17 — 8. Et Parthi quidem pacem rogantes Athenas usque Traiano obviam venerant. *Maius.*

(2) Eutropius in Ed. Basil. 1532. p. 114. „Armeniam, „quam occupaverant Parthi, recepit Pharmatasire (dic „Parthamasire) occiso qui eam tenebat". Ubi nomen Parthamasiris in Codd. et Editt. corruptissime scribitur. Xiphilinus etiam in Excerptis Dionis LXVIII. 18. ait Παρθαμάσιριν δὲ τὸν Ἀρμενίων ἐτιμωρήσατο. Sed tamen in Fragmentis Dionis, insertis Xiphilini Compendio, paulo aliter res narratur: Parthamasirem scilicet venisse supplicem ad Traianum, ut sibi regnum precibus ab eo impetraret; quod quum non obtineret, immo se circumventum Romanorum armis videret, cœpisse furere et sese deceptum clamare. Tum a Traiano spoliatum quidem regno, sed dimissum incolumem. Sed Frontoni potior habenda fides est. *Maius.*

(3) Scr. *Nam etsi. H.*

(4) Severianus cum integra legione romana Elegiæ in oppido Armeniæ sub initiis Parthici belli interfectus est. *Maius.*

(5) Post hanc vocem magna notatur in Ed. Mediol. lacuna; tum velut eiusdem fragmenti sequuntur versus ii, quos ego fragmenti sexti loco posui. Quibus versibus iam affirmavi contineri omne quicquid Maius eruere

dum [1] etiam tum profecto. Enimvero 10
cum præsens Traianus Euphrati et Tigridis
portoria, equorum et camelorum trib(uta
onera . . .[2]) . . cer cæsus est. Illud (eti- 11
am) . * . . tum bello (incipiente) histriones
ex urbe in Suriam accisse [3]. Sed profecto
sicut arborum altissimas vehementius ventis quati videmus, ita virtutes maximas
invidia criminosius incessit. Ceterum bello 12
an pace clarior Traianus imperator existimandus sit, in ambiguo quidem [4] pono:
nisi quod armis etiam Spartacus et Viriathus
aliquantum potuere; pacis artibus vix quisquam Traiano ad populum, nisi qui [5] adæque,acceptior exstitit. Ipsa hæc cum pri . . .æ 13
nonne illis optrectationibus faces sunt? Ex
summa civilis scientiæ ratione sumpta videntur, ne histrionum quidem ceterorumque
scænæ aut circi aut harenæ artificum indiligentem Principem fuisse, ut qui sciret, po-

* *In margine*: Laus Traiani.

ex duabus totis potuerit paginis; quæ paginæ antequam Cod. divelleretur, minime eam sequebantur, quam claudi certum est his verbis *ab urbe*. Ita haud dubie alia etiam pagina incipit a primis verbis fragmenti III. ed. Mediol., quod cum liquido cohæserit cum hoc nostro, utrumque coniunxi. Sermo enim est de cladibus Romanorum in utroque bello Parthico; cladem autem Severianus accepit *Lucio necdum ab urbe profecto*; Maximus tum cum Traianus *in Asia esset ibique portoria et tributa locaret*. *N.*

(1) Nisi forte pro *necdum* legendum est in Codice . . . *nemum* vocabulum mutilum. *Maius.*

(2) An *tributa oneraque cetera provinciae constitueret*? *H.*

(3) Vituperatum hoc in utroque fuit, quod bello nondum perfecto histriones in Syriam accivissent. Qua de re Traianum Fronto purgat, quo idem in Vero suo crimen dissolvat. *N.*

(4) Scr. *equidem*. *H.*

(5) Immo *si qui adaeque*. *H.*

pulum Romanum duabus præcipue rebus, annona et spectaculis, teneri: imperium non minus ludicris, quam seriis probari: maiore damno seria, graviore invidia ludicra neglegi: minus acribus stimulis congiaria, quam spectacula expeti: congiariis frumentariam modo plebem singillatim placari ac nominatim, specta-
15 cul(eis) universum . . . . Quod [1] . . . . se oporteat. Namque ut famem . . . Neptunum Martemque mole(stias) illas sibi . . . est . . . arceant non . . . magis aut . . . avis (votum) . . . quam ludeis [2] spectaculorum-
16 que cærimonieis placarei [3]. Ei rei [4] pompas et carpenta et tensas et exsuvias a maioribus dicatas, elephantos . . . populus Romanus usus sit spectaculeis de(serti) . . . constrepi, aut linguis pluribus omina(ri).
17 Hæc a me refutanda . . . . sunt . . . . ceterum . . . . . quid . . . . . litteris diserte ad significandum . . . . . compositis, ut qui facundiam inpenso studio . . . . .

6. [5]

. . . . . .

1 pauculis diebus in fascis tene(ntur), illi in pannis sunt omnem ætatem. Itaque bonus

(1) Tribus vel duabus postremis hisce sectionibus contineri videtur, quidquid verborum residuum in toto folio superfuit. *N.*

(2) Ita Cod. *eis* pro *is* heic et inferius. Licet autem posterior manus fecerit *is*, antiquam scripturam nos expressimus. *Maius.*

(3) Ita Cod. *placarei*, at superius *placari*. *Maius.*

(4) Ita Codex videtur habere *ei rei* pro *ideo*, sive *ea re*. Confer Plautum Cistell. 1. 3. 36. *Maius.*

(5) Tribus his, quæ sequuntur, fragmentis, quæ resi-

ille Imperator . . . venire captivos iubebat
. . . sint ingratiis quid ego, quippe cui . . .
sin . . . num me . . . ais est . . . Quod quis
. . . . Piscibus in caudis, avibus in pinnis,
anguibus serpendi vi . . . . . .

7.

. 1
. . . . imperium populi Romani ad flumina
hostilia porrectum . . . quamobrem . . . eti-
am tum iunioris decere . . . (qu)ominus ad
trium[*phum*] * . . . habitus. Quantum a sti- 2
pendiis otii datum, in venando occupatus . . .

8.

. . . . . .
certaminis . . . necessita(tis) . . . visset, pro-
videre: per tot provincias, tot opsidionum,
prœliorum acrium (1), stationum, castellorum
excidendorum aperta discrimina curas et [*ani-
mum*] dispergere . . . . . non . . . . ducem
. . . . tametsi . . . ** . . . num consentirem
. . . . gnarus . . . . portare . . . . [*lon*]gior
mora.

* *In margine*: Panegyricus Traiani imperatoris (2)
** *In margine*: De legibus (amoris) (3)

dua sunt adhuc de totidem foliis totis, non potui equi-
dem commodiorem pro totius operis forma locum assig-
nare. *N.*

(1) Ita Cod. *acrium* quod reprehendi nequit. Dubita-
bam tamen num facta esset metathesis ex *arcium*. *Maius.*

(2) Periit locus. *Maius.*

(3) Periit locus. Duæ nempe paginæ deletæ sunt.
Maius.

9.

. . . . . .

1 liberum [1] amanti est inculpatum silentium. Namque ceteri mortales præsenti die mentiuntur; scribtorum mendacia tam oulpam quam memoriam merent sempiternam . . . . . 2 Eorum profecto uberrima ingenia frustra fuissent, nisi magnificis se rebus scribendis occupassent: itemque nisi pro magnitudine rerum gestarum scribtorum quoque ingenia 3 congruerent . . . . * . . . . ** . . . . Herculi erumnæ celebres, si (non re) etiam, discipli- 4 næ . . . . Enimvero fandi agendique laudibus longe præstantissimus omnium Cato Porcius . . . . In navium . . . . deus al . . . . in . . . . tur tuend[is] eius [2] ergo denominatus: ita Cato oppidatim statuis ornandus, qui primam Latini nominis sobolem et Italicarum originum pueritias inlustravit . . . . . 5 Ut magnis rebus gestis historia non indiligenter scribta nonnihil studii et rumoris auctura sit, sicut ignem quantumvis magnum 6 vel levis aura, si adflaverit, adiuverit. Ubi primum frater tuus commentarium miserit, rem co(piose) scribere adgrediemur, si tamen hoc quod gustui mittimus non displicebit...

* *In margine:* Homerum dicit (3).
** *In margine:* Xenophon hic sub Cyro stipendia voluntaria fecit (4).

(1) Fragmento hoc continetur haud dubie quantumcunque ex quattuor paginis exculpere Maius potuit. Atque pars aliqua ad initium potius quam ad finem videtur pertinere, et epistolæ formam totum hoc referre, ab ipso hoc opere diversam. *N.*
(2) Immo *tuendi eius.* *H.*
(3) Periit locus de Homero. *Maius.*
(4) Periit locus de Xenophonte. *Maius.*

Tantas res a te gestas, quantas et Achilles 7
gessisse cuperet, et Homerus scribsisse . . .
laborationibus [1] . . . . his . . . . . (rursus)
vereor ne quando (taceo in solifundiis) . . . .
[*concen*]tibus et modis absonum quid modu-
latu et cantu cecinerim . . . . .

[*Com*]parata si quis leget, seu proavus seu 8
pronepos [2] virtute præstare videbitur, com-
parationis quidem discrimen in familiæ no-
mine permanebit.

M. FRONTONIS
PRINCIPIA HISTORIAE

Legi emendavi qui supra.

(1) Nota vocabula *laboratio* et *solifundium*: nisi forte pro altero legendum est *soli fundus*. *Maius*. Sed in tam laceris, quis præstet, non fuisse *(il)las orationibus*?
(2) Traianus et L. Verus. *Maius*.

M. CORNELII FRONTONIS
LAUDES
FUMI ET PULVERIS [1]

CAESARI SUO FRONTO

1 Plerique legentium forsan rem de titulo contemnant, nihil serium potuisse fieri de fumo et pulvere [2]. Tu pro tuo excellenti ingenio profecto existimavis [3], lusa
2 sit opera an locata. Sed res poscere videtur de ratione scribendi pauca præfari, quod nullum huiuscemodi scriptum Romana lingua extat satis nobile, nisi quod poetæ in
3 comœdiis vel atellanis adtingerunt [4]. Qui se in eiusmodi rebus scribendis exercebit, crebras sententias conquiret, easque dense conlocabit, et subtiliter coniunget neque verba multa geminata supervacanea inferciet: tum omnem sententiam breviter et scite con-
4 cludet. Aliter [5] in orationibus iudiciariis,

(1) Hæc nugalia se conscripsisse, et quidem magno studio et vigore adfirmat ipse Fronto in Alsiensi 3. *Maius.*

(2) An intercidit *rati*? *H*

(3) Ita Cod. pro *existimabis*. *Maius.*

(4) Ita Cod. pro *adtigerunt*. Sic Cicero in Orat. pro *Tullio* Ed. Mediol. p. 27. habet *reliquisset*. *Maius.*

(5) Duriter omissum est *fit*, quo ne addito quidem satis placet vinculo suo carens oratio. Latini in copulando huiusmodi sermone usurpant particulas *Aliter quam*, Græci Οὐχ ὥσπερ. *H.*

ubi sedulo curamus ut pleræque sententiæ durius interdum et incautius finiantur. Sed contra istic laborandum (ut) [1] ne quid inconcinnum vel hiulcum relinquatur; quin omnia ut in tenui veste oris detexta et revimentis [2] sint cincta. Postremo ut novis- 5
simos in epigrammatis versus habere oportet aliquid luminis, sententia clavi aliqua vel fibula terminanda est. In primis autem se- 6
ctanda est suavitas. Namque hoc genus orationis non capitis defendendi nec suadendæ legis nec exercitus adhortandi nec inflammandæ contionis scribitur, sed facetiarum et voluptatis. Ubique vero ut de re ampla et 7
magnifica loquendum, parvæque res magnis adsimulandæ comparandæque. Summa denique in hoc genere orationis virtus est adseveratio [3]. Fabulæ deum vel heroum tem- 8
pestive inserendæ, item versus congruentes et proverbia accommodata et non inficete conficta mendacia, dum [4] id mendacium argumento aliquo lepido iuvetur * [5]. Cum pri- 9

* *In margine:* Mendacium argumento aliquo lepido iuvandum.

(1) Vel *est. H.*

(2) Ita perspicue Codex. Est autem *revimentum*, ut ex hoc loco apparet, *fimbria. Revimentum* explicatur in Glossario Philoxeni παραστροφή. In Lexico autem Cyrilli scribitur *redimentum*, sed mendose, ut exempla Frontonis et Glossarii Philoxeniani ostendunt. Et quidem in ipso Lexico Cyrilli παραστρέφω explicatur *rebio. Maius.*

(3) Serii negotii adsimulationem explicat Maius. Malim explicare severitatis simulatam speciem: quo novo sensu vocabulum usurpavit Tacitus Annal. IV, 19. *Eichstaedtius.*

(4) Verbi usus est Sallustianus (Catil. 5.) a quo tamen neque Terentius (Andr. 4, 1, 54.) neque Cicero (Brut. 82.) abhorruerunt. *Eichstaedtius.* Vulgaris hic omnium scriptorum est usus.

(5) Sic Cicero *de Oratore* II. Cap. 59. ait, facetum

mis autem difficile est argumenta ita disponere, ut sit ordo eorum rite conexus [1].
10 Quod ille Plato Lusiam culpat in Phædro [2], sententiarum ordinem ab eo ita temere permixtum, ut sine ullo detrimento prima in novissimum locum transferantur et novissima in primum; eam culpam ita devitabimus, si divisa generatim argumenta nectemus, non sparsa nec sine discrimine aggerata, ut (ea)[3] quæ per saturam feruntur, sed ut præcedens sententia in sequentem laciniam aliquam porrigat et oram prætendat *; ubi prior sit finita sententia, inde ut sequens ordiatur: ita enim transgredi potius videbimur quam tran-
11 silire. Verum hi non . . . variatio vel cum detrimento aliquo gratior est in oratione, quam recta continuatio . . . . [4] ria austere
12 formanda . . . . dicenda . . . . Modo dulce illud incorruptum sit et pudicum Tusculanum et Ionicum, id est Catonis et Herodo-
13 ti . . . . In omni re facilius est rationem docendi nosse, quam vim agendi obtinere
14 . . . est multus . . . sic est qui . . . sicuti bene velle ac bene precari, quæ res voce animoque sine opibus [5] perpetrantur. Igitur

* *In margine:* Præcedens sententia in sequentem debet particulam . . . quod amabitur, si argumenta nectantur.

orationis genus mendaciunculis esse adspergendum. *Maius.*

(1) Ita Cod. *conexus*, ut alibi *conisus* *Maius.*

(2) Ed. Steph. Tom. 3. p. 264. *Maius.*

(3) Potius *ut leges quae* etc.? *H.*

(4) Sententia poscere videtur: *jocularia austere formanda, austera dicenda joculariter. Eichstaedtius.*

(5) In margine pro *opibus* scribitur *opere*, sed recentiore manu. *Maius.*

tur ut quisque se benignissimum præstabit, ita is plurimos laudabit. Nec tantum eos quos alii quoque laudibus ante decoraverint, verum conquiret deos et homines a ceterorum laudibus relictissimos, ibique signum benignitatis expromet. Ut agricola agrum intactum si conseret, laboriosus est; sacerdos si apud fanum desertum et avium sacrificet, religiosus est. 15

Laudabo igitur deos infrequentes quidem a laudibus, verum in usu cultuque humano frequentissimos, fumum et pulverem, sine quis neque asæ (1) neque foci nec viæ, quod volgo aiunt, nec semitæ usurpantur. Quod si quis hoc primum ambigit (2), habendusve (3) sit fumus in numero deorum: cogitet, ventos quoque in deum numero haberi, quæque sunt fumo simillimæ, nebulas nubesque putari deas et in cælo conspici; et, ut poetæ ferunt, amiciri deos nubibus, et Iovi Iunonique cubantibus nubem ab arbitris obstitisse (4). Quod[*quc*] nunc (5) divinæ naturæ proprium est, nec fumum manu prehendere nec solem (6) queas neque vincire 16 17 18

(1) *Asa* pro *ara* dixerunt Veteres. Vide Gellium IV. 5. Macrobium Saturn. III. 2. Servium ad Aeneid. IV. 219 *Maius*. Add. Quint. 1, 4, 13. ex certissima Sarpii emendatione: *lases et asa fuerunt*.

(2) Codex pro *ambigit* habet *abicit*. *Maius* in Add.

(3) *Ve* pro *an* aut *ne*, cuiusmodi alia occurrunt exempla. *Maius*. Immo ne unum quidem. Corr. *habendusne*. *H*.

(4) Iliad. ξ. 350. 351. *Maius*.

(5) Ita Cod. *nunc*. *Maius*.

(6) Ita Cod. *solem*. *Maius*. Lumen solis dicit. Cf. Herodot. 8, 137. *περιγεάφει τῇ μαχαίρῃ ἐς τὸ ἔδαφος τὸν ἥλιον*. *B*.

neque verberare neque, vel minimum rimæ si deposcat [1], excludere . . . . . .

. . . . . .

(1) Scr. *dehiscat. II.*

M. CORNELII FRONTONIS LAUDES NEGLEGENTIAE.

AGITAVI laudes neglegentiæ conscribere, 1
quas cur nondum conscribserim, ut res est,
id quoque neglego (1) . . . * . . . Nam qui 2
nimis anxie munia conficiunt, parum amici-
tiæ confidunt . . . . temperantia coercetur.
Volgo (2) etiam laudata indulgentia promp-
tam peccatis hominum veniam dare: nisi de-
licta facile intellegas (3), parum clementer
indulgeas. Quod autem quis intuitam et ex- 3
positam periculis neglegentiam putet, mihi
omne contra videtur multo (4), multoque di-
ligentiam magis periculis obnoxiam esse.
Namque neglegentiæ haud quisquam magno
opere insidias locat, existimans, etiam sine
insidiis semper et ubique et ubi (5) libeat
neglegentem hominem in proclivi fore fal-
lere: adversus diligentis vero et circumspe-
ctos et exsultantis opibus fraudes et capti-
nes et insidiæ parantur. Ita ferme neglegen- 4

* *In margine:* Laudes Neglegentiæ.

(1) F. *id quoque neglegentiae tribuo . . . . N.* Multa hic periisse, intelliges ex § 6 *H.*
(2) An . . . . *diligentiae intemperantia coercetur volgo etiam laudata indulgentia, promptam* etc.? *H.*
(3) Ita Cod. *intellegas*, sed videtur scribendum *neglegas. Maius.* Emendatio certissima. *H.*
(4) Hoc *multo* vereor ne errore sit natum ex seq *multoque. H.*
(5) Immo *uti. H.*

tia contemptu tutatur [1], diligentia astu oppugnatur. Et erratis neglegentia venia paratior datur et bene factis [2] gratiis [3] gratia habetur. Nam præter opinionem gratum est, ceterarum rerum indiligentem bene facere in tempore haud neglexisse. Iam illud a poetis sæculum aureum memoratum, si cum animo reputes, intellegas neglegentiæ sæculum fuisse * cum ager neglectus fructus uberes ferret omniaque utensilia neglegentibus nullo negotio suppeditaret. Hisce argumentis neglegentia bono genere nata, dis accepta, sapientibus probata, virtutum particeps, indulgentiæ magistra, tuta ab insidiis grataque bene factis, excusata ingratis [4], et ad postremum aurea declaratur . . . . . de Favorini [5] nostri pigmentis fuci quisnam appingeret? (Vide)licet, ut quæque mulier magis facie freta est, ita facilius cutem et capillum neglegere; plerisque autem, ut sese magnopere exornent, diffidentia formæ diligentiæ inlecebras creari: myrtum buxumque ceteraque tonsilia arbusta atque virgulta, summa diligentia et studio radi, rigari, comi solita, humi reptare aut ibidem haud procul a solo cacumina erigere:

* *In margine:* Sæculum illud aureum, sæculum neglegentiæ fuit.

(1) Vid. Non. 7, 70 p. 476. in v. *Tutant.*
(2) Codex *befactis*, at inferius idem *benefactis*. *Maius.*
(3) Bentl. ad. Terent. Adelph. 4, 7, 26.: „Certum est „nec Terentium nec Plautum usquam dixisse *gratis*, sem„per τρισυλλαβῶς *gratiis*."
(4) Corr. *erratis* Cf. §. 4. *H.*
(5) Fortasse innuitur Favorinus philosophus Frontonis familiaris (Gell. 2, 26), qui fuit item ἀδόξων scriptor teste eodem Gellio 17, 12. *Maius.*

at illas intonsas abietes neglectasque piceas
caput æmulum nubibus abdere: non æque 9
diligentes ad quærendum victum et comparcendum cibum leones ut formicas esse: texendi vero araneas diligentiores esse quam Penelopam [1] vel Andromacham. Et omnino 10
tenuibus ingeniis, et . . . . hoc . . . . quas
. . . . neve ob . . . . et voluntaris [2] . . . .
quod vel præcipuum . . . . amicitias . . . .
diligentiam interdum . . . . deos . . . . cui
res . . . . non expro . . . . Quota, oro te,
portio Lucullanæ . . . . cæsum aureo . . . .

(1) Ed. Med. male *Penelopem.*
(2) Ita Cod. pro *voluntariis. Maius.*

M. CORNELII FRONTONIS

ARION [1]

1 ARION Lesbius, proinde quod Græcorum memoria est, cithara et dithyrambo primus, Corintho, ubi frequens [2] incolebat, secundum quæstum profectus magnis divitiis per oram Siciliæ atque Italiæ paratis Corinthum Tarento regredi parabat. Socios navalis Corinthios potissimum delegit; eorum navem
2 audacter re bona maxime [3] onerat. Nave in altum provecta cognovit socios, qui veherent, cupidos potiri necem sibi machinari. Eos precibus [4] fatigat aurum omne [5] si-
3 bi haberent, unam sibi animam sinerent. Postquam id frustra orat, aliam tamen veniam impetravit, in exitu vitæ quantum posset cantaret. Id prædones in lucro ducere, præter spolia summum artificem audire, cuius vocem præterea nemo um-
4 quam post illa autscultaret [6]. Ille vestem induit auro intextam, itemque citharam insignem: tum pro puppi aperto maxime atque edito loco constitit. Sociis inde consulto per navem ceteram dispersis, ibi Arion

(1) Est hoc opus omnino distinctum a ceteris Frontonianis: nam titulus M. FRONTONIS ARION spatiosis litteris scribitur tum in fronte tum in calce Operis. *Maius.*

(2) Cod. pro *frequens* habet *sequens*. *Maius.*

(3) Potius *maxima*. *H.*

(4) Cod *praecibus*, et inferius *depraecari*. *Maius.*

(5) Cod. *omnes*. *Maius.*

(6) Ita Cod. *autscultaret*. *Maius.*

studio inpenso cantare orditur scilicet mari et cælo artis suæ supremum commemoramentum. Carminis fine cum verbo in mare 5
desilit: delphinus excipit, sublimem avehit, navi prævortit, Tænaro exponit, quantum delphino fas est, in extimo litore. Arion 6
inde Corinthum proficiscitur: et homo et vestis et cithara [*et*] vox incolumis: Periandrum, regem Corinthium, cui per artem cognitus acceptusque diu fuerat, accedit: ordine (1) memorat rem gestam in navi et postea in mari. Rex homini (2) credere, miraculo addubitare; navem et socios navalis, dum reciperent (3) ...pperiri. Postquam cognovit 7
portum invectos, sine tumultu accipi iubet: vultu comi, verbis lenibus percontatur, numquidnam super Arione Lesbio comperissent? Illi facile respondent, Tarenti vidisse fortunatissimum mortalem, secundo rumore (4) [*populorum florere, in*] pre[*tioque*] esse, [*cithara*] cantare. Qua[*re*] diutius amore atque lucro et laudibus retineri. Cum hæc ita di- 8
cerent, Arion inrupit [*ita ut delphino vectus ante regem*] (5) steterat, cum veste auro intexta et cithara insigni. Prædones inopino

(1) Cod. *ordinem*. *Maius*.

(2) Addidi [in textu post *homini*] *vix*. Nam et Herodotus ait, regem Arioni fidem non adiunxisse. *Maius*. Non vidit Maius, opponi h. l. inter se *homini* et *miraculo*. Homini quidem ob spectatam eius fidem credebat rex; miraculo tamen rei addubitabat. *H*.

(3) Ita Cod. pro *se reciperent*. *Maius*.

(4) Deinceps fabula Arionis ægre in Codice legitur: quare et aliquot locos omnino deletos explevi, distinctâ tamen de more litterarum formâ. *Maius*.

(5) Immo [*ut in puppi*]. Vix alium locum infelicius conatus est explere Maius. *H*.

[*visu*] Arionis terreri, cum [1] neque quicquam post illa negare aut non credere aut
9 deprecari ausi sunt. Delphini facinus [*statua ad Taenarum conlocata testatur. Etenim*] visitur delphino residens homo, parva figura, (atque ut) [*sit*] argumento magis, quam simulacro composita.

M. FRONTONIS
ARION

Legi emendavi qui supra.

(1) Ita Cod. *cum*. *Maius.* Latini sermonis norma infinitivum historicum *terreri* hic respuit, et illud *neque* male cum ceteris coit: ita tria continua verba *terreri, cum, neque* ab usu abhorrent. Legerim igitur *territi sunt, neque.* Sed obstat inficete mox repetitum *sunt.* Hanc ob causam et ob sensu cassum illud *non credere,* illis quibus cadicem ipsum iterum inspicere contigerit locum hunc sanandum relinquimus. *B.* Suspicor *Praedones inopino Arionis terrore perculsi neque quicq.* etc. *H.*

FRAGMENTA QUAEDAM FRONTONIS AUT M. ANTONINI ET EXCERPTA EX SALLUSTIO.

1.

. . . . suetum [1] . . . . ava[*rum*] . . . . [*iniu*]rias . . . . habuisset . . . . ab illo . . . bene . . . . . voluptatiba [2] . . . . . Sed [3] . . . . . *

„Sed in his erat Sempronia [4], quæ mul„ta sæpe virilis audaciæ facinora commise„rat. Hæc mulier genere atque forma, præ„terea viro et liberis satis fortunata fuit: „litteris græcis et latinis docta; psallere et „saltare elegantius, quam necesse probæ: „multa alia quæ instrumenta luxuriæ sunt.

* *In margine*: Forma (luxuriæ).

(1) In quo folio occurrit mihi Epistula Marci quæ incipit *Orationes*, (Ep. 3. L. 1. ad M. Antoninum Aug.) inveni etiam Excerpta quædam ex Sallustii bello Catilinario; rursus in alio folio Excerpta ex bello Iugurthino. Et M. quidem Aurelius a Frontone sibi missa Excerpta commemorat (Lib. I. ad Marcum Ep. 6.) Tum Sallustii lectionem sibi a magistro commendatam innuit (Lib. II. ad Marcum Ep. 11.) *Maius.*

(2) Nota vocabulum *voluptatibus* (pro *voluptativus*), quod adscribitur etiam in margine Codicis. *Maius.*

(3) Certum est, Excerpta hæc Sallustiana in Cod. non integriora superesse versibus iis qui præcedant et sequantur, sed a Maio, cum ea agnovisset, ex Sallustii libris redintegrata esse. Hoc *sed*, cui appositum est in margine hoc lemma, *Forma* (i. e. descriptio, notatio) *luxuriae*, haud dubie idem est a quo continuo incipit, quod subsequitur, excerptum. *N.*

(4) Sallust. Bell. Cat. c. 25. *Maius.*

„Sed ei cariora semper omnia quam decus „. . . . afflictare sese [1]; manus supplices ad „cælum tendere; miserari parvos liberos; ro„gitare; omnia pavere; superbia atque deli„ciis omissis“ . . . Formis . . . miserat . . . ne damnum . . . misisti . . . . nonus . . . . quem . . . sal . . .

„[*Exercitus sine imperio*] et modestia ha„bitus [2]. Ita imperatori novo plus ex ma„lis moribus sollicitudinis, quam ex copia „militum auxilii aut spei bonæ accedebat. „Nam Albinus Auli fratris exercitusque cla„de perculsus, postquam decreverat non „egredi provincia, quantum temporis æstivo„rum in imperio fuit, plerumque milites in „stativis castris habebat; nisi cum odos aut „pabuli egestas locum mutare subegerat. „Sed neque muniebantur [3], neque more „militari vigiliæ deducebantur: uti cuique „libebat ab signis aberat. Lixæ permixti „cum militibus, diu noctuque vagabantur: „palantes agros vastare, villas expugnare: pe„coris et mancipiorum prædas certantes age„re: eaque mutare cum mercatoribus vino „advectitio, et aliis talibus: præterea frumen„tum publice datum vendere, panem in dies „mercari: postremo quæcumque dici aut fin„gi queunt ignaviæ luxuriæque probra, ea

(1) Idem in eodem c. 31. *Maius.*

(2) Idem Bell. Iug. c. 44. 45. *Maius.*

(3) Verba *neque muniebantur* inserebat heic Popma e Cod. antiquissimo, expungebat Gruterus, aberant ab Editionibus plerisque omnibus: nunc Codex Frontonianus invicte confirmat. Quin eiusdem lectionis vestigia deprehendebam in duobus aliis Sallustii Codd. Ambrosianis F. 138. et P. 89. part. sup. *Maius.*

„in illo exercitu cuncta fuere, et alia am-
„plius. Sed in ea difficultate Metellum *,
„non minus quam in rebus hostilibus, ma-
„gnum et sapientem virum fuisse (comperi-
„or): tanta temperantia inter ambitionem,
„sævitiamque moderatum“ . . . animo . . .
nec de re . . . cuiquam inlucere . . . . sed
cum paruissemus . . . quantum nihilominus
erogatur. Summus . . . rum quæ censui-
mus. Nec dubito futurum quin . . . vindi-
cabit perseverando . . . censet et causa . . .
nos . . . vitæ (vidu)antur, et pro . . . uris,
et de . . . sollicitu . . . an . . . nequam . . .
isse . . . quantum àlt . . .

2.

. . . . Ne agrei (1) quidem forma præter-
eunda. „Mare (2) sævum inportuosum“ . . .
artes . . . honores . . . alter . . . quamob-
rem . . . . „[Ager frugum fer]tilis bonos (3)

* *In margine:* Forma imperatoris.

(1) In textu *agrei*, tum deletâ deinceps *e* scriptum *agri* in margine. *Maius.*

(2) Excerpta hæc ex Sallustii Iugurtha 17, 5 Maius sexto fragmento Principiorum Historiæ inseruit; postea, ubi Sallustiana Excerpta agnovit, in Addendis aliquot fragmenti illius particulas reiici inter Excerpta hæc iussit. Ergo cum hæc illuc in Principia Historiæ referret, ne hoc quidem titulo inscriptum repererat folium, unde ea descripsit, neque vero per argumenti rationem reperire potuerat. Porro ex notatis ab eo p 315. partem horum Excerptorum inesse colligas in primo Epistolarum ad M. Antonin. Aug libro; ac sane in iis, quæ mox sequentur, velut alloquentis in epistola legitur *tibi* ac deinde *tuo*. Ibi igitur quid illa sibi voluerint, non magis exputo, quam qui sensus fuerit verborum inter Excerpta hæc occurrentium. *N.*

(3) Ita Ed. Mediol. pro *bonus pecori.*

„tem(et) [arbo]ri infecundus cælo terra-
„que [1] pænuria (aqua)rum. [Genus homi-
„num] salub[2][ri corpore velox] patiens la-
„boris.[3] Nec [4] plerosque senectus [dis]-
„solvit. Nisi quod [5] [ferro] aut bestiis
„[interiere] nam [morbus haud sæpe quem]-
„atem supersit [6]“ . . . . Non inscii . . . .
„in [7] regnum [Adherbalis] animum inten-
„dit. Ipse acer, bellicosus, aliis [8] quem
„[pete]bat quietus [inbellis, placido ingenio,
„opport]unus [iniuriæ]“ nostro . . . corpor
. . . . quas omnis aut . . . . præpediebat.
Patiens laborum, acri ingenio, satis provi-
dens [9] belli . . . , [forti]ssimus contra . . .
et invidias . . . . deinde . . . . „[Exercitus
„ei] traditus [10] a Spu[rio Albino [11] Pro]
„consule [iners] * inbellis [neque periculi
„neque laboris patiens, lingua quam manu
„promtior] prædator [ex sociis et ipse præ-
„da hostium sine] inperio [et modestia ha-
„bitus]“ . . . . Tibi natura . . . . qui tum
. . . . host(ium) . . . . omnia . . . . sperent

In margine: Forma corrupti exercitus.

(1) Cortius dederat *terra pen.*
(2) Ed. Med. *salvo.*
(3) Ed. Cortii sine ulla varietate, *laborum.*
(4) Ita Ed. Mediol.
(5) In Sallustio *qui.*
(6) Pro *quam superat.*
(7) Sallustius in Iugurtha c. 20, 1. 2.
(8) Pro *at is.*
(9) Hic quoque locus *nostro* — *deinde* Sallustii videtur; aliunde certe excerptus est; nec tamen sedem eius reperire nobis contigit. Fragmentum esse suspicor ex deperditis Historiarum libris. *N.*
(10) Sallustii Iugurtha c. 44.
(11) Pars Codd. Sallustii et a Grutero edd. *Sp. Albini Proconsulis.*

. . . . artes inper[*andi*] . . . . honore summo . . . . quid . . . . Principia . . . . cum pueri . . . . dum . . . . cum belli sollicitudo . . . . et mihi . . . . comminisci . . . in . . . . parem. Nam . . . . . præsen[*ti*] die minuunt . . . immo non est . . . gens . . . certum est . . . . fratres . . . . * cum . . . . human[*um*] . . . . tuo sem[*per*] . . . . [*le*]pida . . . . mihi . . . . nam . . . . mole casu . . . . tui magnis . . . . venire . . . .

FRAGMENTA
M. CORNELII FRONTONIS
EX VARIIS AVCTORIBVS COLLECTA.

EX LIBRIS AD MARCUM IMP.

Mihi satis abundeque honorum est, quos mihi cotidiano tribuis. *Charisius ed. Putschii* p. 177. v. 34.

Adest etiam usquequaque tibi natura situs lepos et venustas. *Charisius* p. 197. v. 31.

AD ANTONINUM IMP.
LIB. II.

Male me, Marce, præteritæ vitæ meæ pænitet. (*Male pro valde.*) *Charisius* p. 184. v. 35.

* *In margine:* Ordo regn[*orum*] ante Rom[*am*] (1)

(1) Periit locus. *Maius.*

LIB. V.

Ad eum vespera in triduum mittant. *Charisius* p. 198. v. 6.

PANEGYRICUS T. PIO AUG. DICTUS.

Omnibus tunc imago patriciis pingebatur insignis. *Fronto ad M. Caesar. II.* 4, 1.

(*Ubi genus nobile ignobili conparans dixi*) Ut si quis ignem de rogo et ara accensum similem putet, quoniam æque luceat. *Fronto ibid. §.* 2.

Fronto cum belli in Britannia confecti laudem Antonino Principi daret, quamvis ille in ipso Urbis palatio residens gerendi eius mandasset auspicium, veluti longæ navis gubernaculis præsidentem totius velificationis et cursus gloriam meruisse testatus est. *Eumenius in Panegyr.* c. 14.

ORATIO IN CHRISTIANOS.

Ad epulas solemni die coëunt, cum omnibus liberis, sororibus, matribus, sexus omnis homines et omnis ætatis. Illic post multas epulas, ubi convivium caluit (1), et incestæ libidinis ebrietatis (2) fervor exarsit, canis, qui candelabro nexus est, iactu offulæ ultra spatium lineæ, qua vinctus est, ad impetum et saltum provocatur: sic everso et extincto conscio lumine, impudentibus tenebris nexus infandæ cupiditatis involvunt per incertum sortis: et, si non omnes opera, conscientia tamen pariter incesti; quoniam voto univer-

(1) MS. ap. Wower. *incaluit*.
(2) Gelen. edidit *ebrietate*.

sorum appetitur quidquid accidere potest in actu singulorum. Minucius in Octavio, c. 9.

ORATIO PRO PTOLEMAEENSIBUS.

Parentum tuorum. *Charisius* p. 111. v. 43.

EX INCERTA ORATIONE.

Et illæ vestræ Athenæ Dorocorthoro. *(Apparet nominativo casu posuisse Dorocorthoro.) P. Consentius* p. 2031. v. 16.

EX LIBRIS INCERTIS.

Sunt multæ unius partis utrique sufficientes elocutiones, ut *tenemur amicitiis*: ridiculum enim est, si addas *mutuis*, cum *amicitiae* utrumque significent, sicut Fronto testatur. *Servius ad Aeneid. I.* 409.

Hunc inter. Per hunc. Terentius: *Dum rus eo, cœpi egomet mecum inter vias.* Est autem crebra Frontonis elocutio. *Servius ad Aeneid. VII.* 30.

Fulvosque lupi de pelle galeros. Galerus genus est pilei, quod Fronto genere neutro dicit, *hoc galerum. Servius ad Aeneid. VII.* 688.

Carcer est a quo prohibemur exire, et dictus carcer a coercendo. Hinc Fronto: ut pergræcari potius amœnis locis, quam coerceri carcere viderentur. *Isidorus Origg. XV.* 2. 46.

M. CORNELII FRONTONIS

LIBER

DE DIFFERENTIIS VOCABULORUM *)

Ultio vindicat factum. Vindicatio futura prohibet. Ideo Mars Ultor, non Vindex dicitur.

Præ-

*) Frontonis hunc libellum Maius suæ editioni inseruerat ex illo potissimum exemplo descriptum, quod est in *Putschiana* Grammaticorum collectione, nulla plane mentione facta alterius, quod legitur inter Auctores Ling. Lat. *Gothofredianos* pag. 1327. sqq. Cuius tamen cum neque paucas ego neque nullius momenti diversitates repperissem, has in editione nostra ad partes vocandas esse vidi. Mox cum utriusque exempli fontes indagaturus antiquiores etiam grammaticorum editiones quæ sunt in Bibliotheca Berol. regia perlustrarem, neque Putschii neque Gothofredi magnam hic esse auctoritatem intellexi. Etenim primus omnium ediderat hunc libellum *I. Parrhasius* in sua Probum, Frontonem et Phocam complexa collectione Veicetiæ 1509 fol. Mox cum exigua eundem diversitate repetiit *Iod. Badius Ascensius* in *Grammaticis Illustribus XII.* Paris. 1516.

Ex eadem autem videtur esse familia Ed. Veneta 1522. e qua pauculas quasdam variationes attulit Maius; ipse enim conferre non potui. Iam ex horum aliquo exemplo expressum videtur Putschianum, emendatis tamen aut certe mutatis nonnullis locis. Mirabar autem nullum plane Putschio usum factum exempli, quod ante eum non modo Gothofredus ediderat, sed quem is præter paucissimas diversitates seu potius aberrationes secutus est, *Ge. Fabricius*, in editis a se *Grammaticorum veterum de proprietate et differentiis sermonis Latini libellis.* Lips. 1569. 8vo. Vides igitur nonnisi duo revera esse exempla, Parrhasianum et Fabricianum, quæ sola fortasse memorari debebant, nisi ob aliquas tamen illas, quas dixi, ceterorum diversitates, satius visum esset in tam exiguo libello nihil omittere, et ne minutiora quidem negligere. Ita his notis, Parrh. Bad. Putsch. Mai. et Fabr. G.,

Præda victos spoliat. Rapina subito venit. Itaque illa victoria gaudet, hæc petulantia.

Cur simpliciter percontatur. Quare causam rationemque desiderat.

Qui deliquit, non fecit quod facere debuit. Qui peccavit, hoc fecit, sed parum recte.

Remedium ne periclitemur datur. Medicamentum ad subita pericula aptatur. Atque ita Remedium submovet imminentia: Medicamentum sanat insana. *)

Flumen idem fluit et manet. Fluvius temporibus siccatur.

Corinthium civem dicemus: **) Corinthiacum vas: Corinthiensem fontem. ***)

Roseum per se: Rosaceum mixtum.

Fusco album opponitur: Nigro candidum.

Qui Pugnat, resistit: qui Oppugnat, obsessor est: qui Impugnat, per omnia inimicus est. Itaque Pugnat exercitus: Oppugnantur vel castra vel urbes: Impugnantur inimici.

Album natura fit: Candidum cura.

Decus honoris: Decor formæ: Decorum actionis. ****)

singulas illas quæ mihi ad manum fuerunt, editiones indicabo, ubicunque autem quattuor illi, quod fere fit, conspirant, hoc utar compendio: Parrh. — Mai. Illud etiam lectorem non celabo, supplementa me illa quæ non pauca in Fabriciano exemplo comparent, aliquamdiu pro correctionibus quibusdam et additamentis habuisse; nequedum hac de re mihi plane constare. Non desunt tamen vestigia, quæ e codice quodam Fabricium certe sua hausisse prodant. Ita, cum hæc sit grammaticorum omnium fere librorum fortuna, ut statim post primum auctorem sua alii illis inferciant, hic quidem tanquam aliena notare ea non attinebat, quorum fontes, ubique notatos, prudens lector, sicubi tanti erit, examinabit ipse. In omnibus denique præter Gothofredianum exemplis cuique paragrapho *lemma* præfixum est in hunc modum: *Inter ultionem et vindictam.* — *Cur et quare.* — et sic deinceps, omisso *inter*, modo per accusativum modo per nominativum. Quæ quamvis profecta ab ipsius Frontonis manu fuerint, tamen ut plane supervacua, præeunte Gothofredo, omisimus *B.*

*) Fabr. G. *non sana.*

**) Fabr. G. *dicimus.*

***) Postrema duo verba desunt in Parrh. Bad. Putsch. Mai. Vid. Plaut. Aul. 3, 6, 23. *B.*

****) Postrema duo verba desunt in Parrh. — Mai.

Pompei porticus, si possidet: Pompeia, si publicavit: Pompeiana, si in alterius dominationem venit.

Satiatus ventris: Saturatus animi.

Obiurgat eum, cuius habet potestatem. Monet, propter benevolentiam. Admonet, ut confirmet memoriam. Submonet, ut possit ordinate pronuntiare. Igitur in Obiurgante potestas: in Monente benevolentia: in Admonente memoria: in Submonente officium.

Antiquum est, quod excessit patrum memoriam. Vetus annorum multorum sentit utilitatem. Vinum hoc melius est, quo fit Vetustius. *)

Sartrix, quæ sarcit: Sarcinatrix, quæ sarcinas servat.

Videmus natura: Spectamus voluntate: Intuemur cura: Aspicimus ex improviso: Animadvertimus animo: Cernimus oculis. **)

Ostentum, quod præter consuetudinem offertur, ut puta si videatur terra ardere, vel cælum, vel mare. Portentum quod porro et diutius manet, futurumque postmodum aliquid significat. Monstrum est contra naturam, ut est ***) Minotaurus. Prodigium, quod mores faciunt, per quod detrimentum expectatur. Itaque qui Prodigia faciunt Prodigi vocantur. In Ostento raritas admirationem facit. In Monstro rectus ordo naturæ vertitur. ****) In Portento differtur eventus. In Prodigio detrimentum significatur.

Angustus locus facit Turbam. *****) Frequentiam multitudo.

Qui Putant, omni genere errant. Qui Suspicantur, aliquo modo ******) prævident.

Frater aut ex alia matre, aut ex alio patre potest esse. Germanus ex iisdem parentibus sit necesse est.

Sermo omnium gentium est. Loquela cuiusque gentis propria dialectus. *******)

Comes iter facit. Assecla sequitur potentiorem. Sodalis adolescentiæ nomen est. ********) Cliens

*) Parrh. Bad. *vetustum.*

**) Parrh.—Mai. *Animadvertimus et Cernimus animo.*

***) Parrh *id est.*

****) Parrh.—Mai. *vincitur.*

*****) G. solus hoc ordine: *T. a. l. f.*

******) Parrh.—Mai. *aliquid praevident.*

*******) Fabr. G. *d. p.*

********) Mira definitio, cui tamen inest notio græci συνηβᾶν. *B.*

implorat opem et fidem. Ita Comes tutus, Assecla officiosus, Sodalis amicus, Cliens summissus.

Causa docet factum. Ratio solvit obscura.

Nomen proprium indicat. Vocabulum diffundit significationem.

Horret corpus. Trepidat motus animi.

Quærimus disciplinam. Inquirimus, de quo dubitamus. Desideramus, vel quod diligimus, vel quod amisimus.

Temerarius, qui sine respectu salutis obiicit se periculis. Audax sine ratione impetum facit. Ergo Audax non providet, *) Temerarius non timet.

Longum præverbium **) est, itaque verbum illi apponitur. ***) Longinquum itineris est.

Felix ita natus est. Fortunatus cum opibus nomen accipit. Ita Felix naturæ bono fruitur: Fortunatus commodo temporis.

Aestas est pars anni: Aestus calor temporis. Aestus à nimio calore nomen accepit: ****) Aestas nomen non amittet etiamsi temperata est.

Citius præverbium qualitatis prælativæ simile cognominis pro maturum est *****) etiam significantiam habens, ut iam fessi ante tempus re facta, ut loquatur non ostendit qualitatis sed temporis, at Celeritas sui temporis est perfecta.

Simul locum demonstrat: Una congregationem.

Comminus . . . Eminus de iaculis; ******) quod illud a manibus non recedit; hoc e manibus emittitur.

*) Sola Mai. *praevidet.*

**) G. hic et alibi male *proverbium. B.*

***) Fabr. G. *opponitur.*

****) Fabr G. *accipit*, et mox *amittit.*

*****) *Cognomini. Pro maturius est*, sic Fabr. G. sed addito apud illum corruptionis signo. Mox iidem: *Ut iam fessi ante tempus Citius, ut loquantur: non ostensio qualitatis nec certi temporis: at Celeritas sui temporis est perfecta.* Maii scriptura est in Parrh. et qui hanc sequuntur; nisi quod in Parrh legitur *refacta*, in Bad et Putsch. *refata.* Suum *re facta* ex Ed. Ven. 1522. sumpsisse se ait Maius. Nos in his nihil videmus. *B.*

******) Parrh. *Cominus*: *Iaculis* Bad. *Comminus . . . iaculis* interiecto aliquot vocum spatio. Fabr. G. *Cominus et eminus de iaculis.* Putsch: Mai *Comminus et eminus a iaculis* Apparet in scriptura Parrh. aberratum esse à simili voce in similem, et sic intercidisse *gladiorum* mentionem. *B.*

Parsi semel: Peperci sæpius.

Dicimus quod volumus. Loquimur invicem. Narramus quod ignoratur.

Vultus proprie hominis: Os omnium: Facies plurium. *)

Memoriosus habet ad dicta factaque referenda memoriam. Memor beneficii memoriam vel iniuriæ refert. Ita Memoriose qui facit, ostendit in omni re naturæ bonum: Memoriter, gratum vel fortem ex eo ostendit, quod vel retribuit beneficium grate, aut iniuriam vindicat fortiter.

Ordinatio simplex est: Dispositio vaga. **)

Consideratius præverbium ex cognomine. Considerantius ex participio.

Dedicatur Deo: Consecratur quasi sanctum constituitur: hoc est Dedicatur Deo quod illi debetur: ***) Consecratur quod profanum sit.

Quatenus, qua fini: ****) Quatinus, quoniam.

Voluntas facto gaudet: Voluptas fieri cupit.

Novissimum ordinis: Ultimum orbis.

Furtim, cum incipit. Furaciter, quasi artificiose a consuetudine involandi. Furtive, iam quod *****) ablatum. Ergo Furtim Furaciter furax, Furtive locus facit.

Imum summo respondet. Infimum, ut infra humum.

Commodat mutuam pecuniam. Accommodat, aptat.

Fulget natura, ut ignis, sol. Splendet artificio******), ut aurum, argentum.

Meret pretium: Meretur gratiam. Itaque illud vectigale, hoc honorarium *******) est.

Pedale mensura est pedis. Pedule vero sub pedibus præstat utilitatem.

Araneum, quod textum est: Aranea, quæ texit.

Opinio hominem suspectum facit. Fama vel commendat, vel destruit. Rumor indicat:********) Opinio ostendit: Fama iudicat: Rumor tumultuatur.

*) Duo postrema verba omittunt Parrh. — Mai.

**) An *varia*? *B.*

***) *q. i. d.* additum e Fabr. G.

****) Fabr. G. *fine.*

*****) Fabr. G. *quod iam.* Scr. *quom iam.* In sqq. Fabr. G. inserunt *et* post *furtim.* Sed postrema vix sana. *B.*

******) *Artificio* add. e Fabr. G.

*******) Parrh. — Mai. *honoratum.*

********) *R. i.* om. in Fabr. G. sed addita apud Fabr. lacunæ nota. Mox iidem perperam *indicat.* *B.*

Querimonia certæ rei est. Querela supervacua est. Itaque prior gravitatis; posterior levitatis est.

Transfuga suos reliquit, *) et ad alios venit. Perfuga supplex est. Ergo Transfuga ut adiuvetur. **)

Hunc et Istum in proximo notant. Illum ostendit quidem longe stantem, sed in conspectu. Eum, absentem refert.

Glorius unius est gloriæ. Gloriator, non habet causam gloriandi, sed tamen gloriatur. Gloriosus pluribus de causis esse cogitur. ***)

Adrogat aliquid sibi etiamsi non meruit. Abrogat, qui alii aufert, vel qui legem tollit.

Continue assidue. ****) Continuate sine intermissione.

Externus est exteræ gentis. Alienus non loco, sed re differt. *****) Extraneus qui extra eandem ianuam est. Extrarius qui extra eandem aream.

Lucidum est quod aperto cælo lumen accipit. Luminosum quod multis foraminibus illuminatur.

Expertus est aliquid, aut in bona parte, aut in mala. Experrectus de somno.

Delubrum, in quo homines pericula sua deluunt; †) ponunt enim vel pilum, ††) vel scutum, vel alia plura †††) suscepta votis. Sacellum, parvulum ædificium diis consecratum. Templum, in loco augurato. Lucus, locus fulmine ictus, et arborum spissitate tectus. Fanum Fauno consecratum; unde Fauni appellabantur prius et illi qui vagabantur fanatici. Bidental, locus fulmine tactus et expiatus ove, bidentes enim oves appellantur.

Interficere et Perimere prisca sunt. Occidere ob cædem dictum est: Iugulare, ob iugulum: Necare, a nece: Interficere, a facto: Perimere, ab emptione, quasi iure tollere. ††††)

*) Fabr. G. *relinquit.*

**) Fabr. G. addunt *fit perfuga*, quæ manifesta sed mala est correctio. Fuisse puto: *Transfuga venit ut adiuvet, Perfuga ut adiuvetur. B.*

***) Fabr. G. om. *esse.* Leg. censeo *extollitur. B.*

****) Parrh. — Mai. pro *assidue* dant *facimus.* In quo latet fortasse aliud quid. *B.*

*****) Parrh. — Mai. *nullo loco — differunt.*

†) Fabr. G. *diluunt.*

††) Iidem *pileum.*

†††) Om. iidem.

††††) Postrema hæc *Perimere—tollere* add. e Fabr. G. *B.*

Virtus hominis summum bonum est, quæ et *) in oratione et in cursu potest videri. Fortitudo, vis corporis ad sustinendos labores. Vigor animi habet elationem. Velocitas, corporalis celeritas, quasi velox et cita. Vehementia, a vi et **) impetu mentis.

Facultas locupletis, Facilitas artificis est. Itaque dives Facultatem habet multa ***) vel emendi vel redimendi: artifex opera perficiendi facilitatem.

Silet, cuius loquentis sermo comprimitur, ab ipsa significatione litteræ S. Tacet, qui ne ****) loqui quidem cœpit.

Ignoscit, qui dissimulat se nosse quod comperit, et ita silentio peccata impunita dimittit. *****) Concedit, qui omnia peccata condonat.

Habere potest etiam fur et †) nequam. Possidet nemo, nisi qui aut ††) relictæ, aut donatæ rei, aut emptæ dominus est. Ita in Habente onus: in Possidente ius est.

Munus, quod amicus, vel cliens, vel libertus officii causa mittunt, vel Munus gladiatorium. Donum, quod Diis datur: inde ubi dona ponuntur donarium appellatur. Possunt et illa nihilominus Dona dici, quæ donant pauperibus divites vel potentes. Illud quoque Donum putandum est, quod militibus donatur in castris, ut vallaris corona. †††)

Noxa pœna est: Noxia culpa.

Sciens, qui scit. Scitus qui scitur, vel festivus.

Animantia animus facit. Animalia animam habent.

Visum semel: Visitatum sæpius scito esse. ††††)

Abspulsus est ab aliquo †††††) pulsus. Repulsus, retropulsus.

Metus motus est animi: Timor quasi ††††††) tumor: Formido fert interdum rationem: Pavor puerilis est.

*) *Et* add. ex iisd. hic et mox ante *cita*. Ibi enim in Parrh. Bad. legitur *velocita*; in Putsch. Mai. *veloxcita*.

**) Pro *et* Fabr G. *id est*.

***) Fabr. G. *multam*.

****) Parrh. — Mai. *neç*.

*****) Parrh. — Mai. *fecerit*.

†) *Et* ins. e Fabr. G.

††) Putsch. Mai. inserunt *testamento*, qua voce recte carent ceteri in eo tantum diversi, quod vocem *rei* Fabr. G. inserunt statim post *qui*. *B*.

†††) Fabr G. *c. v.*

††††) Fabr. G *e. s.*

†††††) Parrh. — Mai. *a quo*.

††††††) Ins. e. Fabr. G.

Reperimus nostra. Invenimus aliena.

Videte, imperat. Videtote, mandat. *)

Proprium, cuiusque suum **). Privatum, non publicum.

Onus vehiculorum et maius est: Sarcina hominum.

Sumimus quæ posita sunt. Accipimus quæ porriguntur.

Locuples a copia locorum. Dives, quia dividendi facultatem habet. Opulentus, ab opibus. Potens, qui quod vult potest. Fortunatus, cui forte aliquid contingit. Beatus ***) qui apud Græcos μακάριος est. Pecuniosus, qui habet pecuniam vel pecora.

Grande, ****) incremento: Magnum, amplitudine: Immane, præcipuæ amplitudinis.

Poetice est rei, ut historice. Poesis operum contextus. Poema certis pedibus et legitimis numeris *****) inclusa materia. Poeticum in poeta utile est.

Homonymia una voce multa significat. Synonymia multis vocibus idem testatur.

Clupeum armorum. Clypeum imaginis.

Parvum in tempore. Breve, in spacio. Exiguum, in corpore infantis. Pusillum, in corpore pumilionis.

Involat, qui in die venit. Subripit, clam, id est furtive.

Species divisio est generis. Specialitas ficta est ab Antonio grammatico. †) Specietas, qualitatis.

Præverbium est euphemon. ††) Adverbium et vitiosum et fictum est; tamen in usum nunc est receptum.

Compendium undique †††) ad pondus pertinet.

*) Fabr. G. *imperativum — mandativum.*

**) Parrh. — Mai. *proprium.*

***) Parrh. — Mai. ins. *vero.*

****) Parrh. *Grandem;* et sic in lemmate omnes. Mox Bad. — Mai. *in amplitudine.*

*****) Vox *numeris* ins. e Fabr. G.

†) Antonium Gniphonem agnovit Fabricius: de Antonio Iuliano cogitavit Maius. *B.*

††) Parrh. *eufimion.* Bad. *euphemion.* Fabr. G. *euphonon.* Mox prius *et* cum verbo *est* om. Fabr. G. *In usu* Parrh. — Mai.

†††) Fabr. G. *utique.* Sed vid. nostrum infra etiam præpositionem *com* adverbio *undique* explicantem, et cf. Varronis definitionem, 4, 36. *Dispendium ideo quod in dispendendo solet minus fieri, quod cum compenditur una*

Dispendium detexitur *) in ponderibus. Damnum dat omnibus. Detrimentum, usu tritum. Iactura, quod iacitur ex onere navis.

Aeger animo: Aegrotus corpore.

Altitudo **) incrementum est corporis. Alimentum incrementum infantis. Alimonia derivativum ab alendo, quasi particula animi.

Aequalis alterius staturæ par. Aequabile, quod æquari potest.

Inscius aliquid nescit. Nescius nil novit. Alter in parte errat; alter in toto.

Glacies est quæ ex coitu aquæ constagnat. Nix ventorum ritu cadit.

Contrarium negotium. Adversarius homo.

Gallus natione: Gallicus ex Gallia.

Acuere et Exacuere, præpositione distinguuntur.

Incertum nec tempus nec numerum recipit. Dubium a duobus incipit.

Ambulare incipiunt infantes. Inambulant homines.

Modulari est carminis modos facere. ***) Moderari est modum imponere.

Barbara locutio proprie peregrina est. Barbarismos fit etiam in latini sermonis ****) locutione.

Cadit etiam in plano. Decidit ex alto.

Subsidium quod subest deficientibus. Præsidium imponitur. Auxilium repentinum est. Ita Subsidium ad secundos casus præparatur. Præsidium ad custo-

fit. Hoc igitur videtur dicere Fronto, compendium esse velut massam, in qua omnia undique ad plenum pondus efficiendum pertineant. *B.*

*) *F. deteritur. H.*

**) Parrh. *altitudo* in textu et in lemmate, et sic G. etiam et Maius. Possis tueri hanc scripturam, ut Fronto altitudinem revera ab alendo derivarit; quod ut probabilius fiat pro *corporis* suadere possis *arboris*, ut exemplum, quod alibi quoque facit noster, finitioni intexuerit Præferendam tamen duco alteram scripturam. Nam minus usitatas formas haud raro explicat in hoc libro Fronto; hanc autem non analogia tantum vocum *habitudo*, *consuetudo*, sed glossæ etiam græco-latinæ tuentur, in quibus est τροφὴ *alitudo*. In extremis ineptissimas, ut solet, etymologias captavit Fronto, dum in terminatione *monia animum* agnoscit, sicut græcam μεταμώνιος ab ἀνίημι derivatum est, de sensu ille quidem plane securus. *B.*

***) Parrh. — Mai. *M. est carmen.*

****) Fabr. G. *s. l.*

diam collocatur: Auxilium, ut prosit, ex insperato venit.

Distrahere a trahendo. Diducere *) a ducendo. Divellere a vellendo.

Corruptela ipsa res est: Corruptio corrumpentis administratio.

Cærulus naturæ color est. Cæruleus naturam fingit. Ita alterum est; alterum fit.

Qui Properat apparet non esse fessum. **) Qui Festinat, videtur esse defatigatus.

Polimus rudia. Novamus vetera.

Nobilem nobilitate rerum. Generosus qui Græce εὐγενὴς ***) appellatur. Ita alter ex re; alter ex cognatione ****) est.

Natio solum patrium quærit: Gens seriem maiorum.

Præparare prius: Comparare, undique parare.

Gutta manet: †) Stilla cadit.

Convenit in unum: Coit in multos. ††)

Causa est de qua agitur: Patrocinium quod accommodatur: Oratio quæ loquitur.

Superbia est a superhabendo. Arrogantia etiam in pauperem cadit.

Scrutatur in te ille qui intercipit aliqua secreta. Quærere duo significat, vel quod abest, vel quod ad patrimonium pertinet.

Innuit vel capite, vel supercilio. Annuit ad †††) quod dictum, vel factum est. ††††)

Gnatus filius: Natus pullus. †††††)

*) Perperam omnes *deducere*. *B.*

**) Ita emendata solus Putschius. Nam Fabr. G. *fessus*, contra latini sermonis indolem. Parrh. Bad. *paret — fessus* quod in Ven. 1522 etiam, ut videtur, inventum, Maius, nescio quo sensu, recepit. *B.*

***) Ita Parrh. et ita Mai. recte ex Ven. ut videtur. Nam Putsch. Fabr. G. γενναῖος. In Bad. pro græca voce hic et supra lacuna est relicta. *B.*

****) Fabr. G. *generatione.*

†) Fabr. G. *manat.*

††) Vox *multos* deest in Parrh. Bad. Putsch. ut Maius videatur tacite e Ven. adoptasse: est autem in Fabr. quoque et G. *B.*

†††) Fabr. G ins. *id.*

††††) De verbis *factum est* idem dictum puta quod supra de voce *multos*. *B.*

†††††) Non negat *natum* de homine dici, sed *gnatum* de animali, hoc negat. *B.*

Qui Insimulat, vel arguit vel fingit. Qui Simulat, probare vult quod non est.

Bellum etiam sine prælio est, cum indicitur. Prælium ipsa pugna.

Diligentia a diligendo *) singula: huic negligentia opponitur: nec recipit errorem. Cura animi est, quæ anxium facit hominem; et tam honestæ quam inhonestæ rei est.

Regium, quod regis. Regale quod rege dignum est.

Erraticus et potest errare et solet. Erraticius **) animus est qui solet errare et desinit: erratio enim animi est repentina commotio.

Error est rei vitium, ut amor, dolor. Erratio incertæ viæ.

Erratrix per se rapta est, ut venatrix: Erratica, ut ***) hedera, vitis.

Notat vel locum quis, vel personam, vel noxiam. Adnotat, qui notæ quid adiicit.

Salubre ad locum refertur et ad cibum. Salutare consilium est. Ita Salubre non nocet: Salutare prodest consilio.

Committimus consilia. Credimus pecuniam.

Sub nonnunquam pro clam ponitur, ut subripuit, clam rapuit; aut fere notat aliquid subditum. In aut intus significat, aut nimis, †) aut valde, et interdum ††) pro non ponitur, ut indoctus.

Claritas tam luminis quam perspicuitatis. Claritudo generis. Prior itaque splendoris: posterior nobilitatis est.

Vicinia vicorum coniunctio. Vicinitas hominum conversatio est.

Communitas est communicandi voluntas: Communio undique munitio.

Fultio, dum fit. Fultura, cum facta est.

Ieiunium dies est: Ieiunitas, cibi abstinentia.

Elinguis habet linguam sed usu eius caret. Elinguatus amisit.

Suspicax arguit. Suspiciosus recipit.

Restiarius qui facit. Restio qui vendit.

*) G. *deligendo.*

**) G. *errativus.*

***) Insertum e Fabr. G.

†) Sic Parrh. Bad. et Ven. unde enotavit Maius, qui cum ceteris *minus*. B.

††) Fabr. G. *et in compositione*; quasi vero quæ præcedunt non sint de compositione dicta. Ex iisdem tamen addidimus in fine: *ut indoctus*. B.

Austerus Græca consuetudine. Severus a sævo.

Eloquentia perfecta vis orationis. Eloquium pars supposita commode eloquendi.

Servitus est sub domino. Servi patientia Servitium facit.

Vituperatio vitium parat *) Culpatio a culpa incipit.

Nominatio nominat quem appellat. Appellatio appellantis vox est in ministerio; et Appellat, vel a potentiore **) propter iniuriam, ut invocat auxilium magistratus; vel cum pecuniam reposcit.

Tris ***) in accusativo casu: Tres in nominativo et vocativo.

Necessitudo vel sanguinis, vel meritorum cum præceptoribus, cum amicis. Necessitas immutabilis res est, ut mori necessitatis †) est.

Serum ad negotium pertinet. Sero ad tempus.

Decus est instrumentum cuiusque. Gloria quasi honoris merces.

Honor dignitatis consummatio vel privatim, vel publice. Laus secunda existimatio recte factorum.

Familiare ad dominum non refertur, cum amici familiares sint. Familiarium, ††) quod servo competit, ut sagum, gladium. †††)

Infector colorem mutat. Offector officio obest.

Certum recipit præpositionem et fit incertum; Certum ††††) vel pondus vel rei pretium. Verum opponitur falso.

Figura artis est opus. Forma naturæ bonum, unde etiam formosus dicitur.

*) Sic Parrh. Reliqui omnes *parit*. Cf. Donat. ad Ter. Andr. prol. 15. *B.*

**) Fabr G. *ad potentiorem* omisso *vel*. Iidem mox *ut cum invocat*. Ego certe posterius *cum* ante *pecuniam* deletum velim. *B.*

***) Sic Parrh. Bad. Reliqui *Treis*.

†) G. per sphalma *necessitas*.

††) Hæc sola forma (præter illam *familiaris*) legitime a *familia* videtur derivata. Nam quod in lexicis prostat *familiaricus*, contra eum quem habere debet sensum a *familiaribus* tantum posset duci. Quare ex nostro loco et ex var. lect. ad Dig. 34, 2, 23. (24) *familiaria* rescribendum videtur non modo ibi, sed etiam ap. Vitr. 6, 10. (Schn. 6, 7, 2.) Nam apud Varr. R. R. 1, 13. unam valere scripturam *familiares*, nemo hodie dubitat. *B.*

†††) Fabr. G. *gladius*.

††††) Fabr. G. *certumque*.

Ignominia imponitur ab eo, qui potest animadversione notare. Infamia ex multorum sermone nascitur.

Nullus est tam in re quam in persona. Nemo in persona dicitur, id est *) nemo homo.

Iratus ex offensa est. Iracundus natura.

Periculum contra quamvis rem timetur, Pernicies contra necem. **)

Omnes nullum excipit, ut omnes homines; ita et res. Cuncti ***) in personarum numero nominantur, prisco dicti verbo. Universi, in unam sententiam conversi dicendi quid, sive faciendi.

Feroces animo. Feri leones, ceterique similes.

Aufert qui dedit. Adimit imperio coactus. Eripit qui plus valet. Itaque Auferre possumus: Adimere iubemur: Eripere valemus.

Studium animi est, Disciplina artis.

Inchoat, qui incertum facit. Incipit, cuius exitum sperat.

Bonus opponitur malo quam aliis ****) usu. Commodus aliis necessario utique prodest.

Decens in gestu est et motu corporis. Formosus ab excellenti specie dicitur.

Decor communis est omnium; is †) facit decentiam speciei. Species propria est cuiusque. Itaque Decor in habitu est: Species in membris.

Lis nascitur: pertinacia efficit Controversiam. Et litigant ††) homines: res in Controversiam deducitur. Ita Controversia partis: Lis summæ.

Rixa sine armis est, et habet defensionem. Pugna legem habet, vel naturalem, vel moralem; aut enim palæstrans †††) exhibet virtutem, vel armis per summa vitæ pericula dimicat.

*) Pro *id est* Fabr. G. *ut*. Mihi videtur scriptum fuisse *id est ne homo*. *B*.

**) Sic Fabr. G. Nam Parrh. — Mai. lacunose: *Periculum contra necem timetur Pernicies*. *B*.

***) Parrh. — Mai. inserunt *itaque*.

****) Fabr. *qui aliis*. G. *qui alii*. Locus corruptus, in quo hic latere videtur sensus: *quamvis nullo sit alii usu*. *B*.

†) Fabr. G. *et is*.

††) Putsch. Mai. *ut litigent*, e mala, ut videtur, coniectura. Mox post *partis* Fabr. G. ins. *esto*. *B*.

†††) Fabr. G. *palaestrans enim vel exhibet*.

Occulte latent. Clam celant. Alteri non prodere: alteri celare naturali habitu *) inest.

Navus a præcipuo navis cursu dicitur; vel alterius causa natus, qui **) studet per officium suum. Et recipit comparationem superlationemque, quia cognomen est. Ita Navus operam navat alteri: Celer ut suam rem, ita alterius quoque celeriter perficit.

Agilem actio facit: Strenuum motus: Fortem animus: Robustum corpus. ***)

Contumeliam inferunt, Iniuriam patiuntur. ****)

Spectacula loca sunt, unde spectamus: Spectamenta, quæ spectantur.

Pascentia sunt, quæ ex se pascuntur, †) ut prata; et Pascentia mancipia quia pascuntur, ideo etiam Pastores vocantur. Pabulantia vero quæ iis utuntur, ut iumenta.

Volventia quæ volvunt: Volubilia quæ volvuntur.

Animus qualitas viventis. Anima causa vitæ.

Materies animi est: Materia arboris. Et Materies qualitas ingenii: Materia fabris apta.

Hebescit, quod natura obstupescit. Hebetescit, quod amittit aciem.

Da et cedo. ††) Cedo sibi poscit, et est immobile. Dat, qui non finite †††) facit datum.

Fidelis fit. Fidus nascitur. ††††)

Laus facti instrumentum est. †††††) Laudatio vero est rerum gestarum relatio.

Fere futurum significat. Aliquando et Nonnunquam, quod intermittere non patitur.

*) Fabr. G. *habitui naturali.*

**) L. *cui.* Mox excidisse quædam videntur post vocem *suum.* *B.*

***) Pro postremis quattuor verbis Parrh. — Mai. *Fortem corpus.*

****) Fabr. G. add. *homines.*

†) Hic et mox scribendum *pascunt.* *B.*

††) Hoc unum lemma relinquendum visum est. *B.*

†††) Fabr. G. *finire.*

††††) Parrh. Bad. Putsch. duo postrema verba omittunt cum lacunæ signo. Mai. *Fidus exstat*, nesciebam unde. Nostrum e Fabr. G. *B.*

†††††) An *facti unius mentio est*? *B.*

Aptum loco venit et tempore, quod habet suam materiam. Utile *) fecit, uti prudentis litteræ. Idoneum, ut amicum per consilia dicimus, ut servum in usu hominis.

Saxum naturale. Lapis qui ex saxo cæsus est.

Certatio est administrantium. Certamen operis.

Victima maior est. Hostia minor.

*) Fabr. G ins. *usus*, quod reponerem, si de præcedentibus, *quod materiam*, mihi constaret. Mox ante *ut servum* Fabr. G. inserunt *et*. *B*.

Tabula

qua comparantur paginae Editionis Mediolanensis et nostrae Berolinensis.

Ed. Mediol.	Ed. Berolin.
p. 1. 2.	p. 5.
p. 3—5.	p. 4—5. v. 25.
p. 6—8.	p. 5. v. 26.—7. v. 25.
p. 9—10.	p. 7. v. 25.—9. v. 8.
p. 11—14.	p. 9. v. 9.—11. v. 21.
p. 15—17.	p. 11. v. 22.—12.
p. 18—20.	p. 41. 42.
p. 21—23.	p. 43—45. v. 5.
p. 24—27. v. 5.	p. 45. v. 5.—47. v. 6.
p. 27. v. 6—30. v. 8.	p. 15—15.
p. 30. v. 9—32.	p. 181—183. v. 4.
p. 33—35.	p. 52. 53.
p. 36—38.	p. 54.—55. v. 7.
p. 39—41. v. 6.	p. 55. v. 8.-57. v. 3.
p. 41. v. 6. —43.	p. 18—21. v. 11.
p 44. 45.	p. 21. v. 12.—22. v. 21.
p. 46—48.	p. 22. v. 21.—24. v. 10.
p. 49—50. v. 4.	p. 100.
p. 50. v. 5—51. v. 16.	p. 98. v. 7.—99. v. 3.
p. 51. v. 17—53. v. 6.	p. 97—98. v. 6.
p. 53. v. 7.—f.	p. 24. v. 11—25.
p. 54—56.	p. 26—28. v. 5.
p. 57—59.	p. 28. v. 5.—30. v. 6.
p. 60. 61.	p. 30. v. 6.—31. v. 14.
p. 62. 63.	p. 31. v. 15.—32. v. 19.
p. 64—66.	p. 32. v. 20.—34. v. 7.
p. 67—70.	p. 47. v. 7.—49. f.
p 71.	p. 63. v. 11.—f.
p. 72. 73.	p. 65. v. 26.—66. v. 23.
p. 74—76.	p. 66. v. 24.—68. v. 13.
p. 77—79. v 5.	p. 68. v. 14.—89.
p. 79. v. 6.—82. f.	p. 61. v. 22. 63. v. 10.
p. 83 84.	p. 174. v. 12.—175. v 6.
p. 85. 86.	p. 155.-156. v. 11.
p. 87—89. v. 8.	p. 156. v. 12.—158. v. 11.
p. 89. v. 9.—90. f.	p. 164.-165. v. 23.
p. 92.—93 v. 15.	p. 165. v. 24.—166.
p. 93. v. 16.—96. v. 6.	p. 158. v. 12.—160. v. 12.

Ed. Mediol.	Ed. Berolin.
p. 96.v.7.—98.v. 10.	p.171.-172.v.10.
p. 98. v. 11. — 100.v.7.	p.175.v.7.—176.
p.100.v.8.—103. v. 3.	p. 50. 51.
p.103. v. 4. — 104.	p. 16. 17.
p.105—109.v.5.	p.161. v. 14. — 163.
p.109.v.6.—113. v. 4.	p.172. v. 11. — 174.v.11.
p.113.v.5.—115. v. 8.	p.160. v. 13. — 161.v.23.
p.115.v.9.—117. v. 9.	p.167.—168. v. 21.
p.117.v.9.—119. v. 2.	p.177. 178.
p.119.v.3.--121. v. 14.	p. 83.—84.v.26.
p.121. v. 15.— 122. f.	p.168. v. 22. — 169.v.11.
p.123—126.	p.179. 180.
p.127—130.	p.186—189.v.2.
p.131—134.	p.18[illegible].v.3.—192. v. 6.
p.135—137.v.4.	p.192.v.7.—193. v. 16.
p.137.v.5.—140. v. 3.	p.183.v.5.—184.
p.140.v.4.—142.	p.193. v. 16.— 195. v. 7.
p.143—145.	p.195.v.8.—197. v. 11.
p.146. 147.	p.197. v. 12. — 199.v.7.
p.148—151.	p.199. v. 8. — 201.v.3.
p.152. 153.	p.201. v. 3. — 202.v.4.
p.154. 155.	p.204. v. 3. — 205.v.14.
p.156—158.	p.205. v. 15. — 207.v.11.
p.159. 160.	p.207. v. 11. — 208.
p.161. 162.	p.209.
p.163—165.	p.210. 211.
p.166—168.	p.212—214.v.6.
p.169—172.	p.214.v.6.-215.f.
p.173—175.	p.132.-133.v.15.
p.176—178.	p.133. v. 15.— 135. v. 19.
p.179—181.	p.135. v. 19. — 138. v. 1.
p.182—185.	p.138. v. 1. — 139. v. 11.
p.186—188.	p.139. v. 11.— 141. v. 10.
p.189. 190.	p.141. v. 10.— 142. v. 22.
p.191—193.	p.142. v. 22.— 143.
p.194—196.v.8.	p.116.v.4.—117. v. 11.
p.196.v.9.—198.	p.144.
p.199. 200.	p.145—146.v.8.
p.201. 202.	p.146.v.9.—147. v. 6.
p.203.—205.	p.147.v.6.—148. v. 12.
p.206.—208.	p.148. v. 12.— 150. v. 5.
p.209.—211.	p.150.v.3.—151. v. 7.
p.212—214.	p.151.v.7.—151.
p.215—217.	p. 84.v.27.—85.
p.218—221.v.4.	p. 86 — 87. v. 7.
p.221.v.5.—223.	p. 76—77. v.17.
p.224-227.v.10.	p. 77.v.17.—79. v. 15.
p.227. v. 11. — 230. v. 2.	p. 89.v.3. — 90. v. 13.
p.230.v.3.—233. v. 2.	p.120. v. 10.— 121. v. 19.
p.233.v.3.—234.	p. 79.v.15.—80.
p.235 — 236. v. 15.	p. 81. 82.
p.236. v. 16. — 238. v. 7.	p. 90.v.15.—91.
p.238.v.8.—242.	p. 93.v.18.—95.
p.243—245.	p.122.v.5.—124. v. 1.
p.246—248.	p.124.v.1.—125. v. 6.
p.249—252.	p.125.v.6.—127. v. 9.
p.253—255.v.12.	p. 87.v.9.— 89. v. 2.
p.255. v. 12. — 257. v. 7.	p.119.v.6.—120. v. 9.

Ed. Mediol.	Ed. Berolin.
p. 257. v. 7.—258. v. 5.	p. 115. v. 13.—116. v. 3.
p. 258. v. 7.—261. v. 1.	p. 92. v. 12.—93. v. 18.
p. 261. v. 1.—262. v. 4.	p. 92. v. 1.—v. 9.
p. 262. v. 4.—v. 9.	p. 121. v. 21.—122. v. 2.
p. 262. v. 9.—263. v. 16.	p. 114.-115. v. 12.
p. 263. v. 18.—265. v. 8.	p. 117. v. 12.—119. v. 2.
p. 265. v. 9.—267. v 10.	p. 127. v. 10.—129. v. 9.
p. 267. v. 12.—272.	p. 129. v. 10.-131.
p. 275—278.	p. 70.—72. v. 3.
p. 279—282.	p. 72. v. 3.—73.
p. 285—287.	p. 102.-103. v. 16.
p. 288. 289.	p. 103. v. 19.-104.
p. 290—294.	p. 202. v. 7.—204. v. 2.
p. 297—299.	p. 218.-220. v. 15.
p. 300—302.	p. 220. v. 15.—222. v. 9.
p. 303—305.	p. 222. v. 9.—224. v. 1.
p. 306—309. v. 5.	p. 224. v. 1.—226.
p. 309. v. 9.—311.	p. 169. v. 11.-170.
p. 312. 313.	p. 215. v. 22.—217. v. 12
p. 314—315. v. 9.	p. 99. v. 4.—v. 21.
p. 315. v. 10.-318.	p. 265.-267. v. 14.
p. 319—321.	p. 105. 107. v. 1.
p. 322—324.	p. 107. v. 1.—108. v. 7
p. 325—327.	p. 108. v. 8.—110. v. 8.
p. 328—330.	p. 110. v. 9.—111. v. 17.
p. 331—334.	p. 111. v. 18.-112.
p. 337—338. v. 9.	p. 240.—241. v. 9.
p. 338. v. 10.—340. v. 7.	p. 241. v. 13.—242. v. 14.
p. 340. v. 9.—343. v. 4	p. 244. v. 13.-246.
p. 343. v. 5.—v. 12.	p. 251. v. 15.—v. 22.
p. 344—346.	p. 249.—250. v. 21.
p. 347—350.	p. 247. 248.

Ed. Mediol.	Ed. Berolin.
p. 351. usque ad v. 8.	p. 250. v. 24.—251. v. 5.
p. 351. v. 10.—352. v. 7.	p. 242. v. 17.—243. v. 6.
p. 352. v. 7.—354. v. 6.	p. 243. v. 10.—244. v. 12.
p. 354. v. 8.—355. v. 2.	p. 251. v. 8.—v. 12.
p. 355. v. 2.—356.	p. 267. v. 16.-269.
p. 357—360.	p. 252. 253.
p. 361—364.	p. 254.—256. v. 4.
p. 365—368.	p. 256. v. 5.—258.
p. 369—372.	p. 259—261.
p. 373—376.	p. 262—264.
p. 380—382.	p 34—35. v. 10.
p. 384—386.	p. 35. v. 10.—36. v. 21.
p. 388—390.	p. 36. v. 22.—38. v. 5.
p. 392—394.	p. 38. v. 6.—39. v. 17.
p. 396—398.	p. 39. v. 17.—40.
p. 400—402.	p. 57. v. 5.—58. v. 14.
p. 404—40[illegible]	p. 58. v. 14.—60. v. 3.
p. 408-410. v. 13.	p. 60. v. 4.—61. v. 21.
p. 410. v. 15.-412.	p. 64.
p. 414. 416.	p. 65. usque ad v. 24.
p. 420. 422.	p. 227. 228.
p. 424.	p. 257. v. 22.-258.
p. 426. 428.	p. 229-230. v. 19.
p. 430.	p. 230. v. 19.—231. v. 4.
p. 432. 434.	p. 231. v. 6.—232. v. 20.
p. 436. 438.	p. 252. v. 21.—253. v. 28.
p. 440. 442.	p. 253. v. 29.—255 v 4.
p. 444 446.	p. 255. v. 4.—256. v. 17.
p. 448. 450.	p. 256. v. 17.—257. v. 20.
p. 464. 465.	p. 270—271.

In-

Index auctorum

qui in

Frontonianis laudantur.

Antonius (seu Gnipho, seu Iulianus) p. 279.
M. Antonini Imp. poemata p. 56. Orationes et edicta p. 114. seqq.
Apollonius Rhodius p. 126.

Caecilius (Statius) p. 48.
Caelianum excerptum p. 32.
Caesaris oratio p. 32. de analogia libri II. p. 111.
M. Cato p. 47. 49. 67. 115. 123. oratio adv. Lepidum p. 133. Origines p. 252.
Chrysippus p. 87.
M. Cicero in Oratore p. 91. oratio Maniliana p. 112. pro P. Sulla p. 205.

Dionysius Tenuior p. 94.

Q. Ennius p. 61. 105. 129. (si scriptura sincera est)
Epigramma seu Elegia de Hesiodo: num ineditum fragmentum? p. 22.

Fronto in oratione in consulatu habita p. 52. Panegyricus T. Pio dictus p. 4. 57. 97. Oratio incerti argumenti 41. 43. seqq. Oratio Bithyna p. 200. 203. Laus fumi et pulveris p. 141.

Gallicanus declamator in suasoria p. 128.

Homerus p. 20. 21. 22. 81.
Horatius Flaccus Sermonum l. II. p. 55.

Laberius p. 45. 47. 123.
Laevius p. 23
Lucanus p. 125. seqq. 128.

Naevius p. 62.
Novianae Atellaniolae p. 63.

Paterculus (scriptura dubia) p. 169.
Plato in Phaedro p. 33. 256.
Plautus in Colace p. 61. Milite p. 195. incerta fabula p. 123. 131. 135. 136.
Poëta incertus p. 126.

C. Sallustius Crispus p. 115. 128. 130. 169. 265. seqq.
Scipionis oratiunculae p. 63.
Seneca p. 123. 135.
Sergius p. 123.
Socraticorum dialogi et epistolae p. 139.
Suetonius Tranquillus p. 182.

Theodorus rhetor p. 118.
Thucydides p. 169. 174.

Index personarum.

(L.) Accius p. 92. 134.
Accrilius Plarianus p. 192.
Aderbal rex p. 169.
Aelius p. 46.
Aemilius Pius p. 197.
Aesopus (comoedus) p. 44. 87.
Alcibiades p. 76. 139.
Alexander rex p. 128.
Alexinus p. 86. 87.
Anaxagoras p. 87.
Anicetus librarius Marci p. 62.
Antisthenes p. 86.
M. Antoninus Aug. primo *M. Annius Verus*, deinde *M. Aurelius Caesar*, postremo *M. Antoninus Aug.* passim.
T. Antoninus Pius Aug. p. 1—15. passim. 45. 138.
M. Antonius IIIvir p. 241.
Antonius Aquila p. 196.
Apolaustus histrio, Augg. lib. p. 176.
Appianus p. 14. 229. seqq.
Ap. Apollonides p. 237.
Arrius Antoninus p. 212. 215. seqq.
Arsaces rex p. 169.
Asclepiodotus p. 100. 171.
Athenodotus sapiens p. 228.
(C.) Aufidius Victorinus p. 52. 56. 146. seqq. 165. 181. 191. 196. 202. 214.
Avidius Cassius p. 173. 195.
Augustus Imp. p. 83. 138.

Baburiana p. 216. 217.

Caelius Optatus p. 198.
Callistus (script. dubia) p. 208.
Calpurnius (f. *Sextius* s. *S. Calp.*) p. 175.
Castricius p. 210.
(Q.) Catulus p. 169.
Cavius (seu *Gavius*) *Maximus* p. 8. 10. 11. 215.
Censorius Niger p. 6. seqq. 10. 11.
Charilas Augg. lib. p. 188.
Chrysippus p. 86. 139.
Cleanthes p. 78.
Cornelius Repentinus Contuccius p. 211.
Cornelianus Sulpicius p. 187. 237.
Crassus ἀγέλαστος p. 90.
(M.) Crassus dives p. 241.
Crassus recentior p. 90.

Decimanus Frontonis nepos, p. 145. seqq.
Diodorus p. 86.
Diogenes p. 78.
Dionysius rhetor p. 228.
Dionysodorus p. 133.
Domitia Calvilla, mater Marci, p. 27. 32. (ubi male Maius Faustinam invexit) 56. seqq. 64. 65. 67.

Q. Ennius p. 46. 85. 92. 99. 134.
Epictetus p. 78.
Erucius Clarus p. 6.

Favorinus p. 260.
Faustina (maior) p. 5.
Faustina (minor) p. 98. 103. 104. 174. 202.
Faustinianus p. 194.
Faustus Sulla p. 135.
Filia Frontonis, Victorino nupta, p. 150. 214.
Filiae Marci p. 98. 103. 132. 144.
Filiae Veri p. 174.
Frater Frontonis p. 63. 150. 165.
Fulvianus p. 172. 173. 205.

Gavius Clarus p. 164. seqq.
C. Gracchus p. 46. 84.
Gratia Frontonis uxor p. 64. 65. 171.

Hadrianus Imp. p. 106. 137. 244.
(Ti. Claudius) Herodes (Atticus) p. 42. 100. 171. (f. 227. seqq.)
Isidorus Lysias p. 221.
Claudius Iulianus Naucellius p. 185. seqq. 193. seqq. 204.
Iunius Maximus p. 295. 206.
C. Iulius Caesar p. 83. 138.
Iulius Aquilinus p. 192.
Iulius Senex p. 12.
Lampadio p. 46.
Licinius Montanus p. 189.
Lollianus Avitus p. 189.
Lollius Urbicus p. 221.
Lucretius p. 92. 99. 134.
Marcius Turbo p. 6.
Martius Verus p. 173.
Matidia p. 98. 102—104. 203.
Q. Metellus Numidicus p. 46.
Mithridates rex 169.
Nepos Frontonis quem ipse educabat, p. 149. 171. 181. seqq.
Nepos (Cornelius) p. 46.
Niger (librarius, ut videtur. M. Antonini Aug.) p. 134.
Numa Pompilius rex p. 139. 244.
Ochas p. 133.
Pacorus rex p. 170.
Parthamasiris rex p. 248.
Passienus Rufus p. 197.
Perperna p. 130.
Petronius Mamertinus p. 199.
Plato p. 34. 86. 92.
Plautus p. 134.
Polemo p. 50. 55. 63.
Polio p. 42. 63.
Cn. Pompeius p. 112. 169.
Pompeius Faleo p. 68.
(T. Pomponius) Atticus p. 46.
(M.) Pontius Laelianus p. 178.
M. Porcius Cato p. 46. 67. 84. 92. 96. 98. 256.
Postumius Festus p. 214.
Praecilius Pompeianus p. 204.
Proculus (f. Cornelius) p. 225.
Pylades (histrio) p. 176.
Pyrallus (scr. dubia) p. 184.
Roscius (comoedus) p. 44. 86.
C. Sallustius Crispus p. 67. 92. 98. 116.
Sardius Lupus p. 199. 206.
Sardius Saturninus p. 198. 199. 205.
P. Scipio p. 46. 111.
Servilius Silanus p. 214.
Sextius (f. Sextus) Calpurnius Iulianus p. 13. 14.
Severianus p. 248.
Claudius Severus p. 186.
Socrates p. 33. 76. 78. 139.
Sohaemus rex p. 170.
Spartacus p. 90. 249.
Staberius p. 46.
Statirnius (scr. dubia) p. 194.
Stratonabias (id.) p. 184.
(Suetonius) Tranquillus p. 16.
Tasurcius (histrio) p. 86.
Theopompus p. 48.
Tiberius Imp. p. 83.
Tiro p. 46.
Titius poëta (f. *L. Accius*) p. 46.
Traianus Imp. p. 106. 137. 241. seqq. (passim)
Trebo . . . p. 130.
M. Tullius Cicero p. 84. 92. 98.
Valerianus p. 183. 184.
Valerius Antonius p. 176.
Valerius Clitianus p. 216.
Variani alumni p. 202.
Velius Rufus Senex p. 199.
L. Aurelius Verus Aug. p. 98. 104. 153. seqq. passim. 241. seqq. passim.
Vespasianus p. 83.
Viriathus p. 90. 249.
Ulpius p. 206.
Vologaesus rex p. 170.
Volumnius Quadratus p. 210. 211. Idem fortasse p. 212.
Volumnius Serenus Concordiensis p. 219. seqq.
Xenophon p. 86.
Zeno p. 78.

Index librorum Frontonianorum.

Epistolar. ad T. Pium Aug. Liber p. 3.
Epistola ad M. Annium Verum p. 16.
Epistolar. ad M. Aurelium Caesarem Liber I. p. 17.
— — — — — — — — — — — Liber II. p. 43.
Epistola ad M. Caesarem de eloquentia p. 74.
Epistolar. ad M. Antoninum Aug. lib. I. p. 96.
Epistola ad eund. de bello Parthico p. 105.
Epistolae ad eund. de Orationibus p. 113.
— — — de feriis Alsiensibus p. 132.
— — — de nepote amisso p. 145.
Epistolae ad L. Aurelium Verum Aug. p. 153.
Epistolarum ad Amicos Liber I. p. 179.
— — — Liber II. p. 209.
Ἐπιστολαί. p. 227.
Principia historiae p. 240.
Laudes fumi et pulveris p. 254.
Laudes neglegentiae p. 259.
Arion p. 262.
Fragmenta, et excerpta ex Sallustio p. 265.
Fragmenta ex variis auctoribus collecta p. 269.

De differentiis vocabulorum p. 272.

Addenda et Corrigenda.

Adducto iam prope finem opere percommode accidit quod Berolinum veniret vir perillustris, Andr. Gul. Cramerus, antecessor Kiloniensis, cuius magna de litteris nostris merita creverunt ex studio quod sanandis interpretandisque redivivis Tullianarum orationum partibus adhibuit nuper, laudes crescere vix possunt. Quo ipso labore is cognoscendi Frontonis cupidior factus, plagularum, quas illi obtuli, saltem aliquot — utinam potuisset omnes! — attente perlectas, reddidit mihi doctissimis ornatas emendationibus; atque petenti pro humanitate sua concessit ut eas libro adderem. Aliud eiusdem generis munus emendationum ad graeca Frontonis Bekkero meo debent communium studiorum sodales.

P. 21. adn. 5. Seu potius ex usu Frontonis (p. 246. l. 11.) *expergitus.*

P. 26. l. 20. (s. 3.) Pro *illo* l. *illico. Cram.*

ibid. l. 22. F. *cura mi semper*, ut II. 3, 5. *Vale mi semper. Cram.*

ibid. l. 23. L. *apstinentia omni. Cram.*

Ad libri I. ad Marcum epist. 5. emendationes dedit in programmate de Frontone, cl. Eichstadius, quibus editionem nostram carere nolumus.

P. 27. l. 19. (s. 3.) Inter verba *pedem etiam* et *pro salute* excidisse, supplendaque esse existimat Eichstadius *scribis te velle fovere, Deosque.*

ibid. l. 21. ad verba *ort . . . . commendatum*: Potest suppleri: *o parenti tuae commendatum!* Vel *o aeternitati tuae commendatum!* (cf. Symmachus epist. X. 4. et Buchnerus ad Plin. Ep. X. 50.) Vel *o per te matri commendatum! Eichst.* Sed neque matris mentioni locus est, neque servile Frontonis ingenium erat ut humiliter adulantium more ad puerum de eius aeternitate loqueretur. Quod si in tantis tenebris tentandum est aliquid, quidni fuerit: *O per te Diis commendatum?*

ibid. l. 24. Lacunosa illa *Quamquam . . . .* æ ita explet Eichstadius: *Quamquam admonent* (vel *vocant*) *Baiæ:* quia videlicet (ep. 4, 4.) de profectione ad aquas scripserat Marcus. Sed in huius epistolae fine (p. 31.) Fronto ipse se *de aquis nihildum cogitare* dicit.

P. 28. l. 8. (s. 6.) Videtur legendum: *Dies hic et ipse prope exactus est. Eichst.*

ibid. l. 12. Vocabulum *rescribere*, ut a Maio additum, Eichstadius

quoque reiicit. Tamen, nisi Mediolanensi editori fidem neges, quod profecto iniquissimum foret, pro certo habendum est extitisse olim hoc loco vocabulum aliquod, cuius residuas evanidas litteras ita sibi ille legere visus est.

ibid. l. 26. (s. 8.) Eichstadius supplet: *immo cliens est vel is satis infrequens.* Nonne vero praestaret: *immo est cliens satis infrequens?* Cramerus autem supplendo emendat: *et in comitatu est*: propter id quod mox sequitur, *neque ubique comitatur.*

P. 29. l. 6. Delet Eichst. vocabulum *certis.* Sed lenior meliorque est Heind. emendatio.

ibid. l. 27. Pro *sitae* l. *satae. Cram.*

P. 31. l. 6. (s. 18.) F. *decus, amorem, solatium. Eichst.* Certissimum tamen est non potuisse scribere Frontonem, *te, amorem meum, multum amo.*

P. 35. l. 2. Delet Bekk. γε post ποτέ ut ex altera illa huius vocabuli syllaba ortum.

ibid. l. 4. F. τοῦτο δή. *Bekk.*

ibid. ad adn. 3. εἰσθέμαι agnosci a plerisque Grammaticorum observat Bekkerus, atque Zonaram de hac voce consulere iubet.

ibid. l. 12. Delet Bekk. μέν post διψῶντιν.

ibid. l. 16. pro ἐμοιγε corr. ἔμοιγε.

ibid. l. 22. Bekk. observat οὕτω δή idem esse videri quod p. 58. l. 4. οὕτω πως — αὐτως ap. Hom.

P. 36. ad adn. 3. Id non debuisse mutari monet Bekk.

ibid. l. 17. F. καλοῦσι γοῦν *Bekk.*

P. 37. ad adn. 5. Probat Bekk. quod conieci, sed ita ut legat ἀπ' ἐρῶντος.

P. 39. l. 2. corrigit Bekk. χρεμετιζόντων. Tamen solœcum χρεμετιζομένων ab ipso Frontone profectum esse suspiceris.

ibid. ad adn. 7. Potius ἀφῖκται τὰ. *Bekk.*

ibid. ad adn. 8. L. πάνυ καὶ πάντη θεῖα. *N.*

P. 40. l. 9. F. μετασρεφόμενον. *Bekk.*

P. 46. l. 2. Pro *istæ* l. *istac. Cram.*

ibid. l. 4. seqq. Distingue: *Quid? tale — poetæ: quid? Sc. a. N.: quid? M. Tullio — Cram.*

ibid. l. 9. pro *descripti* supplerem *emendati.*

P. 47. l. 10. L. *pretium fuit. Cram.*

P. 48. l. 7. F. *me Opicum animarunt et ad. Cram.*

P. 48. l. 8. ad verba *ad græcam scripturam* excidit adnotatio Heindorfii quae sequitur: „Maius edidit *a graeca scriptura.* „Sed qui, quaeso, quis potest *a re perpelli?* Tum sententiarum tenor ipse flagitat ut legamus *ad graecam scriptu-*„*ram.* Quod nihil dubitavimus in textu reponere.“ *H.*

P. 52. adn. 1. l. 5. corr. τἀλλά γε. Paulo ante in eadem adnotatione π . . . fuisse περίεστι ut in illo graecae epistolae loco, mihi dubium non est.

P. 54. adn. 2. l. 1. pro I. 1, 4. corr. IV. 1, 4.

P. 57. l. 8. Rectius fore συνῆγον observat Bekk.

P. 58. l. extr. pro γραμμης corr. γραμμῆς.

P. 59. l. 9. Scr. ὤμωξεν *Bekk.*

ibid. l. extr. pro ζώγραφόν φασιν corr. ζωγράφον φασίν.

P. 60. ad adn. 2. Bene h. l. scribi ἐγεαφέσθην, ideoque veram esse emendationem meam iudicat Bekkerus.

P. 61. l. 18. Scr. βληχήσηται. *Bekk.*

P. 70. ad s. 1. Locus memorabilis, ob testimonium auctoritatis qua iam tum uterentur decreta principum in tribunalibus, contra quidem iuris formam, ex tamen vulgi opinione. *Cram.*

P. 71. ad s. 2. Agnatos solum memorat, cognatos nullos. Igitur non nisi civilem successionem spectat, quod mirum. *Cram.*

P. 80. l. 1. pro *offici asuscepit.* corr. *officia suscepit.*

P. 89. adn. 7. Ut hic *colas* scripsit librarius, ita *schemas* dicit ille apud Petronium ex barbaro servo libertus.

P. 114. adn. 1. l. 6. pro *aprimodiiunxi* l. *primo adiunxi.*

P 116. adn. 2. l. 2. pro *quartæ* l. *secundae.*

P. 131. l. 15. Omitti debuisset in subscripto titulo vocabulum LIBER, quod Maius, cum inclinatis litteris expresserit, a se additum esse prodit.

P. 160. in summa pagina pro EFISTOLAE l. EPISTOLAE.

P. 169. adn. 1. ex l. 10. transferenda sunt illa: *si in turmam* in l. 11. quam ita leges: *horum suorum si in turmam — tuæ litteræ —*

P. 212. l. 11. Pro *censorio* scrib. *Censorio.* Nam sermonem esse *de fide amicitiae quam Nigro Censorio servaverit Fronto* (v. ad T. Pium Aug. epp.) perspicere mihi videor.

P. 228. adn. 2. Nihil mutandum esse me docuit Bekkerus.

AD SYMMACHUM

emendationes Crameri.

P. 32. l. 2. *spes peracta.* Cum in cod. sit *perata*, facilius exsculpes: *spes sperata*, quod nec abhorret a quaesita huius aevi sive elegantia sive stribligine.

P. 41. l. 5. *Atque arida sunt.* Non sunt huius loci *arida.* Lego *avita.*

ibid. l. 13. Sensus videtur postulare *quae onus* pro *quae donum.*

P. 55. l. 21. Qui potest *lumen obtundi?* Igitur scripsisse videtur *officitur:* vel potius *omni lumini officitur:* quae locutio frequens est in Pandecte.

P. 56. l. 16. 17. *Quis credat — dud. r. p.* Desidero negativam.

ibid. l. 21. F. *inchoarint.*

Q. AVRE-

Q. AURELIVS SYMMACHVS.

Q. AVRELII SYMMACHI[1] V.C.

LAVDES

IN VALENTINIANVM SENIOREM AVGVSTVM I.[2]

ARGVMENTVM MAII.

Hac priore acephala Laudatione commemorat primum Symmachus Valentiniani pueritiam, qui in pluribus mundi plagis cum Gratiano parente apud exercitum versatus est. Tum eiusdem Valentiniani ad imperium evectionem celebrat, rursusque meminit Gratiani parentis et Gratiani etiam a Valentiniano geniti, qui admodum puer Augustus creatus est. Pergit deinde Orator ad laudandum Valentiniani liberalem animum, qui summum imperium cum Valente fratre statim communicavit: cui quum Orientis regiones moderandas commisisset, ipse in Gallias ad continendas Germanorum irruptiones se recepit: ibidemque sub pellibus, barbaro in agro, cæloque inclementi tuendi imperii causa diu versatus est. Interim rebelles in Oriente motus (duce nempe Procopio) exstitisse ait Orator, qui quum citius reprimi possent a coniunctis utriusque Imperatoris viribus, noluit tamen Valentinianus, rebus Germaniæ nondum compositis, in Orientem signa transferre. Adlocutiones etiam innuuntur, quibus exercitum suum Valentinianus ad bellum potius Germanicum quam civile persequendum hortatus est. Tum et ipse Valens breviter commendatur, qui parta

(1) In Codice scribitur sæpe *Summaci*, raro *Summachi*, nunquam vero *Symmachi*. *M.*

(2) Ita in Codice apponitur nota numeralis non vocabulo *Laudes*, sed huic loco: et tamen ad illud vocabulum nota pertinet, nempe *Laudes priores*. Illud etiam moneo, capita scilicet orationis carere quidem in Codice nota numerali, sed tamen relicto ampliore spatio satis indicari. *M.*

de perduellibus victoria non est crudeliter usus. Laudatur denique civilis administratio Valentiniani, qui fugato ambitu dignitates virtuti tribuendas curabat, ac mira concordia togatos magistratus cum sagatis ordinibus implicuerat.

Plane autem mihi persuadeo hanc priorem Laudationem dictam esse a Symmacho in primo lustro imperialium Valentiniani annorum. Nam lustrum quidem peractum memorat infra Orator. Id autem contigit anno post Ch. N. 368. *in secundo Valentiniani consulatu. Iam Laudationem alteram (quam mox addemus) recitavit Symmachus in Valentiniani consulatu tertio (ut ex ea le ta patet) id est anno Ch.* 370 *; sequitur ergo ut priorem recitaverit anno vel* 368. *vel* 369. *Sed illud probabilius propter quinquennalium celebritatem et ipsum Augusti secundum consulatum. Accedit, quod apud Græcos Themistius in quinquennalibus Valentis, anno nempe eodem* 368., *recitavit Marcianopoli eam Orationem quæ in Editione Harduiniana octavum locum obtinet. Eadem igitur de causa eodemque anno apud Latinos Symmachum in castris Gallicis recitasse hanc Laudationem coram Valentiniano censeo. Erat autem eo anno plane iuvenis Symmachus, quod constat ex Ausonio (in Epistolis Symmachianis Lib. I.* 32.) *qui ait Symmachum secutum esse tironem castra et quidem, ut docebit Laudatio altera, Valentiniani. Quare et Oratio iuvenili vigore exsultat et floret.*

. . . . ITEM totius orbis estis indigenæ; alibi fructum lucis, alibi usum laboris indepti. An non ipsam quoque Africam iure patriam tuam dixerim, quæ te prima in contubernio parentis edocuit [1] qualis prin-

(1) Gratianus Valentiniani pater post dignitatem Protectoris atque Tribuni (ut ait Ammianus Marcellinus lib. XXX. cap. 7) Comes præfuit rei castrensi per Africam. Iam Valentinianum pluribus versatum in bellis ante initum imperium narrat Zosimus Hist. III. sub fi-

ceps esse deberes? Nec umquam te existimes aliis militasse futurus Augustus. Sibi quæsivit quidquid ante defendit, servavit tenera ætas quod regeret matura felicitas. Ibi primum toleraus solis et pulveris esse didicisti, cuius dudum cunabula Illyriæ nives texerant (1), qui cæsam glaciem paulo ante potaveras. Ita veluti ad alia elementa translatus arentis Libyæ sitim patientia temperabas. Prosus (2) quasi ad ipsius mundi gubernacula destinatus, mutando varias cæli plagas usum tibi omnium cardinum vindicasti. Merito non potest hodie obesse provinciis tam longa absentia tua, quas tuetur prima notitia. Similior Princeps est Deo pariter universa cernenti, qui cunctas partes novit imperii.

„Si litteras," inquit Tullius, „græcas Athe- 2
„nis non Lilybei, latinas Romæ non in Sici-
„lia didicisses"; videlicet ex locorum ingeniis adprobans ea nescire Cæcilium, quæ eum dicit ubi innata non erant adsecutum. Sola est enim disciplinarum magistra natura regionum. Tibi ardores Getuliæ æstivam consuetudinem: tibi Illyriæ pruínæ brumalis horroris (3) tolerantiam tradiderunt: genitus in frigoribus, educatus in solibus, ante fortunæ munera totius mundi exempla sumpsi-

nem Meruisse in Gallia sub Constantio et Ioviano testis est item Ammianus XVI 11. XXV. 10. Contra Persas autem ab eodem Constantio missum ait Philostorgius VII. 7. *M.*

(1) Valentinianus natus creditur apud Cibalas, quod dicunt Pannoniæ oppidum Ammianus XXX. 7. aliique: sed a Symmacho tribui videtur Illyriæ. *M.*

(2) Ita Cod. ex emendat. *M.*

(3) Cod. *errores*. *M.*

sti. Quare seu in Aethiopas atque Indos, contra externum militem solo calore munitos, felicia signa contuleris, frustra ad æstuantes recessus ac torrida astra confugient. Cito enim terrarum talium dominus eris, qui vim siderum non timebis. Seu in Scythia regna frigentia Tanainque glacialem fines Ponticos proferre censueris, ibi quoque naturam patriæ recognoscens, fugaces incolas per dorsa fluminum consequeris. Vicisti experientiam singulorum qui habes omnium. Privatæ hoc industriæ tuæ debeo quo die dignum reddidit principatum (1). Cum tantum munus acceperis ut nihil tibi possit adici, tantum meriti pertulisti, ut nullum præmium tibi debeat inputari.

3 Meruisti quondam, inclute Gratiane (2), meruisti ut de te sacra germina pullularent, ut esses seminarium principatus, ut fieres vena regalis. Erudisti liberos, parentes omnium mox futuros: in quos tantum frugis bonæ institutio privata congessit, ut fortuna hodie clarior nil requirat. Hinc factum est, quod primævum Nepotem (3) castrensia decreta legerunt. Cum familiæ vestræ natura promitteret, ut cautela patris in puero nil timeret, cur tardaret ætas quem tot exem-

(1) L. *debes quod te d. r. principatu. H.*

(2) Gratianus Senior, etsi ignobili stirpe ortus, singulari tamen corporis robore et militaribus gestis viam sibi ad magnos honores munivit: eiusque existimatio plurimum valuit ad Valentinianum filium, qui deinde fuit Augustus, apud Principes et exercitus commendandum. Am. XXX. 7. *M*

(3) Gratianum Iuniorem Valentiniani primogenitum ex Valeria Severa coniuge, quem pater octennem renunciavit Augustum in castris apud Ambianos. *M.*

pla generis adserebant [1]? Præiudicata bona in examen vocare [*non interest*] . . . . .
. . . . . incredibili providentia utrumque conplexus, ne aut in uno spes staret imperii, aut in duobus esset causa certandi [2].

Huc accedit quod cum duo sint in impe- 4
rio gradus [3], ilico in germanum et pariter contulisti, quod noveras bis posse præstari. Adeo ne gratiam quidem captas, ut a perfectis beneficiis semper incipias. Exigui animi vices munerum partiuntur, tua liberalitas desideriis nihil reliquit: maximeque in Imperatorem [4] faciendo magnitudinem regiæ largitatis minui credidisti, si cum insperata concederes, adhuc speranda differres. Ergo Augustum pari iure confirmas [5]. Curasti ne umquam tibi suspectus esset, cui non reliquisti quod ultra optare deberet.

Hinc plerique principum, quos secundos 5
creaverant, quasi æmulos mox timebant. Urget enim potissimum expectatio proximorum: semperque similis invidenti est, cui superest quod requirat. Nec istud nimium gratiosa aut populari festinatione fecisti: iamdudum cuncta expertus in fratre quæ diu explorantur in Cæsarem [6]. Dubitaretur de

(1) Nempe avi et patris. *M.*
(2) Quum Valentinianus adigeretur ab exercitu ad socium imperii deligendum, deliberavit num extraneum an fratrem Valentem sibi sociaret (Amm.XXVI. 2. et 4.). Fratrem autem præoptavit; sic enim nec in uno spes staret imperii, nec in duobus esset causa certandi. *M.*
(3) Nempe Cæsaris et Augusti. *M.*
(4) L. *Imperatore*. *H.*
(5) L. *confirmasti*. *H.*
(6) L. *Caesare*. *H.*

iudicio tuo, nisi ab inmodicis inchoasses. Statim perspeximus qualem Principem legeres, postquam cognovimus quod nihil tibi quasi sollicitus reservares.

6 Siqua inter cognatas Cælitum potestates huiusmodi esset æquatio, paribus cum sole luminibus globus sororis arderet: nec radiis fratris obnoxia precarium raperet luna fulgorem. Iisdem curriculis utrumque sidus emergeret, pari exortu diem germana renovaret, per easdem cæli lineas laberetur: nec menstruo pigra discursu aut in senescendo (1) varias mutaret effigies, aut in renascendo parvas pateretur ætates. Ecce formam beneficii tui astra nesciunt æmulari: illis nihil est in mundana luce consimile, vobis totum est in orbe commune.

7 Nondum adulta rerum a te gestarum profano (2) monumenta. Iam cedo (3) primitus faciam quod usuvenire nobis in prolixo itinere solet, ubi qui ad destinata properant non omnes obvios consalutant. Ergo in duas curas dividis orbis excubias: invictum fratrem relinquens Orienti, ipse supra inpacati Rheni semibarbaras ripas raptim vexilla constituens, et provincias luxu superiorum deditas veteris ignaviæ pudore defendens, Princeps creatus ad difficilem militiam revertisti. Statim itinera, statim prœlia (4): et primus

(1) Cod. hic *renascendo* et mox *senescendo*, quæ mihi invertenda visa sunt. *M.*

(2) L. *profabor*. *H.*

(3) L. *Cede*. *H.*

(4) Valentiniano nuper ad imperium evecto, Alamanni bellum Gallicis Romanorum provinciis intulerunt, quod sui legati vilibus donis affecti fuissent, et ab Ursacio officiorum magistro superbius appellati. Am. XXVI. 5. *M.*

in aciem purpuratus, et regalis aula sub pellibus, somnus sub cælo, potus e fluvio, tribunal in campo. Hæc imperio quidem nova, sed tibi cognita. Docuisti magis fortunam regiam quid virum facere conveniret, quam didicisti ab ea quid imperatores ante fecissent.

An exiguum virtutis et patientiæ tuæ spe- 8
cimen arbitraris, quod rerum summa fastigia et romani nominis apicem consecutus inter tot provincias partim situ amœnas, partim pace iucundas, aut urbium maiestate mirabiles, aut populorum copiis redundantes, sedem quodammodo in ea parte posuisti qua (1) totius reipublicæ ruina vergebat? (2) Tales sibi terras eligunt qui ut subveniant eliguntur. Nondum degustatis imperii bonis, solas difficultates de honore sortiris. Tamdiu non tenerent Galliæ, si placerent.

Iactet se Punicis Africanus exuviis, sed diu 9
in Sicilia palliatus erravit. Mithridaticis spoliis Lucullus exultet, sed diu in Pontico luxu pæne victor languit. Orientis tropea (3) ostentet Antonius, sed inter Aegyptias tædas regio amore diffluxit insano. Illi triumfalis (4) viri, delicatis (5) negotiis frequentibus occupati, amœna litorum terrarumque opima sectantes. Vis petam proximæ ætatis exempla? Ecce Baias sibi Augustus a continuo

(1) L. *quo. H.*
(2) Symmachus imitatur Ciceronem, qui eadem de C. Iulio Cæsare in Galliis degente ait. *Orat. de Prov. cons.* 12. *M.*
(3) Ita Cod. sine diphthongo. *M.*
(4) Ita Cod. L. *triumphales. H.*
(5) L. *delicati. H.*

mari vindicat, et molibus Lucrinis sumptus laborat imperii [1]. Tiberius in devorsoriis insularum natans et navigans adoratur. Pius otia Caietana persequitur [2]. In Lycio [3] et Academia remissior Marcus auditur. Tibi nullæ sunt feriæ prœliorum: maximeque hoc in Galliis delegisti, quod hic non licet otiari. Tibi nulla necessitas remittit indutias. Lustrum imperialium condis annorum ubi cælo et terris horror æqualis est, sub crassa nube, iugi frigore, feroci hoste, latissima vastitate. Quietem tibi negas, quam ceteris præstas. Inter tot millia laurearum nondum digrederis ad triumfum: et cum sis maior Augustis delegisti tibi provinciam de qua Cæsares querebantur.

Et tu quidem bellico intentus operi dudum ferocis Alamanniæ terga vertebas. Sed parte alia fraterni imperii liberam pacem rebellis exul inruperat [4]. Quod cum ad te primum pernices nuntii et fideles litteræ pertulerunt, quis non congruum iudicavit ut a cæde barbarica in facinus civile arma torqueres?

(1) Augustus (inquit Suetonius Cap. 16.) „portum Iu„lium apud Baias, immisso in Lucrinum et Avernum „lacum mari, effecit". *M.*

(2) Pii rusticationes memorat non semel Capitolinus in eius vita. Quin et inter eius opera Caietæ portum recenset p. 28. D. *M.*

(3) Ita Cod. habet. *M.*

(4) Procopius Cilix, Iuliani imperatoris propinquus, post huius fata primum a Ioviano copiam impetravit ad suos lares secedendi. Mox a Valentiniano et Valente imperatoribus exagitatus, usque in Tauricam Chersonesum exul profugit (Zosim. IV.). Tum et de fide incolarum eius loci addubitans, Constantinopolim clam venit, ubi rebellione conflata imperatorem se dixit anno Ch. 365. Sed anno sequente a Valente oppressus pœnas luit. *M.*

At tu reip. plus timebas: et inter duas 11
causas hinc intestinam inde finitimam, malebas potentia tua interim frui æmulum, quam longa inpunitate vicinum. Nec ita [1] turpe duxisti plures tecum esse principes, quam terras imperii breviores. Frustra tunc tibi perduellis motus optavit Alamannia, cui tantum miseriæ invexit conflictus tuus, quantum prœliis debebatur ambobus. Probasti animum constantissimi ducis minus tibi consulendo quam ceteris. Tutior aput te fuit tuus, quam noster inimicus. Non uno igitur beneficio Gallias obligasti quibus pariter a te[2] utrumque delatum est, et sui periculi cura, et tui neglegentia [3].

Quid ipsas conciones tuas et humanis sen- 12
sibus celsiora retexo conloquia? Huc, inquis, fidissimi commilitones adversum truces populos et Rheni feroces indigenas vexilla conferte: hic communis hostis est, ille privatus: prima victoriæ publicæ, secunda vindictæ meæ causa est [4]: alio [5] bello petitur nostra dignitas, hoc vestra possessio. Quid plura? contra te suadendo vicisti: tantumque valuit auctoritas tua, ut dissimularetur iniuria. Putasses præceptum tuum parvi habitum, siquis te vindicasset invitum. Quis-

(1) L. *tam.* *H.*
(2) L *a quib.* — *ad te.* *H.*
(3) Galliæ nobiles urbes legationibus missis Valentinianum, quominus in Orientem adversus Procopium pergeret, exoraverunt: quod si fecisset, Gallia Germanorum incursibus patuisset. Am. XXVI. 5. *M.*
(4) Valentinianus (inquit Ammianus loc. cit.) „replicabat aliquoties, hostem suum fratrisque solius esse „Procopium; Alamannos vere totius orbis romani: sta„tuitque nusquam interim extra confinia moveri Gallo„rum.“ *M.*
(5) L. *illo.* *H.*

quamne neglectum sui postulat, et devotionem putat si se nemo defendat? En animus maior imperio, sub quo maiestas neglegitur et eruptio vindicatur.

13 Quid quod vis ista naturæ est, ut ea sint unicuique ad sensum doloris prima quæ propria? nec quisquam, se ipso iudice, impune lædatur? Tu in casibus tuis clemens, severus in publicis, turpe existimas Principi motus odii habere privati. Merito ergo a nobis amplius amaris, quia pro te minus irasceris. Nescis uti regia manu contra domesticas simultates. Si erubescis tuas iniurias ultum ire, audi, Imperator, quod te acuat: nostri inimici sunt qui rebellant.

14 Sed illius latronis iustus occasus venerandi fratris tui laudibus cum ceteris Orientis adoreis reservetur. Unum tamen hoc prælibasse sufficiet: cum diu anceps bellum fuerit, sic victoriæ moderatus est, quasi contra se nemo pugnarit (1).

15 O mira inter vos similitudo pietatis! Tu nescis civile certamen adripere, ille non potest vindicare. Quamquam illa dissimulatio tua non caret honore germani: satis idoneus tibi ad vincendum visus est, cui auxilium non tulisti: in magna fiducia minor cura est. Merito illi captivus rebellis in deditionem datus est, merito usurpator tanti nominis oblatus ad pœnam (2). Consilio quippe tui

(1) Valentem clementer victoria usum aiunt oratores Symmachus, et Themistius Orat. VII, nec non Libanius in vita propria Edit. Morell T. 2. Orat. I. p. 55 – 56. Sed contradicunt aperte Historici Ammianus XXVI. 9—10. Zosimus IV. *M.*

(2) Procopius a suis proditus et Valenti oblatus capite truncatus est. Am. loc. cit. *M.*

numinis factum est, ut imperio iudicaretur indignissimus, qui ne hoc quidem meruit, ut ei videreris infensus.

Inter has belli artes externosque procinctus, et semper de hostibus novis novas [1] laureas, civilium rerum nulla cessatio. Possum dicere fugato ambitu virtuti redditas dignitates: nec iam ad honorum infulas opibus viam patere, sed moribus [2]. Castrorum curiæque parem nunc esse fortunam, cum videas prætorianas cohortes parere nobilibus, et ante emeritos duces urbana insignia gestare lictores. Togas paludamentis sæpe mutamus, armatis trabeas frequenter in[*duimus humeris*] 16

. . . . . .

Reliqua desiderantur.

(1) Cod. *novas* bis. *M.*

(2) Ab Ammiano XXX. 9. dicitur Valentinianus scrupulosus in deferendis potestatibus celsis: nec, imperante eo, provinciam a nummulario rectam, aut administrationem venumdatam. *M.*

Q. AURELII SYMMACHI V. C.

LAVDES

IN VALENTINIANVM SENIOREM AVGVSTVM II.

ARGUMENTUM MAII.

Celebrat Orator in primis tertii consulatus honorem a Valentiniano Augusto initum. Pergit deinde ad bellica eiusdem Augusti gesta, cuius auspicio Rhenum multis munimentis coronatum et navali ponte iunctum, Nigrum a castris romanis submotum, portumque fluviatilem effectum ait: barbaros vero populos alios præliis fusos, alios pace et fœderibus conciliatos. Denique etiam eloquentiam foro redditam ab Augusto gratulatur: tum quod Gratianum puerum imperii socium sibi Valentinianus adsciverit, id ab Oratore ingeniose et luculenter ornatur.

1 . . . . . solvitur pro labore. Fastidium te forsitan caperet iterati præmii et sæpe repetendi, nisi nobis consuleres ne videamur ingrati. Honor tibi summus in viribus est, honor plenus in moribus (1). Tuas veras secures non lictorum humeri sed cervices gentium ferunt. Reges decreta custodiunt. Ca-

(1) Gloriosum Valentiniani moribus dat testimonium Ammianus XXX. 9. his verbis: „Omni pudicitiæ cultu „domi castus et foris, nullo contagio conscientiæ violatus obscenæ, nihil incestum: hancque ob causam tanquam retinaculis petulantiam frenarat aulæ regalis". Eundem ibidem dicit corpore lacertoso et valido. *M.*

stella pro fascibus eriguntur. Tu inter obsides victoris iure disceptans: nam iubens (1) ire quos reddis, et redire quos suscipis. Ambiat licet sacros humeros gemmarum cohærentium velamen opulentum, et trabeam consularem discolora serta prætexant; ille tamen ornatus insignior est quem Rhenus meruit, quem limes accepit (2). Beneficia tua devotione mulcere reipublicæ (3). Quæ sumis annua sunt, quæ condis æterna.

Nolumus, invicte moderator, tantis negotiis parem non esse mercedem. Idem tibi præmium plerumque decernitur, cum a te diversa præstentur. Si non congruit meritis quod solutum est, honor vincitur non voluntas. Nam quid tibi adicit consulatus, cum felices annos imperii tui de ætatibus novarum urbium calculemus (4)? Aliorum tempora fastis numerata sunt, vestra victoriis. Hoc unum tamen rite curavimus, ut in oppidis nuper erectis primum discerent consulem conditorem. 2

Inaugurentur inclutis triumfalia castra nominibus. Fuit evidens causa, qua fasces sumere tertio cogereris: etenim ne magistratus romanos proxime adiuncta terra respueret, ab eo sumptum est principium, qui ti- 3

(1) Ita Cod. *M.* F. *disceptas — iubes. H.*

(2) Valentinianus dicitur ab Ammiano loc. cit. oppidorum et limitum conditor tempestivus. Tum XXIX. 6. studio muniendorum limitum flagrans. *M.*

(3) Nempe sententia videtur: *Reipublicae est tua beneficia devotione mulcere. M.*

(4) Turres seu castella in limite imperii quotannis condi iubet Valentinianus lege 13. tit. 1. lib. XV. Cod. Theod. *M.*

metur [1]. Nihil ante [2] prioribus gestis, Auguste, decerpimus. Si recentia sola repetamus, stupeo. Non [3] minus illa sunt quæ comperi, sed hæc magis diligo quæ probavi. Atque utinam modicum ingenii mei saltem nota commendem [4]! Adempta mihi est honesta defensio: quæ ipse non videram, venia maiore laudabam. Quisquis arcana naturæ scrutari postulat, te sequatur. Non fluminum meatibus, non obiectu montium, non itinerum errore tardabitur. Omnia adversum barbaros patent, quæ sunt munita pro nobis. Scit bicornis iste vicinus succumbendum esse rostratis, ne ei [5] necesse sit viam præbere vestigiis; cui possibile est fluenta contegere, ludus est navigare. Nec arduis locorum obicibus impedimur. Testis est hæc ipsa ripa barbariæ, cui altitudo nomen inposuit [6], imis summa cessisse, ascendentem fugere nuper exercitum, qui occurrere per plana potuerunt. Et tu quidem bello vincere maluisses; sed gloriosus

(1) Ammianus XXX. 8. ait: „Ideo Valentinianus me„rito timebatur, quod et exercitus auxit valido supple„mento, et utrobique Rhenum celsioribus castris muni„vit atque castellis“. *M.*

(2) L. *a te. H.*

(3) L. *decerpimus, si rec. so. repe. Stupori non — H.*

(4) Ita prorsus in Codice. *M.* L. *commendet. H.*

(5) F. *eius. H.*

(6) Altaripa oppidum Nemetum et præsidium ad Rhenum prope Nigri (seu Nicri) confluentem. Hoc in oppido, anno certe ante hunc panegyricum recitatum, versabatur Valentinianus: ex eo enim emisit legem 4. tit. 41. lib. XI. Cod. Theod., cui legi ita subscriptum *Dat. XIII. Kal. Iul. Altaripa, Valentiniano Nobili Puero et Victore Coss. M.*

sius factum est, ut ferox natio videret Alamannia . . . . . .

Nec op . . . civitatibus obsidentur. Ve- 4
rum est quod sæpe n . . . credidi otium locis . . . haberi . . . qualem te, inhospita regio, nuper invenimus. Ignaras vetustatis arb(ores) . . regeis [1] domibus teneretis herb . . . . indecoram probes . . . . tibi exprobro quod victa es tum . . . ciis . . mtus pingeris felicior Principi meo . . unt quam repetunt . . hæc quæ . . . er adiunxit, conferantur int . . . patet illuc . . . ncet hæc defensa quæ capta sunt. Audite quæ vera ads . . . gesta nescitis spont[*e*] . . tenda et novos conser . . . nis ad . . . credo . . . quæ . . . graviora. Superat omnem fidem (prope)modum qui contra huiusmodi præstat officium. O pulchra admodum pompa fortunæ! Servitus misera quodam . . . ruebat. Prospexerant forte finitimi, ne quod sibi relinqueretur, instaurare victor optaret. Urebant consciam latrocinii nationem quondam Romanæ coloniæ antiqua vestigia, et tituli sceleris proditores. Obsequio reddidit quod norat gladiis vindicandum. Quæri . . . animus victoris apparuit receptæ urbis reliquias transferentis. Ostendit enim se potuisse reparare quæ licebat evehere. Familiare est magnis animis repudiare conpendia. Incaute positam civitatem probarat amissio [2]

(1) Ita Cod. pro *regiis* vel *reges*. *M.*

(2) Confer Ammianum XXVIII. 2. Fortasse enim innuit Symmachus munimentum, cuius constructionem trans Rhenum a Valentiniano imperatam, barbari, cæsis Romanis militibus, impediverunt. *M.*

Ex . . . eam solvimus . . . eram conderemus antiquatas urb . . . runt . . . rpite nam . . . sare . . . neglegenter facta cor . . . condicionem venit ad . . . ra mittere fateretur se nostra tenuisse.

5 C(unc)ta Gotysiorum (quam vincis) glebis . . . vena opulentus in(pert)it . . . in ve . . cet exempli . . eorum arma populo ter . . . ta est. Nec otiosos hospites . . . us ambitum definitum aut . . . (extre)mitas conpulit breve spatium postulari; sed quo magis fieret turpe conmercium. Didus circumcisi tergoris ausit dedecus emptionis; tibi succumbunt regna, non veneunt. Nec urbium tuarum fata trutinata sunt. Sic omnia ingrederis, quasi ad propria revertaris. Non ferro pellimur, non auro, aut ære fraudamur. Idem metus avaritiam coercet hostis, qui conpescit audaciam. Sublata fiducia certaminis nullus locus est pactionis. Aestimet tibi terras (suas) barbarus, si audet obsistere. [*Magn*]um a te munus sumit Alamannia, [*quod*] nonnulla interim relinquis intacta.

6 Invideant novis mœnibus ceteræ civitates, quas manus designavere privatæ: si quæ sunt cognitionis [1] princip[*alis*], livore æmulo mordeantur. Habent [*condi*]tores inclutos; numquid artifices [*ipsos*]? Interfui [2], Au-

(1) Ita Cod. *M.* An: *Si quae sunt conditionis principalis opus — Habent auctores inclutos; nunquid artifices imperatores?* Ut conditio h. l. positum sit pro ædificatione. Similiter vocem Tertulliano usurpatam constat. Atque ita infra c. 7. haud dubie scrib. *formam conditionis. H.*

(2) Symmachum secutum esse castra tironem diximus in argumento prioris Laudationis. *M.*

guste venerabilis, [*cum posi*]tis armis fundamenta describ[*eres et*] felicem dexteram fabrilibus (laboribus) [*occu*]pares. Hinc ego oppidis tuis perennem promitto for[*tunam.*](1) *Quae*] Deo proximus auspicatur, æterna sunt. Hactenus Syracusani Archimedis stetit gloria: docuit namque exitus nihil valuisse pro civibus commenta prudentis. Qui nequivit clausa protegere, quando potuisset aperta munire? Peritius urbes construunt qui tuentur. Sed quid prius mirer, ignoro. Ceteris ab usu (2) fabricationis te solum scisse quid conderes? An sub te uno magistro omnis ilico qui aderant institutos? Nullus inde abiit in . . . prudens prætereo quod aliis . . . curantibus . . . lis aut imbrium ing[*entium tœd*]ia pertulisti. Quanto tibi (lubet) . . . semper otio vindicata solos opi . . . bus vexillis adduxit exercitum et ore . . . Dædalus grassatorem Cecropiæ nobili (cavea) inclusit. Quid expectavit Alamannia(3) . . . m totus exercitus et mancipare no . . . et claudere?

In quod periculum . . . prolapsus est? 7
Formam cognitio (4) . . . nec describere audeo nec tacere . . . innos fidei quæ suadet audacia . . . naturæ munus occur . . . oli tribunal . . . duorum fluminum . . . gnara dedecus . . . manus geminas aggerum insti-

(1) Immo: *fortunam. Nam quae — H.*

(2) Ita Cod. *M.* L. *Ceteros ab usu fabricationis, te per te solum scisse quod conderes. H.*

(3) F. *Quid expectavit Alamannia nisi ut ipsam totus exercitus et mancipare nobis vellet et claudere? H.*

(4) L. *conditionis.* v. supra. *H.*

tutiones mole vallavit [1]. Succedit scæna murorum tantum ex ea parte declivis, qua margines turrium fluenta perstringunt. Nam brachiis utrinque Rhenus urgetur, ut in varios usus tutum præbeat commeatum. Ipsa illa, quæ propugnaculis ambiuntur, opere suo decenter ornata sunt. Ita crebris hiatibus destricta coniunctio pandit exitum clandestinis iactibus sagittarum. Stat mediæ arcis aurata sublimitas, et tecto comitur pro tropæo: cui perardui [2] et in prona declivis levis plumbi lorica subtexitur. Quem tibi, Auguste, animum cum hæc conderes fuisse credamus? quasi sollicitus munita fecisti, quasi securus ornasti.

8 Prodidit vetus fabula, Gigantum manum quondam montanas turres intulisse sideribus. Talia forte temptavit: neque enim terrigenas licet iuvenes Pelion [3] atque Ossam convexisse credibile est. Dum solitis maiora conantur, infirma moliti sunt. Sed fama auxit invidiam, ut fragilitas operis neglegentius conlocati, simulata numinum conspiratione, culpa careret incuriæ. Aut si rerum talium fides constat, habes testimonium grande meritorum, cum tanto cæli favore ista perfecta sunt, quanto illa odio corruerunt. Obsedetur oculis subiecta barbaria, et intellegit sibi libertatem pro parte sublatam, cui non licet habere secretum [4]. Non ego

(1) Loquitur Orator, ut puto, de illo munimento celso et tuto, quod a Valentiniano prope Nigrum fluvium conditum narrat Ammianus XXVIII. 2. *M.*

(2) L. *perardua*. *H.*

(3) Ed. Med. *Peliona*.

(4) Ammianus XXIX. 4. ait.: „E speculis, siquis hostium se commovisset, desuper visus obruebatur“. *M.*

montium speculas, aut decisa Aegyptiis rupibus procera miracula, vel pyramidum vertices angulosos, fastigiis celsæ urbis æquaverim. Reges ipsos si quis interroget, laudabunt mehercule quod institui noluissent. Ipse in hostibus deprehendi ambigua signa formidinis et stuporis. Ita conspicuam mœnium dignitatem vario interpretantur adfectu: ut adhuc diu (1) iudicare non possint, utrum eam mirari magis debeant an vereri.

Dixi, Auguste venerabilis, negotiis tuis auxilio fuisse cælestes. Facilis adsertio est, 9
cum Rheno teste nitimur: qui Alpinæ nivis defluo liquore cumulatus, cum ripæ utriusque confinia cogeretur excedere, maluit ad victoris iura transire: aversatus est solum barbarum, totumque Principi agmen exposuit, more migrantium perfugarum. Non fuit ille, si credis, hostilis excursus: lento per aperta processu venit similis supplicanti. Deditionem vidimus fluentorum, Nili eruptionibus proximam, quibus arens Canopus et Memfitica gleba pinguescit. Et ille (2) ut obsequatur egreditur; cessit alius (3) quo

(1) L. *ad hunc diem. H.*
(2) Nempe Rhenus. *M.*
(3) Nempe Niger fluvius. Sic autem rem narrat Ammianus XXVIII. 2. „Cum reputaret Valentinianus mu„nimentum celsum et tutum, quod ipse a primis funda„rat auspiciis, præterlabente Nicro fluvio, paullatim „subverti posse undarum pulsu immani, meatum ipsum „aliorsum vertere cogitavit: et quæsitis artificibus peri„tis aquariæ rei, copiosaque militis manu arduum est „opus adgressus. Per multos enim dies compaginatæ „formæ e roboribus coniectæque in alveum, fixis refixis„que aliquotiens prope ingentibus stilis, fluctibus erectis „confundebantur, avulsæque vi gurgitis interrumpeban„tur. Vicit tamen imperatoris vehementior cura, et mo„rigeri militis labor, mento tenus dum operaretur sæpe

magis hoc amice fieri crederemus. Quod Nigrum fluvium quasi quoddam pignus accepimus, iam minus mirum est quod tibi regum liberi pro fœderibus offeruntur. Nec Rhenus, ut ita dixerim, Romana pace gauderet, nisi amnem convenam, velut obsidem, tradidisset.

10 Ventilemus prisca monumenta, scrutemur annales: invenies vetustatem pæne ignaram fluminum quæ tenetis. Ipsi illi vates exoticis nominibus licenter ornati, cum ad Indicum Gangen et Borysthenem Scythicum carmen extenderint, Nigrum parem maximis ignoratione siluerunt. Nunc primum victoriis tuis externus fluvius publicatur. Gaudeat servitute, captivus innotuit. Elementis quodammodo ditatam cerno rempublicam, cui amnes incogniti mancipantur, longinqua terra coniungitur. Dum orbis terminos quæris, gentium sustulisti. Parum quiddam naturæ superest, quod adhuc Romanus inquirat. Relabi credis imperium, nisi semper accesserit.

11 Quid si impetus tuos institutio mœnium non teneret? Nescis transire deserta: diligentiam iactantiæ prætulisti. Nam celeritas, famæ commoda est; munitio firmitati. Quererer, Consul invicte, necdum tibi parere omnia, nisi ea, quæ adiuncta sunt, scirem facta meliora.

12 Consulto multa prætereo, ne in poeticos flatus rerum ingentium cothurnus erumpat.

„demersi: tandemque non sine quorumdam discrimine „castra præsidiaria inquietudine urgentis amnis exempta, „nunc valida sunt". *M.*

Unum e pluribus trita insinuatione contingam: Rhenum, numquam antehac temere navigatum, tumentibus aquis itinera tuta portasse. Ita in morem [1] nexa navigia constrato desuper solo riparum extima momorderunt [2]. Unius diei negotio pendentis machinæ ordo convaluit. Ludo iocoque certatum est ex qua parte velocius in amnem medium contextio perveniret. Eat nunc Troiani carminis auctor inlustris, et pro clade popularium Xanthum fingat iratum [3]: armatas cadaveribus undas scriptor decorus educat. Nescivit flumina posse frenari. Tantumne valuit rivus Iliacus, ut in auxilium Vulcani flamma peteretur? Profundus didicit, quid [4] parvus evaserit? Defensio ipsa cælestium tuo operi non meretur æquari. Fluvium incendisse vindicta est, calcasse victoria.

Ut video, æterne defensor, conscientia tua 13
maior est consulatu. Habes, quod tibi alter præstare non possit, animum præmio certiorem [5]. Nec ideo putes ingratam esse rem publicam: hoc est in ornamentis civilibus maximum, quod tuis meritis fatemur angustum. Sat est ad remunerationem beneficii, ut cum digna rependi nequeunt, vel summa solv[*antur*] . . . . . .

(1) L. *molem. B.*

(2) Rhenum navibus a Valentiniano iunctum narrat Ammianus XXIX. 4. si tamen tempora congruunt. Confer eumdem etiam XXVII. 10. *M.*

(3) Celeberrima narratio Iliad. XXI. 212—385. *M.*

(4) L. *quod. H.*

(5) L. *celsiorem. H.*

14 . . . . . tenere secreta. Itaque Crassus percontanti filio quid noctis moveri castra iussisset; vereris, inquit, ne tuas aures forte non penetret occentatio bucinarum? Nobis satis est curare præsentia, futuros exitus tecum fortuna disponat. Num ambiguum est semper barbaros suspicari quæ sæpe perpessi sunt? Sed inexplorata veritas magis anxios effecit, quam paratos. Sciunt (1) quid cavere altitudo Principis utrumque providit, ut et illorum circumspectio falleretur qui numquam mente securi sunt, et nostrorum animus integer perveniret (2), qui ante sollicitii non fuerunt.

15 Quid ego in te peritiam bellicæ rei (3)? quid usum ducendi agminis? quid locorum notitiam, temporum dimensiones, laborem sine pernicie, curam sine mærore conlaudem? Vidi fidissimos comitum tuorum solito lætiores, cum ad destinata præmissi, quæ videbant præ ceteris se tantum meruisse cognoscere, gauderent cum omnibus etiam ante nescisse. Præstitum sibi utrumque dicebant, cum eos iudicio elegeres et auspiciis adiuvares.

16 Nec dubitabant Principem protinus adfuturum, qui inter divisas cohortes diversasque legiones et illorum cœptis inprovisus interfuit, et nobis præstitit quod resedit. Ita nulla pars questa est vel cito abisse du-

(1) Expectabam *sciunt quid metuant; cavere nesciunt. H.*

(2) Ita Cod. *M.* L. *permaneret. H.*

(3) Militares Valentiniani virtutes sæpe commemorat Ammianus, et præsertim XXX. 9. *M.*

ctorem vel sero venisse. Divina consilia post terminum patent. Intellegimus te ideo præmisisse nonnullos, ne esset tarda victoria; ideo plerosque tenuisse, ne esset multitudo suspecta. Ante Alamanniam mancipasti, quam interiora quæreres. Vides nihil esse prolixum magna curantibus: nec remanentem relinquis, nec a præcedente desereris. Ignosco iam desidiæ barbarorum. Quid iuvat quærere ubi potissimum degas, cum ubique semper appareas?

Cedo mihi, Imperator, belli Iliensis histo- 17
riam: probabo Græciam parva mentitam nec magnitudini servisse nec fidei. Aiunt Heroas ad Troiam classe delatos ignoti litoris timuisse contactum, donec formidata responsa vel strenuus temeritate iniret (1), vel fraude versutus eluderet. Nolo dolos, nolo commenta. In exercitu Principis mei certatum est quis primus exiret: necdum extrema riparum navalia rostra pulsaverant, et iam miles inpiger desilibat. Sub tali duce tuta devotio est: magis unusquisque curavit nequis anteiret, quam nequis occurreret.

Plus videris mihi egisse, quam cuncti, qui 18
fortunam singulis præstitisti. Non harenis inmersa hæsere vestigia, nec tardior nisus per vada (2) cunctatus est. Mitiora omnia visa sunt quam fuerunt: Rhenus placidus cum æstuaret, terra stabilis cum dehisceret, ripa planior cum tumeret.

His virtutis excursibus non obreptioni via 19

(1) Nempe Protesilaus, qui primus quum in litus exscendisset, ab Hectore occisus est. *M.*
(2) Cod. videtur habere *udave*. *M.*

quæritur, nec repentinæ cædi insidiarum. Haud placet ferire præventos [1]. Exaturat animum gloriosum fortunata velocitas. [*Sinis*] [2] abire cum liberis: et quo magis cognoscerent bella exigi, patiebaris et a barbaris arma transferri. Nemo vilibus culminibus contecta gurgustia internecivo igne populatus est: nec indormientes lectulis feras matres antelucanus raptor extraxit. Vix desudata in diem crapula et refrigeratis cubilibus fugam veniæ miscuerunt. Ut damis pernicibus campus aperitur, ut agmina ignava cervorum latibulis emota silvestribus in plana coguntur; ita gratius visum est discurrentem barbarum spectare quam cædere. Triumphi speciem vicit inpunitas. Si bene æstimo rigidum nationis ingenium, vitam credit infamem, cui contemptus ignoverit. Numquam pæniteat pepercisse metuentibus. Laus certaminum fortuita est, certa clementiæ. Qui odium hostile non meruit, par esse desivit. Alterum [3] necesse est de miserabili populo; suscipimur, si adficitur: indulgentia tua, mihi crede, punitus est: si gratulatur, obnoxius est.

Dicam quod nulla monumenta testantur: tibi incola vivit Alamanniæ: quos ferro subtrahis, addis imperio. Sat est quod mores gentium parcendo mutasti. Quid illis remansit inmane, quorum salus mancipata est beneficiis tuis, et terra castellis? Tute inte-

(1) Cod. *Appacit ferire praeventus. M.*
(2) Immo *sinebas H.*
(3) Legerim *Alterum necesse est de miserabili populo suspicemur: si afficitur indulgentia tua, mihi crede, punitus est: si gratulando adulatur, obnoxius est. H.*

rim liberi sunt, sed iam pudore captivi. An ad longinqua diffugient, quos non vexilla tantum tua, verum etiam nova oppida persequuntur? Exclusit cultus indigenas, et quasi iam vacantibus mediis ulterior accola Romanum fœdus efflagitat. Non est, ut auguror, otiosum, quod Burgundionum crebra legatio concordiam postulavit (1). Aut arma Principis sentiuntur, aut iam celsa eminus castrorum tecta rutilarunt. Optant cohærere victoribus prius pace, quam limite. Si ulla tibi in otio esset ætas, preces forsitan distulissent. Quidquid interiacet ornando iungetis (2). Accessu, ore rogans tota consumitur. Ubi illi sunt qui dudum Germaniæ civitates obsidio[*ne*]. . . . . .

. . . . . [*Ab*] ortu in oceani ostia riparum 21
margines operum corona prætexit (3). Quis credat hoc quoque esse curatum, ne portibus indigeret? Nam qua regio Nemetensis extenditur, recessum fluminis murorum ambitus vindicavit, parvo aditu nec satis libero, ut stationis exitus propugnaculis desuper protegatur. Habent sua quodammodo castra

(1) Burgundiones Valentinianus excitavit in Alamannos Romanorum hostes perpetuos, spondens se illis auxilio futurum. Et Burgundiones quidem fide habita fœdus cum Romanis inierunt, sed Valentinianus pactis non stetit. Amm. XXVIII. 5. *M.*

(2) L. *orando iungetis. Accessu, ore, rogando* (an *voce?* B.) *tota res consummabitur. H.*

(3) „Valentinianus (inquit Ammianus XXVIII. 2.) „Rhenum omnem a Rætiarum exordio adusque fretalem „oceanum magnis molibus communiebat, castra extol„lens altius et castella per habiles locos et opportunos, „qua Galliarum extenditur longitudo: nonnumquam etiam ultra flumen ædificiis positis subradens barbaros fi„nes". *M.*

rostratæ, et intro [1] conclave Rheni regia classis armatur. Fallit eminus intuentes theatrum conseptum, qui cum videant per summa discurri, per ima nesciunt navigari.

22 Supererant, Auguste, plura quæ dicerem: sed inter tot scriptores rerum tuarum, nolo ceteris universa decerpere. Debent tibi ingenia omnium [2] quod loquuntur. Sonet apud te libertas forensis eloquii, quam dudum exulem tribunalibus reddidisti. Ruri emeritus torpebat orator: quibus facundiam natura dederat, officium vis negabat. Nusquam maius silentium, quam in sacrariis litterarum. Idem varias ætates tacendi morbus urguebat, cum incipientium studia brevis finis artaret, peritiam veterum desuetudo longa conrumperet. Exitum litium regebat eventus. Quid enim de auctore [3] præsumeres, in quo hæc tantum spes erat, quod cum peiore certabat? Nec dubitabamus eum plus in negotiis prosequendis habere prudentiæ, qui soleret consilium a desinentibus postulare. Hæc alieni temporis vulnera in Alamannicis contemplantur excubiis. Cum alligares manus hostium, solvisti vincla linguarum.

23 Congruebat hoc gloriæ tuæ, congruebat vigiliis curisque sollertibus, ut campi pariter ac fori laude fruereris. Nullæ artes silent, nulla friget industria: vacant ora legibus, arma limitibus. Par fuit ut eloquentiæ usum redderes, cum iam totiens scribenda gessis-

(1) Ita Cod. *M.*
(2) L. *oratorum. H.*
(3) L. *actore. H.*

ses. Silentium magnis rebus inimicum est. Quid est gloria, si tacetur? Habes tot testimonia, quot ingenia liberasti. Invenisti, Principum maxime, genus aliud laurearum. Dum orbis secreta rimaris, dum in medulliis [1] barbarorum non tentoria sed tecta constituis, triumfum pacis egisti.

Canant alii quæ supersunt: ego testis fun- 24
gor officio. Ibo per urbes, ibo per populos iactantior victore laudato. Dicam senatui plebique Romanæ: fasces in provincias novas mittite, trans Rhenum iudices præparate. De te autem, Gratiane venerabilis, narrabo grandia, sed spondebo maiora [2]. Sciet R. P. geminis se custodibus esse munitam, sed quasi uni esse munificam: sub communi stipendio duos Principes militare: plures necessitates laborum esse quam sumptuum. Felicis sæculi ista commoditas est, obsequia utrique iuncta præbere, et beneficia divisa percipere. Moderatum est quod penditur [3], quia simul sumitis; amplissimum quod geritur, quia certatim ambo præstatis.

Quanto parcior vestri numinis cultus est 25
quam Deorum? Illis singula templa fundantur, et sua cuique locantur altaria. Inde, ut arbitror, maluerunt dispares ritus, ne in consortium cogerentur. Nulli cum altero fas

(1) Ita Cod. *M.*

(2) Undecimum scilicet agebat ætatis annum Gratianus in consulatu tertio parentis Valentiniani, a quo dictus erat Augustus tribus ante annis, nempe octennis. *M.*

(3) Hanc laudem aperte Valentiniano tribuit Ammianus XXX. 9. „In provinciales, inquit parcus, tributo„rum ubique molliens sarcinas". Aliter tamen se gessit extremo sui imperii tempore Valentinianus, testibus eodem Ammiano XXX. 5. et Zosimo IV. *M.*

est dicare pulvinar. Hunc Frygius antistes placat, hunc pontifex. Illas castæ matres tuentur aras, has infulata virgo custodit. Sumpserunt nomina diversa tot flamines, ne possent Dis pluribus esse communes. Ipsas nobilium divisere gentes. Pinarios Hercules occupavit. Idæa Mater legit hospites Scipiones. Veneriis sacris famulata est domus Iulia. Orbem pene ipsum sumptus defecit, quia cultus inplevit. Vestri imperii iuncta frugalitas est, discreta magistratu (1). Nam quodammodo duos putamus esse qui regitis (2), cum duos sentiant qui resistunt (3).

Expliciunt Laudes posteriores
in Valentinianum Seniorem Augustum.

(1) Cod. *magis casu, nam quodammodo in vobis putamus esse qui regimur. M.* Hinc scrib. *Vestri imperii iuncta frugalitas est discreta maiestas. Unum quodammodo in vobis putamus esse qui regimur* etc.

(2) Nempe quum hostes nostri duos esse Imperatores Romanos sentiant. Nam Valentinianus Gratianum, etsi puerum, in bellicis expeditionibus socium habebat. Am. XXVII. 10. *M.*

Q. AVRELII SYMMACHI V.C.

LAVDES

IN GRATIANVM AVGVSTVM.

ARGUMENTUM MAII.

Celebrat Symmachus Gratianum primum quidem quod plane puer voluntate exercitus et patris sapientia Augustus creatus sit: id autem constat Gratiano octenni accidisse. Addit Orator exempla aliorum, qui pueri regnum adepti sunt. Innuit deinceps studia litterarum, quibus in primis Gratianus deditus erat. Rursus Gratianum illustrat Pompeii magni exemplo, qui adolescens iam gloriosissimus erat. Tum eidem Gratiano Sibyllina seu Virgiliana oracula accommodat. Denique totum orbem Gratiano subiectum iri vaticinans innuit. Dicit autem Ammianus XXVII. 6. *post electum a Patre Gratianum „Consurrectum esse „in laudes maioris Principis et novelli: maxime- „que pueri, quem oculorum flagrantior lux com- „mendabat, vultusque et reliqui corporis iucundis- „simus nitor, et egregia pectoris indoles". Ibi ergo fortasse Symmachus hanc laudationem dixit. Nam Symmachus quidem se versatum in exercitu Valentiniani dixit in eiusdem Laudatione altera C.* 6.

. . . . sollemnibus copulare [1]. Sed pri- 1
ma mihi devotionis causa peragenda est. Li-

(1) In qua pagina desinunt Laudes posteriores in Valentinianum, in eadem incipiunt Laudes in Gratianum, sed mutilæ a principio quia fortasse amanuensis litteris maioribus exordiri scriptum cogitabat. Eius generis lacunas sæpe vidi in antiquis codicibus. Ceterum exiguam

bens aurea sume munuscula, qui talia tempora præstitisti. Salve nobis sæculi spes peracta[1], et in gremio R.P. nutricis adolesce, lætitia præsentium, securitas posterorum. An ego vereor ne in adulescentem gratiosus existimer, cuius primum est stipendium principatus? Tuis certe auspiciis disci semper trium. . . . . .

. . . . . .

2 Te imperii candidatum toga picta vestivit [2]. Neque enim aliud expectare iam poteras qui a perfectis honoribus inchoabas. Vidimus in sellis curulibus novum lumen, clementiæ auspices incruentas secures, virtutis omina in fascibus laureatis, maiestatis augurium [3] in aquilis Scipionum. Tunc primum forensis industria lege quondam silentii subiugata liberos oculos ad tuum tribunal erexit. Cum in amplissimo magistratu illustre quiddam et dulce resonantia decreta sancires, sensim intelleximus ad honesta officia facundiam posse remeare, quam videbamus in consule.

3 His ad imperium lectus auspiciis prærogativam consulis ad comitia purpuræ detulisti. Errat quisquis ideo censet ætatem. Pro senibus puer dimicas, pro liberis nostris æquævus insudas. Tu nempe es quem pæne intempestive putabamus electum?

O mi-

partem Laudationis exordientis deesse, ipsa, ut dixi, pagina docet. *M.*

(1) Cod. *perata. M.* L. *parata. H.*

(2) Loquitur Symmachus de primo Gratiani consulatu, quem gessit septennis anno Ch. 366., nempe anno ante initum imperium. *M.*

(3) Cod. *maiestatis aurium in aliquilis. M.*

O militum sincera suffragia! Scit iudicare 4
devotio. Fortunæ publicæ fuit, ut qui genuerat, parciora promitteret, et qui nondum noverant, felicius iudicarent. Quis umquam de indole pueri cum parente contenderet? et tamen fiducia non peccat exercitus. Sic electus es re probatus.

Quis mihi Zeuxidis coloriis [1] ceris hæc 5
comitia spectanda digereret? Si quis Apelleus imitator illud cæleste iudicium verisimili adfectu artis animaret, viserent posteri vix credenda miracula. Hinc Augustum, inde legiones, et inter hos medium regni impuberem candidatum. Anceps diu utrumque certamen: et cunctis alacri fronte plaudentibus patrem sero cedentem [2]: turmas supplices, cuneos anbientes: digna tabula sæculis, digna pictura temporibus, quibus magis utiles videmus eligi quam volentes.

Decuit annis florentibus omnium favere 6
iudicia: melius unumquemque officii usus exercet. Sic Antiocho ante robur ætatis Syria sponte subiacuit [3]. Pellæum ducem præcox fortuna delegit. Ptolemæo inter prima rudimenta lactantis [4] infantiæ regnum

(1) Codex videtur habere *coloribus*. *M.* An *coloribus sinceris*? *H*

(2) Nempe videtur Valentinianus more gratiosorum hominum Gratiani pueri dignitatem rogatus comprobasse. Id confirmat etiam Zosimus IV. qui ait Valentinianum exoratum a proceribus tandem adsumpsisse Gratianum. Ceterum Ammianus XXVII. 6. refert immo Valentiniani sermonem, quo is exercitum orat, ut Gratianum Augustum lubens veneretur. *M.*

(3) Intellige Antiochum V. seu Eupatorem, qui novem annos natus regnare cœpit, sicuti Gratianus octennis. Vide Appianum *de Bell. Syr.* cap. 46. *M.*

(4) L. *lactentis*. *H.*

Fronto et Symmachus. ***

Roma reparavit [1]. Et mehercule tenacius rapit inperii disciplinas teneritudo primæva. Virtus, cum cito inchoat, diutius perseverat. Nempe virentibus ramis artifex rusticandi alienum germen includit, ut novella præsegmina coagulo libri ubidius [2] inolescant. Audio in edomandis equis, equitis [3] inscios aptius essedis colla subiun[*gere*] . . . . . .
7 . . . . Tyrannos vinces officiis. Servetur tibi aliquod opus virtutis in posterum, cui nihil iam remansit ignotum. Quas habes laboris inducias, tropeis et litteris occupatus [4]? otiosa cum bellicis negotia miscuisti. Agnosco in te non adumbrata vestigiis, sed expressa veterum signa virtutum. Nempe Fulvium Nobilem tam laude quam nomine inter aquilas cantusque lituorum præceptor Ennius [5] frequentavit. Africa-

(1) Mortuo Ptolemæo IV. Philopatori successit filius Ptolemæus V. Epiphanes quinquennis (seu quadrimus ut ait Hieronymus in Danielem Cap. XI. v. 14.) Puero Epiphani senatus Romanus, petentibus Alexandrinis, tutorem misit M. Aemilium Lepidum, qui regnum administraret. Rem vide apud Valerium Max. lib. VI. cap. VI. n. 2. Iustinum libro XXX. 3. Tacitum Annal. II. 67. Lis tamen apud Criticos exstitit, cuinam ex tot Ptolemæis tutor Lepidus datus sit: quam quæstionem videsis apud Eckhelium Doctr. num. vet. Tom. 5. in *Gente Aemilia*, ubi et nummus Lepidi tutoris. *M.*

(2) Cod. videtur habere *ubidios M. L. avidius. H.*

(3) Cod. videtur habere *aequitait. M.*

(4) L. *occ es. H.* Valentinianus ipse pater apud Ammianum XXVII. 6. dicit Gratianum *humanitate et studiis disciplinarum sollertium peritum* Symmachus Epist. 21. lib. 1. vocat *eruditissimum*. Fuit autem Gratianus alumnus Ausonii, a quo item in Gratiarum Actione appellatur *doctissimus*. *M.*

(5) Codex pro *Ennius* habet *Accius*, manifesto mendo. Nam primum ipse se refelleret Symmachus, qui in Epistola ad Ausonium 21. lib. 1. utitur hisce iisdem exemplis Ennii et Fulvii, Panætii et Africani etc. Tum Ennium adiungit Fulvio Cicero *pro Archia* XI. et *Tuscul.*

num illum terra marique victorem [1] lectionis particeps et laboris Panætius non reliquit. Cum magno Alexandro mundanam pæne militiam filosoforum [2] comitatus exegit [3]. Iam credimus vetustati, cum in isdem tentoriis tuis volumina et arma tractentur. Nec deest quod pro condicione rerum temporumque percenseas. Historia oblectaris, in prœliis adhortatione [4], suasoriis actionibus in conloquiis, carminibus in triumphis.

Sentio me ad exempla veterum tempe- 8
stive esse dilapsum [5]. Iure igitur ex annalium memoria Pompei usurpabo responsa. Is equestri censu equum de more traducens, cum forte interpellaretur voce censoris, sub quo imperatore meruisset? Me ipso, inquit, principe militavi [6]. Nolo explorare iactationem Ducis tanti fortasse mendacem. Dignius tamen sibi istam gloriam vindicaret [7] qui cœpit ea ætate ceteros regere, qua nondum posset ipse parere. Me si quis interro-

I. 2. Denique Accius a D. Hieronymo (in Chronico) natus dicitur Mancino et Serrano consulibus (Urbis 584.) nempe anno XIX. post Fulvii victorias. *M.*

(1) Intellige Africanum minorem, et confer Paterculum lib. I. cap. XIII. 3. *M.*

(2) Ita Cod. sæpe *f.* pro *ph.* sed non semper, et quidem mox *triumphis*. *M.*

(3) V. Ciceronem *pro Archia* X. His autem exemplis Ennii Panætii et philosophorum sine dubio Symmachus etiam Ausonio Gratiani magistro oblique adulatur: quod quidem apertissime facit in Epistola 21. libri I. *M.*

(4) Cod. *in adortatione*. *M.* F. *oblect. in praeliis, in adh. suasoriis, act.* *H.*

(5) Corr. *delapsum*. *H.*

(6) Idem narrat Plutarchus in *Pompeio* Edit. Londin. 1723. Tom. 3, pag. 442. *M.*

(7) Malim *vindicarit*. *H.*

get, quando inclytus Gratianus dilectui nomen obtulerit; respondebo libere, quando imperatoris accepit.

9 Si mihi nunc altius evagari poetico liceret eloquio, totum de novo sæculo Maronis excursum vati similis in tuum nomen excriberem. Dicerem de cælo redisse Iustitiam [1], et ultro uberes fetus iam gravidam spondere naturam. Nunc mihi in patentibus campis sponte seges matura flavesceret, in sentibus uva turgeret, de quernis frondibus rorantia mella sudarent. Quis hæc sub te negaret esse credenda, cuius indoles multa iam præstitit, et adhuc spes plura promittit? Et vere, si fas est præsagio futura conicere, iamdudum aureum sæculum currunt fusa [2] Parcarum. Nec poeticis utar indiciis. Ecce iam Rhenus non despicit imperia, sed intersecat castella Romana: a nostris Alpibus in nostrum exit Oceanum. Ille libera hucusque [*spatiatus aqua*] [3] repagulis pontium captivus urgetur. En noster bicornis cave æqualem te arbitrere Tiberino, quod ambo Principum monumenta gestetis [4]: ille redimitus est, tu subactus. Non uno merito pons uterque censetur [5]: vic-

(1) Imitatur Orator quartam Virgilii Eclogam. *M.*
(2) Ita Cod. *M.*
(3) Suppleverim potius *via vagatus*. *H.*
(4) Cod. *gestites*. *M.*
(5) De ponte, quo Valentinianus iunxit Rhenum, recole Laud. II. p. 22. Pons autem Tiberi impositus ille nimirum est, cuius exstat apud Gruterum p. CLX. 4. inscriptio hæc.
FL. VALENTINIANVS. *etc.* TRIB. POT. VII. IMP. VI. CONS. II.
FL. VALENS. *etc.* TRIB. POT. VII. IMP. VI. CONS. II.

tus accepit necessarium, victor æternum. Pretiosior honori datus est, vilior servituti.

Queri de paterna gloria Macedonum Rex 10
solebat, quod subactis longe lateque provinciis, nihil ad victoriam virtuti reliquisset heredis. Absit a meo iuvene ista querimonia. Laus omnis amborum est: filium te exhibes reverentia, virtute collegam. Una est utriusque militia, et coniuncta felicitas. Tu gaudes magisterio patris, ille contubernio iunioris. Certa ratione naturæ numquam invidet (1) qui cohæret.

Quod si fortunam tuam, Gratiane venera- 11
bilis, quæ prima in ducibus æstimatur (2), perpensa examinatione libremus, quid felicius Principe sub parentibus imperante? Te placido sinu cunctus orbis amplectitur. Cumque sit respublica patri et patruo tuo qua-

FL. GRATIANVS. *etc.* TRIB. POT. III. IMP. II. CONS. PRIMVM. PONTEM. FELICIS. NOMINIS. GRATIANI. IN. VSVM. SENATVS. AC POPVLI. ROM. CONSTITVI. DEDICARIQVE. IVSSERVNT.

Pons igitur, de quo loquitur Symmachus, dedicatus est anno Ch. 369. Atqui superius innuimus, hunc Panegyricum dictum esse fortasse apud Ambianos quum Gratianus Augustus inauguraretur anno 367. Ergo ut nobis ipsi constemus, nihil repugnare dicemus Symmachum loqui de ponte paulo ante quam dedicaretur. Potuit enim anno 367. ille pons Romæ pæne totus fuisse constructus, qui anno 369. dedicatus est. Sed plane hic Panegyricus dictus saltem est ante annum 371. in quo iterum consul fuit Gratianus. Orator enim de unico tantum loquitur Gratiani consulatu. Illud etiam noto, apud Ammianum quidem XXVII. 3. dici pontem conditum et dedicatum Romæ a Symmacho Oratoris patre; sed locum Ammiani interpolatum videri. *M.*

(1) Symmachus oratorie hoc dicit. At Zosimus IV. Valentinianum invidiæ vitio fragravisse tradit. *M.*

(2) Imitatur Symmachus Ciceronem qui *pro Lege Manilia* XVI. Pompeium imperatorem ex hoc etiam commendat, quod ei quædam singularis adiuncta esset fortuna. *N.*

dam specie distributa, tibi uni tamen cum utroque communis est [1]. A cubilibus surgentis auroræ ad metas solis occidui nihil cernis alienum. Inter cognatos siderum globos quantum adhuc alterutro minor es, tantum singulis ex utroque cumulatior es [2].

12 Audio iampridem fatidicos obmurmurare gentium vates, hactenus nomen stetisse barbaricum: iam genitum esse, iam crescere cui necesse sit cum toto orbe servire. Incusant alii senectutem, servatamque in tempora captiva canitiem. Alios teneræ tædet ætatis, qui postquam sensum libertatis hauserunt, metu servitutis agitantur. Merito undique certatim supplices misere legatos: captivo similis est, qui primus currit ad pacem. Credo hostium responsis, credo præsagiis. Quantum gloriæ consequeris olim, patre incolumi, ducturus exercitum, qui quacumque duceris iam rogaris?

Expliciunt Laudes
in Gratianum Augustum.

(1) Reapse et Valentinianus Galata, Valentis unica virilis sexus proles, qui trimulus consul fuit anno Ch. 369, puer paulo post obiit. Vide Socratem IV. 26. Theodoretum IV. 19. *M.*

(2) Ita rescripsimus e Cod. Maius dederat: *quantum alter alterutro minor est tantum singuli — cumulatiores. Cognatos siderum globos* patrem patruumque Gratiani appellat. *H.*

Q. AVRELII SYMMACHI V.C.

LAVDES IN PATRES.

ARGVMENTVM MAII.

Celebrat Symmachus hac Laudum parte superstite morem tunc vigentem creandi consules: eligebat nempe, ut ait, senatus dignissimos, eosdemque Principum æquitas confirmabat. Huic autem mori opponit tum electiones sub libera republica quæ ab infima turbulentaque plebe fiebant, tum nundinia consulatus sub Cæsaribus, qui plane abiectum fecerant hunc magistratum.

Videntur autem dictæ hæ Laudes quum nescio quis consulatum iniret. Orator quidem noster consul fuit anno Ch. 391., *Theodosii imperantis* 13. *Valentiniani Iunioris penultimo, Arcadii nono. De consulatu suo loquitur Orator Lib.* 4. *Epist.* 12. *et Lib.* 9. *Epist.* 130.

. . . . . [*consula*]tus evexit. Scilicet hoc 1
uno placent (1) suffragio, quia omnibus displicebant. Genus quoddam erat novi ambitus non amari. Hanc inlecebram propositæ spei mores publici sequebantur. Ita accidebat, ut boni, quibus adversa omnia erant, aut opprimerentur improborum insidiis, aut mutarentur exemplis.

At nunc idem Principes nostri quod pro- 2
ceres volunt. Unum corpus est reipublicæ: atque ideo maxime viget, quia capitis robus-

(1) Ita Cod. *placent*; mallem *placebant*. *M.*

ta sanitas valetudinem membrorum tuetur. Amor vester prærogativa est consulatus. Magistratum boni capiunt, quia non ab uno tantum, sed ab omnibus eliguntur. Sciunt enim parentes generis humani diligentiora iudicia esse multorum, et de proximo melius spectari cuiusque mentem, et infucatum semper esse examen æqualium: quia par dignitas, nisi meritis adquiescat, æmulationi magis opportuna est quam favori. Ergo in eum locum venimus, ut iam de vestro studio P.C. de vestra adfectione possit intellegi quos dehinc consules ex hoc numero simus habituri. Quiquis bonus est, iam destinatus est: renuntiet ceteris artibus, quæ spem plerumque frustrantur: vitam denique subeat consularem. Ad mores rediit honor quem sæpius, ut de ambitu taceam, fata præstabant. Sit mihi fas P.C. in certamen præsentium vetustatem citare. Illa tribus evocet libertina ac plebeia fæce pollutas; nos patricios favisores; [1] classes illa, nos principes. Tales collega vester suffragatores habuit, quales antiquitas candidatos. Intellegamus nostri sæculi bona: abest cera turpis, diribitio corrupta clientelarum cuneis, sitella venalis [2]. Inter Senatum et Principes comitia

(1) Scr: *favitores*. *H.*

(2) An *clientela famularis? B.* Scriberem *corr., cl. cuneus.* Laud Grat. c. 5. *viserent — cuneos anbientes. N.* Ita de consulatu suo loquitur etiam Ausonius in *Gratiarum Actione*: „Consul ego, Imperator Auguste, „munere tuo, non passus septa neque campum, non suffragia, non puncta, non loculos: qui non prensaverim „manus: qui tribus non circumivi, centurias non adula„vi, iure vocatis classibus non intremui, nihil cum se„questre deposui, cum diribitore nihil pepigi". *M.*

transiguntur: eligunt pares, confirmant superiores. Idem castris quod curiæ placet. Quis hoc non putet orbis terrarum esse iudicium?

Si hæc nimis obsoleta atque arida sunt, 4
sequentem scrutemur ætatem. Fasces istos largiri didicerat prisca dominatio: et ne ad aliam munificentiam cogeretur, obtentu honoris tegebat ærarium. Aliis mos fuit fastidita diu onera prætextæ privatorum humeris paulisper inponere (1). Renuntiavit his iniuriis consulatus: ipsæ dignitates decus suum receperunt: res quæ donum solebat esse, præmium est . . . . . .

Reliqua desiderantur.

(1) Innuit morem quorundam Cæsarum, qui inito sæpius consulatu, mox eumdem aliis, quos sibi sufficiebant, tradere solebant. *M.*

Q. AVRELII SYMMACHI V.C.

ORATIO PRO PATRE.

ARGUMENTUM MAII.

Agit gratias Senatui Symmachus pro Patre suo qui consul creatus fuerat. Laudes etiam Gratiani, qui iam parenti successerat, complectitur. Tum Maximini præfecti oppressam sævitiam commemorat, et novi imperii felicitatem concelebrat. Patrem Oratoris L. Avianium Symmachum consulem fuisse constabat ex inscriptione apud Gruterum p. CCCLXX. 3. *quæ inscriptio posita fuit statuæ aureæ, quæ est eidem decreta, Gratiano Augusto IIII. et Merobaude consulibus, Ch.* 377. *Atqui in hac Oratione de Symmachi patris consulatu nuper inito recitata, plane dicitur iam mortuus Valentinianus; ergo consulatus Symmachi patris incidit in annum vel* 376. *vel* 377. *quoniam Valentinianus sub exitum a.* 375. *vitam cum morte commutavit.*

Etsi autem hac quoque Oratione, item ut præcedente, gratiæ aguntur pro consulatu conlato; nemo suspicetur unam esse Orationem. Diserte enim in Codice illa Laudes in Patres, *hæc* Pro Patre *inscribitur.*

1 . . . . . dicendi munus et gratulationis verba pertulerim; secum reputet, quantos huius beneficii habeamus auctores, humanitatem vestram qui postulastis, clementiam Principum qui dederunt, desinet profecto mirari non unum pro consulatu gratias agere, quem tam multos videat (1) detulisse.

(1) Ed. Med. *video.* Corr. Maius inter errata.

An si vos, Patres conscripti, tantopere cu- 2
rastis, ut optimæ voluntatis vobis ratio constaret, ut omnium pro uno testimonium concordiam senatus et pios mores (Patr)is adsereret; nonne ius hominum atque Deorum est aliquid læti negotii præter ceteros filium sustinere? Quando de benefactis Principum dignius? quando apud vos iustius? quando de Patre felicius dixerimus (1)? Nova sunt quæ adgredimur, sed vestra humanitas auctor est inusitata faciendi. Egistis comitia non petentis: consulatum istum bonorum ambitus impetravit: vos recepistis candidati officia, nos designati.

Quid quod etiam mearum partium termi- 3
nos occupastis? Modo ac plane paulo ante laudes Principum totus ordo celebravit. Gratiarum actio debetur et vobis. Crevit igitur et honor imploratus a multis, et gratia soluta per multos. Vultis scire qui petitores pro meo parente fueritis? Merito conpetitores esse possetis. Hicine noster est consulatus an curiæ? quem nos fatemur ab omnibus præstitum, vos putatis omnibus esse decretum.

Ubi sunt qui falsa animis inbiberunt, ma- 4
gis efficacem esse audaciam factionis, quam voluntates bonorum? Nempe f(ec)it repulsa virtutem, et contra ambitus omnis ignavus est. Quod honeste poscitur, feliciter impetratur. Hoc ius patriciæ genti tempora reddiderunt: postulatio vestra iudicium est. Impetrabilius cuncta nunc petitis, quam aliquando iussistis.

(1) Cod. *disserimus*. *M.*

5 Quam raro huic reipublicæ P.C. tales Principes contigerunt, qui idem vellent, idem statuerent quod Senatus! Nemo olim sibi in illa arce fortunæ potens nimium videbatur, nisi diversa sensisset. Quantis plerumque offuit amor publicus! Neque enim pati poterat (scilicet) [*Princeps*] cuiquam deferri quod ipse non merebatur. Inpatiens est alienæ gratiæ, qui diffidit suæ. Hinc sæpe mortalium optimus ad amplissimas potestates fatorum volu . . . . . .

6 . . . . . cunctos redundent alia, quæ in commune consequimur, ut perveniant ad gratiam singulorum. Quantum est quod boni mores timere iam nesciunt? quod iudicio non terretur alieno, qui fretus est suo? quod [*is quem*] (1) tacuit senatus, non refertur in numerum noxiorum? quod sola suspicio reos non facit? In absentes ideo nihil fingitur, quia nihil creditur. Nullius divitis crimen optatur. Certe innocentes sumus; necdum liceret hoc dicere, si eosdem adhuc accusatores haberet Roma quos iudices. Quantum est gratias agere pro nobis? Etiam famam sæculi superioris diligentiores posteri diluerunt. Neque enim fas est negare (2) non alios Divum Principem (3) per-

(1) Videbatur supplendum *is quem*. *M.*
(2) Cod. *negari*. *M.*
(3) Dicit Valentinianum. Iamque incipit Orator de Maximino loqui qui sub Valentiniano perfectus fuit annonæ in urbe, et deinceps prætorio. Maximini dignitates et scelera narrat Ammianus XXVIII. 1, et XXIX. 3. Constat autem etiam Valentinianum incitatum a Maximino fuisse ad inauditam crudelitatem Et quidem ipse Valentinianus questus est se calumniam perpeti crudelitatis (Amm. XXVIII. 1.). Plane ex Ammiano patet plu-

tulisse hostes existimationis suæ, quam nos salutis. Iamne constat fortunam nobilitatis consentire temporibus? Eadem iustitia purgavit imperium, quæ senatum.

Gratulamur tibi, Iuvenis Auguste, quod 7
paterni successor factus imperii, tantum malos iudices quasi hereditatis onera repudiasti. Non satis tibi idonea bona illa visa sunt cum ministris ac primo consilium tuum delibera(re adsidue, vel) dum experiris an inprobi atque externi mores exemplo sæculi vincerentur: vel quod optimo filio congruebat, dum palam facere studes, præterita delicta potestatum fuisse, non temporum. Sciebas enim quo spectaret invidia, cui familiare est maximas insimulare fortunas. Atque ideo paulisper inpotentiam passus es (1), ut liqueret, eos publici doloris auctores dudum fuisse, qui etiam tum nocendi artem colebant, cum iam noverant non licere.

Quid primum igitur admirer? quod circa 8
Divum munus pii filii, an quod circa nos partes parentis egisti? Alienorum simulatione criminum Maximinus fidem fecit suorum. Vestra æstimatio sit, qualis fuerit in ceteros, quem ipsi rerum Domini tyrannum

rimos nobiles artibus et sævitia Maximini esse perditos: quos inter iam constat etiam Oratoris nostri patrem gravi calamitate perculsum. Neque vero mirum est de hoc silere Ammianum, qui loco nuper citato fatetur se consulto multas eiusmodi diritates præterire.

Porro Valentinianus dicitur ab Oratore *Divus*, quia eum Gratianus post mortem (ut ait Ausonius in *Gratiarum Actione*) divinis honoribus consecraverat. *M.*

(1) Maximinus (inquit Ammianus XXVIII. 1. in fine) sub Gratiano intoleranter se efferens, damnatorio iugulatus est ferro. *M.*

pæne estis experti. Urgebat enim novo fastu patientiam regiam, et præfecturæ suæ putabat esse dispendium, si quid licuisset imperio [1]. Interea nos opperiebamur, ut principatus ultio talia vindicaret; vos expectabatis, ut senatus argueret. Credo tamen, has moras ad suffragium publicæ causæ parasse fortunam, ut susceptūrus, Gratiane venerabilis, iudicium doloris nostri, adferres tui. Etsi illud magis confirmare me convenit, nostram legationem nostras egisse querimonias, ut videreris quoque inter ceteros vindicari. Nam priusquam senatus causa iungeretur tuæ, satisfactum tibi putabas, quod insidiator regni exemplo innocentium potestate decesserat [2]. Postquam ventum est ad communes querellas, adhibuisti severitatem, qualem reliqui principes maiestatis tantum negotiis exhibebant. Actum erat, clementissime Imperator, de iniuria tua, nisi nobilitas fuisset offensa.

9 Bene igitur apud vos locata est tutela R.P. Pacem innocentiæ reddidistis, abrogata est externis moribus [3] vis nocendi, crevit principatus quia liberis imperatis, tantum potes-

(1) A Maximino affectatam pæne tyrannidem ait Symmachus etiam in Epistola 2. libri 10, quæ est ad Gratianum Augustum: „Minimo stetit quin omnes occumbe„remus. Tantum flagitii designaverant, qui amplissimas „potestates malis artibus possidebant! Ferox ille Maxi„minus ob res secundas, incubator iudiciorum, difficilis „decidendis, simultatibus promptus . . . . Simulque res „tuæ in tranquillum rediere.“ *M.*

(2) Nempe Maximinus specie quadam honorata prius magistratum eiuravit, tum postulante senatu a Gratiano damnatus est. *M.*

(3) Nimirum barbaris moribus Maximini, qui obscurissimo loco ortus erat teste Ammiano XXVIII. 1. *M.*

tatibus quantum legibus licet. Nullæ iam nuptiæ cassa [1] parente iunguntur, nec funeri succedit hymenæus, neque flammea vestis atra mutatur. Credetne posteritas olim talia fuisse iudicia, quæ connubia satellitum suorum sacrarent auspice pugione? spineam facem [2] de rogo damnatæ matris [3] incenderent? aut ululatibus adultarum carmina fescennina miscerent [4]? Quid loquar crimina necdum delata iam vendita, et humani sanguinis auctiones, aut eruditos in mendacium reos, et subornandi artifices, ianitores veteres, calumnias novas, pœnas [*sine*] crimine, sine accusatore iudicia, sine iure sententias? Fortunata esset, optimi Principes, ter quaterque respublica, si adhuc promitteretis quæ iam præstitistis. Rerum versa condicio est [5]. Paulo ante soli invidiam

(1) Cod. prima manu *causa*, tum factum *cassa*. Sic fere videtur intelligendus locus Plauti *Mercat.* 4. 6. 6. *Viro fit caussa, exigitur matrimonio.* Nempe *viro fit cassa. M.*

(2) „Spina (inquit Plinius Hist. Nat. lib. 16. sect. 30.) „nuptiarum facibus auspicatissima, quoniam inde fece„rint pastores qui rapuerunt Sabinas, ut auctor est Ma„surius". *M.*

(3) Innuit Orator Anepsiæ supplicium. Maximinus præfectus annonæ Aginatium perdere decreverat hominem nobilissimum et sibi inimicum. Id ut a Valentiniano impetraret, illum adulterii et veneficii insimulavit, indicio falso usus Anepsiæ, cuius feminæ filiam Maximinus filio suo desponsaverat. Ita impetrata damnatione Aginatii, Maximinus eadem sententia damnatam Anepsiam quoque occidit (Amm. XXVIII. 1.). *M.*

(4) Cod. *incendere, miscire. M.*

(5) Quantum Gratiani initia a Valentiniani extremis abhorruerint testatur etiam Ausonius in *Gratiarum Actione* sub initium: „Palatium, quum terribile acceperis, „amabile præstitisti: curia honorificis modo læta decre„tis, olim sollicitis mœsta querimoniis". Paria autem huic loco habet Symmachus in Epistola 21. libri 10. quam Epistolam et ad Gratianum Augustum arbitror

felicitatis trahebant, quos mors subripuisset; admodum miserabiles nunc habentur (1), quos vita non reservavit his gaudiis.

10 Hæc est illa Latii veteris ætas aureo celebrata cognomine, qua fertur incola fuisse terrarum necdum moribus offensa iustitia. Pie regimur et quædam pignora Principum sumus. Neque alia inter cives quam inter filios iudicii discretio est: dignus amore præponitur, et tamen qui displicet non necatur: præmiis virtutis corrigitur ignavia. Quantos iste ad optimam frugem rapiet consulatus, dum alios honoratis alios eruditis? Nam quibus ab natura recti amor defuit, spem sequentur. Vellem nunc truces iudices sciscitari, quæ validior emendatio sit? Olim timor agebat ut bonus quisque trepidaret, nunc honor facit ut malus quisque desperet.

11 Honor . . . . . .

Reliqua desiderantur.

scriptam et de prosperitate agentem, quam Maximini interitus Romano imperio pepererat. Nam quod ibi Pareus Maximum tyrannum innui putat, id commentantis arbitrio fingi videtur. *M.*

(1) Cod. *aurum mirabiles ni se nunc habentur. M.*

Q. AVRELII SYMMACHI V.C.

ORATIO PRO TRYGETIO.

ARGVMENTVM MAII.

Hanc Orationem mirifice illustrat ipse Symmachus Epistula 44. *Libri* I.

„SYMMACHUS AGORIO PRÆTEXTATO.

„Meretur indulgentia in me tua, ut ea, quæ „proxime laudi mihi fuerunt, clam te esse non „patiar. Credo indicium fecisse tibi famam, quod „Parentem meum ruri atque in secessu amissæ „domus iniuriam decoquentem, frequentibus suf„fragiis, denique oratoribus missis, novo honore „Senatus acciverit. Qua causa ubi primum facul„tatem loquendi apud collegas attulit dies, egit „ille Senatui gratias ea facundiæ gravitate, qua „notus est. Calendæ tunc erant, quibus annus ape„ritur. Brevi intervallo cum familiaris mei Try„geti filio prætorio candidato actionis operam „spopondissem, animum religio convenit, ut occa„sione destinati officii obirem munus adhuc a me „patri debitum, sed, ut dixi, ab illo Senatui iam „solutum. Ergo ad quintum Idus Ianuarii verba „feci in amplissimo Ordine".

Porro Symmachus narrat eiusdem Libri Epistula 52., *eam Orationem Senatui et ipsi Agorio Prætextato magnopere placuisse.*

En eius Orationis Fragmentum, in cuius priore parte reapse Orator pro restituto Patre gratias agit: tum ad filium Trygetii transit, quem commendat ut præturam consequatur.

D. Augustinus Symmacho oratori coætaneus (a quo etiam præfecto Urbis Mediolanum rhetoricæ artis magister missus est) meminit Trygetii civis et discipuli sui in Libro de Vita beata *Cap.* 6. *Quin idem Trygetius disputat in* eodem Libro, *in* Aca-

demicis *et* de Ordine. *Ad Trygetium item data est Lex 4. Tit. 20. Lib. VI. Cod. Theod. ab Impp. Honorio et Theodosio.*

---

1 . . . . . [*Desiderio ves*]tro cum absumus, testimonio cum venimus. Nec formidamus invidiam: sensit et experta est quid Parenti meo adversata profuerit. Cesserat quidem sponte ille per verecundiam paucorum facilitati: utque melior ad vos rediret, curarum vacuus animum litteris excolebat (1). Sed hoc Ordo amplissimus diu non tulit. Statim, quasi ex longo ut redire vellet orastis. Iussistis, malui dicere; nam Senatus cum petit vehementius, præcipit. Parum hoc deferentibus visum est: adlegantur ad eum cum primis nobiles viri, administri et internuntii publicæ voluntatis. Quanta hæc desiderii vestri pompa est, quæ beneficium suum pæne ambitum vult videri! Credo, hæc vestra opinio erat, ut per fetiales quodammodo vocaretur: verbenæ tantum et sagmina defuerunt. Certum est quidem P.C. et inexcusa-

(1) Causam cur Symmachus pater secesserit ab Urbe narrat Ammianus XXVII. 3. „Symmachus Aproniano „(*seu potius Volusiano. V. Corsinum de Praef. Urb*) succ„essit (*in praefectura urbana*) inter præcipua nominan„dus exempla doctrinarum atque modestiæ, quo instante „Urbs sacratissima otio copiisque abundantius solito frue„batur. Consumptis aliquot annis domum eius in trans„tiberino tractu pulcherrimam incenderunt (ingrati ci „ves) ea re perciti, quod vilis quidam plebeius infixerat, „illum dixisse, sine indice ullo vel teste, libentius se „vino proprio calcarias extincturum, quam id venditu„rum pretiis, quibus sperabatur". Porro Symmachum patrem siquid ei erat otii, id litteris impendisse, prorsus constat ex eiusdem Epistola ad filium (Epist. Symm. Lib. I. 2.) *M.*

bile quod iubetis; sed ille sic accitus est, tanquam posset negare.

Ad te etiam, venerabilis Imperator (1), laudis istius summa referenda est. Is enim rempublicam liberam tenet, sub quo aliquid invidendum potestati Senatus. Ideo magnus, ideo præclarus es, quia primum te mavis esse quam solum. Quidquid adipiscuntur boni, sæculo tuo profecit. Traxerunt olim plerique suspiria, et quasi amari Imperatoribus tantum liceret, privatorum merita presserunt. Mihi autem vere pater patriæ videtur, sub quo laudari vir optimus non timet. Est etiam illa securitas temporis tui, quod nemo se apud Principem minorem fieri putat, si ipse alterum sibi præferat. Quis enim est invidiæ locus, cum omnes a te iusto ordine diligantur? 2

Sed iam satis multa de nobis. Demus aliquid operæ, aliquid temporis etiam Trygetio clarissimo et emendato viro, qui vos oratos per me atque exoratos cupit, ut eius filium functioni prætoriæ destinatum decimus annus accipiat. Si voluntas spectanda est, debetis munificum senatorem probare, si facultatis nihil plus potestis inponere. 3

Me quoque in hoc negotio cogitari decet, qui soleo agere gratias, qui obliterari benefacta non patior. Recte locantur officia secunda, ubi prima viguerunt. Istum novo debito alligatis, me gemino. 4

. . . . . .

Reliqua desiderantur.

(1) Intellige Valentinianum Seniorem, sub quo videtur nata occasio huius Orationis dicendæ. *M.*

Q. AVRELII SYMMACHI V.C.

ORATIO PRO SYNESIO.

ARGVMENTVM MAII.

Hac Oratione dignitatem senatoriam impetrare contendit Symmachus Synesio Iuliani filio. Iulianum, eloquentem virum, familiarem ac necessarium suum commendat Ausonio idem Symmachus Epistola 43. *Libri* 1. *Quin ad Iulianum Rusticum, qui plane unus idemque videtur vir, scribit noster Orator Libri tertii priores Epistolas novem. Orationem autem nostram spectare videntur quæ narrat Neoterio Symmachus Epistola* 43. *Libri* 5. „*Oratiunculam, quam proxime in Senatu habui, ad „te misi, de qua Carterium tecum plene arbitror „collocutum. Nam petitioni nostræ auditor interfuit. Et quamvis totius Ordinis secunda suffragia cepisse videamur, in te uno tamen summam „testimonii collocamus*".

1 Quod Iuliani C. V. cum primis amici mei filio precator potius quam testis adsum, nemo viri diffidentia curatum putet, cum statuerim P. C. non minore a vobis reverentia et fide omnia poscere, quam ceteros. Opto iurare, et mehercule debuissem subire partes dicendi testimonii, nisi eius desiderium recepissem, a quo laudatores consuetudo vestra magis exigit quam dubitatores [1]. Nulla igitur suspecta sit ista liber-

(1) Cod. *dubitatiores* et quidem videbatur scribendum *iuratores*. *M.*

tas muneris mei. Rogaturus ut dignitati nostræ novus senator accedat, habeo præsentem pœnam si iungor indigno. Neque eam numero et modo simplicem, si uno facto et meæ auctor iniuriæ, et reus vestræ sim. Quare credatis velim, non mea cautela factum, sed securitate suscepti, ut hoc potius sortirer officium. Dum iuratoribus abundat, dum meriti sui certus est, adhibuit petitorem, quem testem sibi alius reservasset.

Nec me putetis satis absolutum conditio- 2
ne iurantium. Ego vero, cum res amici agitur, etiam de nobis arbitror iudicandum. Memini quanta diligentia mihi constet singulorum familiaritas: neque ita sum prodigus publicæ dignitatis, ut de alieno solvam contractum domesticæ gratiæ. Taceo officiorum nostrorum laudabiles vices. Nolo pro meo debito curiam (1) pervenire. Quippe utrumque deforme est, et collegam futurum non censeri merito suo, et laudatorem eius de commune esse solvendo. Quanto honestius dico, non ideo Synesius in Senatum legendus est quia mihi amicitia iungitur, sed ideo amicus est quia dignus est qui legatur!

Pater huic iuveni est Iulianus adscitus se- 3
nator, quæ res de merito venit: siquidem dignitas innata felicitatis est, delata virtutum. Ceteri retro mores illius tunc a vobis probati sunt cum (ita) selegeretur. Num dicto rationis me(æ finiero) testimonio? Iurasse me existimate, quia prædico quæ potestis

(1) Ita Cod. sine præpositione. *M.*

agnoscere. Nec iniuria quis dixerit, Synesium plus decorem adferre sui. Et illud accessit, quod ex eadem domo iam secundus admittitur. Etenim propago generis, quæ nec longius recedit a novis, tanto altius tendit ad nobiles. Non multum (equidem) . .

. . . . . .

Reliqua desiderantur.

Q. AVRELII SYMMACHI V.C.

ORATIO PRO SEVERO.

ARGVMENTVM MAII.

Laudat Symmachus Severum, qui splendidis functus muneribus denique lectus erat in Senatum. Porro ad Severum senatorem optimum scribit Symmachus Epistolam 6. *Libri* 8. *nullusque dubito, quin pro eodem viro hanc Orationem habuerit. Sancti et optimi amici sui Severi meminit Symmachus etiam Libri* 6. *Epistolis* 5. 38. 49. *et Libri* 7. *Epistola* 3. *Eiusdem Libri* 7. *Epistola* 51. *commendat Decio noster Orator Severum quemdam fratrem suum (nempe familiarem et necessarium) quem dicit Episcopum omnium sectarum attestatione laudabilem. Denique Libri nuper citati Epistola* 116. *filios etiam commendat illustris memoriæ viri Severi.*

. . . . posset vindicare virtuti. Sed quid 1
opus est apud nobilissimos humani generis cuiusquam familia gloriari? Solis radiis omne lumen obtunditur. Stellarum ignes rutilare non sinit candor diei. Vos tamen mementote, non diffidentia istud fieri, sed reverentia. Ante sacras quodammodo curiæ fores ornamenta maiorum suorum novus collega deponit: tantum virtutibus stipatus ingreditur, quæ solæ etiam genus indicare possunt quod laudare noluimus.

Si posset ullus in tantis rebus ordo retineri mores viri prius adsererem, tunc ho-

nores. Sed intellego, utrumque iungendum: fideliter enim de ingeniis singulorum potentia iudicat. Quanta verecundia factum putatis, ut tam sero legeretur olim pervectus in fastigia summa reipublicæ? Adhuc dubitat, an senatorem possit implere. Nempe auxit dignitatem nostram ista cunctatio: et superior locus factus est, quem sibi optimus virorum post honores potissimos reservavit. Fateamur necesse est P.C. ideo nobis amplius esse delatum,(1) quia properantibus aliis ad hunc ordinem nil negamus.

3 Non tenui laude celebranda meritorum mediocritas, in hac præsertim nostræ ætatis facilitate, quæ desiderii gradus non habet. Quis credat summatem facundiæ, diu inter fori ornamenta numeratum, præsidalem dudum recepisse provinciam? multoque itinere decurso, ad honorem pæne exiguum navigasse? cum plerique hominum viliorum prope a summis potestatibus inchoarent. Sed bona conscientia illud ducit eximium quod ipsa susceperit: eumque ordinem statuit magistratuum quem fecerint merita rectorum. Nescit publica merita nominibus æstimare: et illud putat esse fastigium, quod acceperit digniorem.

4 Crevit adeo illo tempore præsidatus, seseque ad magnitudinem regentis tetendit. Et cum potissimi viri gloriam provincia una non caperet, egit fama latior negotium suum, ut Theodosio, quondam militarium magistrorum celeberrimo (2), consultor belli

(1) Ita Cod. *delatum*, sed melius videtur *dilatum*. *M.*
(2) Intellige Theodosium magni Theodosii patrem,

per Africam iungeretur. Hic iam dissimulare non possum quid testimoni . . . . . .

Reliqua desiderantur.

qui præclaris rebus per Africam gestis, tandem Carthagine aulica invidia oppressus est anno Gratiani post Valentinianum imperantis primo, Christi 376. Apud Ammianum occurrit Severus magister peditum, quem nonnullorum studia, ægrotante Valentiniano, petebant imperatorem XXVII. 6. Idem ducit exercitum contra Saxones XXVIII. 5. Idem pergit primus contra Macrianum regem Alamannorum XXIX 4. Immo Severi militaria facinora narrantur XVI. 10. 11. 12. Severus item domesticorum Comes XXVII. 8. *M.* Plane diversus certe a nostro Severo. V. Prosopographiam Cod. Theodosiani. *N.*

AD LAVDATIONIS

VT VIDETVR

FRAGMENTVM

MAII MONITVM.

In Codice Ambrosiano (G. 58. part. sup.) exstat anonymum quoddam Fragmentum litteris grandioribus licet rudibus exaratum, cuius tantum pars media integra legi potest, extremitatibus scalpro rasis. Scriptura quidem sæculi VI. se prodit.

Laudatur autem in eo quædam princeps Femina ad nuptias, ut videtur, exornata. Multa mihi in mentem veniebant, primum de auctore, quem Symmachum suspicabar. Tum cogitabam agi fortasse, vel de Flaccilla Theodosii M. coniuge, vel de Serena Theodosii ex fratre nepte quæ nupsit Stilichoni, vel denique de Maria horum coniugum filia quam duxit uxorem Honorius imperator.

Symmachum laudes Theodosii M. scripsisse exploratum est. Atqui fieri potuit ut illis Augustæ etiam uxoris laudes misceret, quod fecit et Plinius in Traiani Panegyrico.

Ceterum paulo graviora me impellunt momenta ut de Serena loqui Oratorem existimem: quam opinionem meam mox confirmare studebo comparatione Laudum Serenæ a Claudiano scriptarum. Sed enim fortasse veritas alicunde erumpet, quæ meas de scripto hoc eiusque argumento et auctore suspiciones inanes coarguet. Ultro enim fateor, nihil esse incertius, nihil fallacius ratione tota coniecturarum. M.

Regum posteritatem vix ullus Theodosiani ævi orator dixisset Augustorum filias. Sanius igitur erit de Gothorum regibus cogitare, fortasse de ipsius Theodorici filia, quæ Visigothorum in Hispania (v. infra c. 3.) regi nupsit. N.

LAVDATIONIS
VT VIDETVR
FRAGMENTVM.

qui regem . . . . fortem . . . . gladium . . . . nec palatium . . . . sanguine res tanta . . . . rerum . . . . biorum . . . . pes certam tubam . . . . pervenit ad regnum . . . . Felici respublica potuit quassatas validare. En . . . . tis sapientem conplestis felicissime . . . . forte . . . . ne sint . . . . catervatim . . . . habes fuerit . . . . tanti vi[*ri*] . . . . fabulam undi[*que*] . . . . potuissent eligere nisi qui probetur sæpius bella peregisse. Redeamus igitur ad Dominam felicem, ad . . . . aliquid . . . . nata . . . . virtutibus excusare non poterit, cum se coniugem viri fortis agnoscit (1). Huc ergo ad aulica penetralia sorores honestissimæ convenite: huc cum summo nitore comite, quæ vos possit ornare. Prima frontem castitas cælestis instituat (2). Deinde rosea verecundia genas depingat (3). Moderata temperantia fulgentium luminum (4) serenet aspectum. Cor nobile mitis pietas amministret (5). Ser-

(1) Serena nupsit Stilichoni duci fortissimo. *M.*

(2) Castitatem Serenæ commendat Claudianus *Laus Ser.* v. 149. et seqq. Tum Carmine *de nuptiis Honorii et Mariae*, v. 231. *Maternosque bibit mores, exemplaque discit Prisca pudicitiae. M.*

(3) Pudoris Serenæ testis est Claudianus *Laus Ser.* v. 128. et seqq. *M.*

(4) Flagrantiam oculorum Serenæ et Thermantiæ sororis memorat etiam Claudianus *Laus Ser.* v. 121. *Utraque luminibus tumidum micat. M.*

(5) Claudianus in Epistola ad Serenam v. 47. ait:

Quid non perficeret scribentis voce Serenae
Vel genius regni vel pietatis amor? M.

monem linguæ honora sapientia largiatur[1]. Gressus religiosos modestia tranquilla conponat. Talem pompam habere meretur obsequiorum quæ tantorum regum posteritas potuit inveniri [2].

2 Vos autem nubescite prasini, pallescite lychnites, albescite hyacinthi, fuscamini margaritæ. Non hic regias opes insana cupiditate devoratis. Tulit vobis pretia quæ de se probatur ornata [3]. Ferunt amabilem Venerem toto orbe laudatam strabis [4] intendisse [5] . . [6] inter innumeras margaritas et ostrum verenda nigredine decorum, serena facie plus lucentem, quæ in medio constituta gemmarum suum vincit ornatum.

3 En corusca sedes, quem dives India miretur, Persis gemmata concelebret, Hispania nobilis obstupescat, ubi roseas virgines in-

(1) Claudianus item de Serena *in eiusdem Laude* v. 88. *Ternaque te Gratia afflavit docuitque loqui. M.*

(2) Serena quidem nata est ex Honorio privato Theodosii M. fratre, sed a Theodosio Augusto adoptata est, teste Claudiano *Laus Ser.* v. 104. qui et v. 36. loquens de Serena ait: *Quae maior origo, Quam regalis erit?* Quin et diserte *Regina* dicitur a Claudiano Serena. Sed enim et de Maria in *Carm. Nuptial. Honor. et Mar.* canit idem Claudianus v. 253 *Magnorum soboles regum parituraque reges. M.*

(3) Serenam dicit Claudianus *in eius Laude* v. 3. *solitam consurgere gemmis et rubro radiare mari.* tum v. 223. *solitos gemmarum sumere cultus. M.*

(4) Venerem ad nuptias Mariæ ducit Claudianus. Sed alius videtur hic locus Oratoris. Varro quidem apud Priscianum Lib. 6. in Putschio p. 684. ait: *Non haec res de Venere paeta strabam facit.* Tum Ovidius *de Art.* II. non procul a fine. *Si paeta est, Veneri similis, si flava Minervae.* Porro ex hoc loco saltem constare videtur Oratorem non esse Christianum. *M.*

N

(5) Cod. sic STRABIS. *M.*

(6) Quæ sequuntur, erant in alia pagina, neque prioribus proxime cohærere videntur. *M.*

tuemur pinnis rutilantibus alatas [1], quales pomposas decet esse victorias. Margaritarum quin etiam lacteæ coronæ flexis auro circulis pulcherrima rotunditate clauduntur. Sic in opere tuo videtur positum, quod sola felicitas meretur ad præmi[*um*].

Hyacinthi quoque tætra luce vibrantes cum 4
luminibus claris mixtas cernuntur emicare nigredines. Prasini [2] tremula viriditate conludunt, lychnitæ vomunt frigidas flammas, hispanæ sanguineos colores emanant: et una dispositio tua tot diademata conficit, quæ cunctas mundi dominas . . . . Sidereum [3] quoddam . . . . sunt . . . . inpigre . . . . perenne . . . . quod non . . . præstat æstate. Nam . . . . qui . . . . re . . . . peculi altitudinem . . . . propria est intentam dulcedinem . . . . meritos esse conspectu. . . . essent . . . . sol operibat . . . summa . . . semper illis quod semper laudaretur. Videmus enim . . . . do relucent in amictus lat

. . . . . .

Reliqua desiderantur.

(1) Videtur Orator peculiari studio laudare Hispaniam. Et Claudianus quidem *de Nupt. Honor. et Mar.* v. 40. dicit Serenam *sublime decus torrentis Iberi.* Tum idem in *Laude Ser.* fuse Hispaniam concelebrat, quæ *Flaccillam Mariamque dedit pulchramque Serenam. M.*

(2) Cod. *prasinae*, at superius *prasini. M.*

(3) *Sideream* dicit Serenam Claudianus *de Nupt. Hon. et Mar.* 252. Item *Laus Ser.* 219. Item *Epist. ad Ser.* 58. *M.*

PLINIANI PANEGYRICI
VARIAE ALIQVOT LECTIONES.

Symmachi Orationibus interiecta inveni folia tria (coæva plane et ab eodem quo Symmachus amanuense scripta) Pliniani panegyrici particulas habentia. Quarum particularum instituta cum editis collatione, ingens se prodidit lectionum varietas, quam hoc loco exhibere non piget. Sic enim et Pliniano scripto emendatio aliqua accedet, et simul constabit quam præclaris Codicibus nos utamur, quamque Editiones etiam optimæ a veterum exemplarium fide longe recesserint. M.

Omisimus quæ unice ad orthographiam pertinebant velut aput, adque, istut, sumpsit, elegere etc.

EDITIO ARNTZENII *Amstelaedami* 1738.	PALIMPSESTVS AMBROSIANVS
CAP. VII.	
4. Adoptatus es.	Adoptatus est.
5. An senatum populumque romanum.	*Confirmat lectionem Ambrosianus palimpsestus.*
Non per totam.	Non totam per.
Quem Diis simillimum.	Quem dignissimum.
6. Ut possis.	Ut posses.
Regium, nisi.	Regium est, nisi.
7. Genueris an elegeris	Genuerit an elegeri(t).
CAP. VIII.	
1. Nec iudicia hominum, sed Deorum etiam in consilium adsumsit.	Nec modo iudicium hominum sed Deorum etiam consilium adsumpsit.
Non tui in cubiculo.	Non in cubiculo.
Libertas et salus.	Salus et libertas.
2. Dii gloriam illam.	Gloriam illam Dii.
3. Horum illud — minister fuit. Uterque.	Illut horum — fuit minister. Ut qui.
Exortum	Exordium
Hominum concione.	Contione hominum.
4. Istud fuit, sed adoptati.	Istud sed adoptati fuit.

Cap. LXXVIII.

5. Donec te consulem.	Donec te sæpius consulem.
Quorum potes ipse.	Hos quibus potes ipse.

Cap. LXXIX.

1. Fortasse sufficiat tibi.	Tibi fortasse sufficiat.
Instituit et induxit ut.	Instituit induxit ut.
2 Non sciremus.	Nesciremus.
3. Audiet reddet quas.	Audiret reddetque quas.
4. Pietati senatus.	Pietati certe senatus.
Incognitam quandam proximaque maiorem.	Incognitam quondam proximamque maiorum.
Quis enim est tam inbecilli ingenio qui non.	Quis enim ex tam docili ingenio non.
5. Alius labores, si non.	Alius se a continuo labore, etsi non.
6. Videmus ut.	Videamus ut.
Civitatum.	Civitatium. *Confer Varronem lib. 7. L.L. Cap. 37.*

Cap. LXXX.

1. Severitas, quam non dissoluta clementia? Non locupletando fisco sedes.	Severitas, non dissoluta clementia? Cui tu non locupletando fisco operatus sedes?
3. O vere principis atque.	O veras principis atque. *Desinit pagina Codicis.*

Cap. LXXXV.

6. Amicos parare.	Amicos parere.
7 Et cum alias virtutes tuas, tum hanc.	Et cum reliquas virtutes tuas, tunc hanc.
Humile esse principi.	Humile esse principis.
8. Adest facultas tanta.	Tanta facultas inest.

Cap. LXXXVI.

1. Tibique carissimum.	Tibique rarissimum.
Quantum amares eum.	Quantumque amares eum.
2. Cum princeps.	Quod cum princeps.
Præfectum prætorii.	Præfectum prætorio.
Non ex ingerentibus, sed.	Non ex ingerentibus se, sed.

Distentus imperii curis.	Distentus in periculis.
4. Stetit Cæsar in illa amicitiæ specula precatusque maria.	Stetit Cæsar in illa amicitiæ specula, stetit, precatusque est prona maria.
Votis, lacrymis.	Votis et lacrimis.
5. Nisi quod pæne ipso.	Nisi quod non(ne) ipso.
	Etiam in scripto Pliniano vidi praecium, praecibus, praecatus cum diphthougo, quam scripturam constantem observavi in antiquis mss.

Deacidified using the Bookkeeper process
Neutralizing agent: Magnesium Oxide
Treatment Date: August 2006

PreservationTechnologies
A WORLD LEADER IN PAPER PRESERVATION
111 Thomson Park Drive
Cranberry Township, PA 16066
(724) 779-2111

LIBRARY OF CONGRESS
0 003 094 871 3